34205

RETRICA

Nomine et ratione quod quidem

Doquidem

Modis est

Habet fieri debet.



del Colegio mayor de Cuenca

Opus Abſolutiſſimum rhetoricorum georgii trapezuntii cum additionibus herrarienſis.



ILluſtriſſimo ⁊ reuerendiſſimo domino franciſco xime
nez diuina prouidentia cardinali hiſpaniarum. Archiepiſcopo toletano: ferdi
nandus herrarienſis lupi alfonſi herrarienſis filius humilem reuerentiam.

GEorgius trapezuntius vir in grecia natus
⁊ grecarum omnium diſciplinarum que ad ingenij cultū
pertinent: quaſq; liberum hominem ſcire decet: abunde
eruditus/ conſtantini paleologi infeliciſſimi imperatoris
eo tempore purpuratus fuiſſe dicitur quo capta eſt con-
ſtantinopolis ⁊ direpta. Imperator ipſe trucidatus ⁊ nu
meroſiſſimus populus lamentabiliter occiſus. Uerum
georgius quamuis ei multa promitteret mahumetes tur
corū princeps ſi chriſtiana pietate relicta mahemetiſmū
profiteretur: maluit exilium voluntarium agere quā abnegato chriſto in patria li-
ber ⁊ diues manere. Temporibus ergo nicholai quinti pontificis romani in italiā
commigrauit. ⁊ romanam linguam calluit/ noſtros ſcriptores curſitauit. Omnes li
berales artes diuerſis temporum curriculis modo hanc/ modo illam docuit. ciuita
tes nobiliſſimas/ Uenetias/ Florentiam/ ipſamq; Romam chriſtiane reipublice
caput ſua profeſſione illuſtrauit. Nam ab eugenio quarto pontifice maximo cū ho-
neſtiſſimo ſalario/ vt iuuentutem romanam doceret: inuitatus eſt. Cuius caſtigatiſ
ſimam doctrinam multi tum itali/ tum hiſpani tum galli auditores teſtantur. Im-
primiſq; bernardus iuſtinianus patritius venetus eloquentiſſimus. obijt rome.
Sepulchrum eius hodie viſitur in minerua quod eſt monaſterium fratrū ordinis
predicatorum. Monumentum eius inſignitur effigie auis pellicani. Plurima in-
genij ſui pignora in poſteritatem tranſmiſit. commentarios in nonnullas marci tul-
lij orationes quas electas appellant. item diſputationem luculentam vbi nā ſit ioā-
nes euangeliſta. librum de comparatione vtriuſq; philoſophie ariſtotelis. ſcilicet ⁊
platonis. tradurit de greco in latinum rhetorica ariſtotelis ad Alexandrum. cyrillū
quoq; patriarcham alexandrinum/ ioannem chriſoſtomum/ euſebiū pamphili de
preparatione euangelica latinos fecit. reliquit inſuper hoc opus rhetoricorū de gre
cis auctoribus ariſtotele/ hermogene ⁊ hermagora. de latinis vero/ Marco tullio
cicerone ⁊ quintiliano collectum/ opus abſolutum ⁊ ad inſtituendos adoleſcentes
maxime idoneum. Nam quintiliani inſtitutiones tum proliriſſime ſunt/ tū opimo
num ſuperuacuarum refertiſſime quas non eſt neceſſe nouicijs huius artis ingere
re. Adde ꝙ mendis adhuc ob iniuriam temporum ſcatent. ideo ad lectionem priua
tam ſunt potius reſeruande. Sed nec marci ciceronis vllum opus inuenias quod
hanc pueris de ſe vtilitatem prebeat vt in manus inſtituende iuuentutis veniat.
Nam liber ad herennium tam breuis eſt vt nihil fere contineat quod votis adoleſcē
tulorum ſatiſfaciat. Opera vero de oratore ⁊ perfecto oratore non niſi poſt magnos
in hac facultate profectus ſunt legenda. Noſter autem trapezuntius inter quintilia
ni faſtidiendam prolixitatem ⁊ ciceronis conciſam breuitatem medius incedit. Et
ex vtriuſq; extremis temperatur. libet ergo mihi hoc in loco nonnullorum opinionē
falſam eſſe oſtendere. qui credunt artem rhetoricā que olim apud grecos ⁊ latinos
fuerit in ſummo precio ⁊ frequentiſſimo vſu/ queq; omnium mortalium ſtudia in ſe
conuerterit: iccirco in his noſtris ſeculis euanuiſſe: quoniā in genere iudiciali (que
potiſſima eſt huius doctrine pars) iam non rationibus rhetoricis ſed legibus tan-
tummodo diſputatur. quaſi in manu hominum ſit tollere de medio neceſſitatem ar

ciũ liberaliũ. Quãquã .n. oẽs hoĩes in hoc vnũ cõſpirẽt: reges/principes/nationes cõurẽt de extinguẽda neceſſitate rhetorice artis vel medicine vel aliaꝝ facultatuꝫ: hĩ poſſunt libros cõburere: lectionẽ vetare/nõ tñ poterũt aut morbos tollere aut lites omnimodo ſepelire. Quando illud tp̃us venerit vt faceſſant ille dictiões/meũ tuum/aut illa monoſyllaba eſt ꝛ nõ: tũc veniet iuſtus ꝛ verus artis rhetorice interitus. cecidit nunc ſicut omnes bone artes ceciderunt/nõ q2 abijt eaꝝ neceſſitas/ſed q2 verum eſt quod cecinit diuus paulus erit inquit tp̃s quũ ſanam doctrinam aſpernabuntur. ꝛ ad fabulas ꝛ nugas ſe cõuertent mortales. cecidit rhetorica ſicut cecidit geometria ꝛ alia mathemata. nõ vicio eaꝝ ſed noſtro qui pluris facimus puerilia ſophiſmata q̃ꝫ ſcientifica theoremata. cecidit rhetorica ſicut cecidit ariſtotelis logica quam hodie pauci tradũt intelligũt pauci. cecidit inquã ars rhetorica q2 difficilior eſt quã putatur vulgo ꝛ exigit ſummam eruditionẽ variã lectionẽ/indefeſſũ ſtudium/incredibilẽ exercitationẽ. Mores aũt ſeculi noſtri vſqꝫ adeo perditi ſũt vt prius efficiamur magiſtri quã ſimus digni diſcipuli. hac enim tẽpeſtate nr̃a pro ſapientia iactãtia/apparẽtia pro exiſtentia: pro ſtudijs ignauia ſucceſſit. Sꝫ hĩs hactenꝰ. rhetorica vero tam neceſſaria eſt vt quiſquis ſine ea aut theologiam chriſtianaꝫ aut cauſas forenſes aut quancũqꝫ conſultationẽ attingit: quiſquis inquã ſine arte dicẽdi ſeu vicia effulminat ſeu virtutes cõmendat: ridiculus ſit. ꝛ ſi id conſulto ſe facere dicat: inſaniſſimus. At nunc legibus iudicatur inquiũt: nõ rationibus. Vtinã ſemper legibus ageretur/nõ muneribꝰ. ſꝫ eſto. agatur tñ legibus. Nunquid tp̃ibus ciceronis/auguſtini ꝛ maiorũ noſtrorũ non erant leges: ꝛ quidem iurate. Non erant iudices tam iuris religioſi quaꝫ nũc. ꝛ tñ tũc regnabãt oratores in foro. nec vllus mere iuriſconſultus aduocabatur patronus. nam iuriſperitus interpretationi ſolũmodo legũ vacat. iuxta illud iuuenalis. Veniet de plebe togata qui iuris nodos ꝛ legum enigmata ſoluat: rñdẽt de iure cõſultoribꝰ ſuis. dãt cõſilia iter ꝯtrahẽtes vt plane apteqꝫ tradit diggeſtis de origine iuris lege ſcd̃a vbi cernere eſt ſulpiciũ tuberonẽqꝫ trãſijſſe a cauſis agẽdis ad ius ciuile. Sꝫ ꝛ alia rõne id oñdã/quãdocũqꝫ valẽt leges: neceſſario fit vt quotidie iſurgãt ille quattuor q̃ões de quibus rhetorica diſputare docet/vt vnus tueaṫ ſcriptũ. alter volũtatẽ ſcribẽtis. aut vnus vni legi adhereat. alter tueatur oppoſitã. aut naſcaṫ ambiguitas ſup intelligẽda lege ſic vel ſic. aut volumus trãſire de vno qd̓ exp̄mit lex ad alterũ qd̓ in lege nõ caueṫ expſſe. Et ꝓpterea. M. cicero deplorat tp̃a ceſariana. q2 tunc legibꝰ nullꝰ erat locꝰ. Quã obreꝫ vt ſemel finiã: quãquã iuriſpitia eſt vnũ de requiſitis ad rõcinãdũ: turpe. n. eſt oratori cãs agẽti ius i quo v̄ſaṫ ignorare: tñ alijs multis ꝑtibus ꝯſtat facultas orãdi i ciuilibus cauſis. iuris ꝑitia q̃dẽ opus ẽ. Sꝫ ſola iuriſpitia ſatis nõ ẽ. At iſti iuriſpiti qui putãt ſeſe itellecto iuris corpe de oĩ cã poſſe dicere: audiãt ſũmũ põtificẽ in ꝑcipio clemẽtinaꝝ quã paꝝ fidat legiſlatiõi quã parũ ꝓſidij i ea putet eẽ repoſitũ. Eius verba ſũt hec. Cũ nulla iuriſ ſactio quãtũcũqꝫ maturo diggeſta ꝯſilio ad hũane vite varietatẽ ꝛ iopinabiles eius machinatiões ſufficit: nec ad deciſionẽ lucidã ſue nodoſe ãbiguitatis attigit: eoqꝫ ꝓferti q̃ vix aliq̃d adeo certũ clarũqꝫ ſtatuiẽ quin ex cauſis emergẽtibus q̃bus iura iã poſita mederi nõ pñt in dubiũ reuocetur. ꝛc. recte iſte põtifex itellexit ĩfinitas cãꝝ facies/nec vnũ negociũ alteri eẽ ꝑ oĩa ſimile. iõqꝫ nulla legiſlatiõe cõprehẽdi. hic illd̓ fit vt lõgus vſus rerũ ꝛ ĩgenij dexteritas multo citius videãt qd̓ equũ eſt in cauſis quã qui eſt ſaccus legũ aut puteus canonũ. Quid qd̓ nõ oẽs q̃ões ſunt de iure. Sꝫ alique ſunt cõiecturales de facto ſolum differentes vbi per coniecturas dirigitur animus noſter ad inueſtigandam rem latentem. Mitto frequẽtes legũ mutatiões ꝛ quotidianas derogatiões quibus deludũtur ſtudia iureconſultoꝝ. Nõ igiṫ deſinit eſſe neceſſaria rhetorica in ciuilibus cauſis q2 leges ſunt. Sꝫ potius q2 leges ſunt: eſt multo magis neceſſaria. Qd̓ ſi hodie nõ apparet vſus rhetorice in forenſibus cauſis: hoc ideo fit: quoniam ignorant artem. neqꝫ bene poteſt aliquis adhibere ad vſum quod nunquam didicit. Longior fui quam ab initio putaram in confutanda hac tam pernicioſa opinione. Nunc ad tuam ampliſſimam dominationem reuertar illuſtriſſime domine quem deus ad magnos magiſtratus eccleſiaſticos nil tale curantem ideo ſublimauit vt miniſterio manuum tuarum excelſas res operaretur. qui non contentus granatenſia regna chriſtiana feciſſe: expurgaſti totam caſtellam omni ſpurcicia mahemetea. Quin ꝛ proprijs ſumptibus cuꝫ magno tui capitis diſcrimine ſuſcepiſti expeditionem aduerſus ceſaream mauritanie. tranſfretaſti aperte. Inuaſiſti eam fortiter. expugnaſti potenter. obtinuiſti feliciter vno aut altero de tuo exercitu vix deſiderato ingentem maurorum ſtragem edidiſti: eadem hora qua vidiſti eam: mirabile dictu viciſti eam. plenam populis. egregie muratam. Integram viribus. refertam diuitijs. laudabiliter ſitam. vt de hac miraculoſa victoria poſſit illud vere dici quod iulius ceſar de pharnace rege triumphans vſurpabat. veni. vidi. vici. Sed ad rem noſtram redeo. Magnificis ſumptibus edificaſti ꝛ dotaſti academiam in oppido alcala vbi bone artes que multis retro ſeculis obdormierant/nunc tandem reuiuiſcerent. Ad tuos igitur pedes prouoluit ſe rhetorica facultas ſuppliciter petens vt eam que olim conſueuit eſſe regina/nunc autem per negligentiam hominum neglecta iacet: digneris ſicut ceteras ad vitam reducere. vt ſicut dialectice/philoſophice/theologe littere ita etiaꝫ he humanitatis diſcipline ſub te patrono floreant. Vale princeps inclyte.



# Georgii trapezuntii viri doctiſſimi atque eloquentiſſimi rhetoricorum Liber primus.



¶ Propoſitio per beniuolentiā ab incommodis.

Cum mihi in mentem venit quanta oratorie facultatis tū vtilitas tum dignitas ſit: nō poſſum nō vehementer dolere qꝫ his nr̄is tpibus nulla fere bonarum artium tam abiecta atqꝫ cōtēpta habeatur.

¶ Prima Ratio ab incommodis.

¶ Nam ⁊ ſi nōnulle liberaliū artium vt geometria: vt arithmetica: ⁊ q̄ huius generis ſunt omnino ab vſu ceciderunt (ne nō multum eas ad humanitatem pertinere dicam) nō ſumus tamen in ipſis tantam paſſi iacturam: quantum in hac humanitatis artium preclariſſima: maximeqꝫ neceſſaria.

¶ Ratio rationis ab incommodis.

Nam in illis quidem ita integra ſubtiliſſimorum ſcriptorum opera vſqꝫ ad preſens extant: vt nihil ei deſit qui proficere in eis deſideret niſi ſtudium ac diligentia. In hac vero dicendi copia quanto plures ſcriptorum elegantiſſimi libri a maioribus noſtris tam latinis quam grecis relicti ſunt: tanto pauciores vel potius nulli his p̄dictis tpibus nr̄is reperiuntur. ¶ Quod ſiue negligentia omnium ſiue eorū qui docent. quiqꝫ oratōnis copiam profitentur ignorantia quadam aut perfidia factum ſit: vnuſquiſqꝫ per ſeipſum conſideret. Ego id exiſtimo niſi Bertolini: Allani: aliorumqꝫ huiuſmodi libros: neſcio an ſatis vtiles tranſcribere ab his qui docent coacta eſſet poſteritas: aut loco harū nugarum bonorum auctorum opera inuenirentur: aut ſaltem auditores non imbuti his delirationibus: nudos animos ad humanitatis doctrinas facilius applicarent: quibus nihil vnquā vtilius: nihil dignius hominibꝰ patre hominumqꝫ deorumqꝫ tributum eſt. Nam philoſophia quidē qua omnes liberales artes continentur. ſi dicendi ſuauitate priuata ſit: omnem orationis grauitatem infringit atqꝫ concidit: totumqꝫ ingenij ſuccum aſperitate imbibit nimia. Ac ſi omnes mutū eſſe ſummum incomodū arbitrantur (carere enim omni humanitate profecto videtur qui loqui non poteſt) certe ⁊ male loqui id vero ſummo incommodo humanitatiſqꝫ priuationi proximum eſt. Quare poſſe temporibus: locis: perſonis: cauſis: rebus: ornate: diſtincte: copioſe: atqꝫ prudenter orationem accommodare: quod huius artis officium eſt: non parue felicitatis exiſtimauerim. Quātus vero honor: laus: dignitas in eos qui copiam dicendi adepti ſunt cōfluat: que emolumenta: que commoda homines eloquentia conſequantur. nemo facile poterit explicare. Nam ⁊ patriam fundare legibus. tutari conſilijs. ſententijſqꝫ ſuis amplificare diſertus poterit. ⁊ amicis preſidio. ⁊ ſuis ornamento futurus eſt. preterea inimicis timorē hoſtibus terrorem incutiet. Quod macedonū reges. quū clariſſimos oratores ab athenienſibus peterent. vt facilius denudatam cuſtodibus vrbem opprimere poſſent. ita eſſe declararunt.

¶ Propoſitio ab vtili.

Neqꝫ nos terret quod a nonnullis ignorantia dicitur. orationis copiā. quod obfuiſſet nonnunquā ciuitatibus ab omni bene inſtituta re.p. exterminandam videri.

¶ Ratio a genere ad ſpeciem.

Nec enim vllam artem inuenies. qua quibus cū verſamur detrimentum afferre nō poſſimus.

¶ Confirmatio a ſimili.

Quis ignorat quāto facilius ceteris atqꝫ cautius ſalutem hominis medicus oppugnare poſſit: quis neſcit iuriſconſultū acuta nimium interpretatione legum. ſummum ius in ſummā iniuriā poſſe cōuertere? At nemo eſt qui aut legum ſcientiam. aut medicine doctrinam exterminet. tanto magis amplectuntur. quanto ciuitatum egritudinis eadem arte. qua illate ſunt curari etiam ſolent.

¶ Exornatio ſtoria.

Preterea eloquentia expulſa. niſi mutus eſſe malis quod omnem ſocietatem coniunctionemqꝫ hominum. totamqꝫ rem. p. funditus euertit. ⁊ in iudicijs ⁊ in ſenatu. ⁊ apud populum tibi nonnunquam dicendum eſt. vbi niſi dicēdi copia valeas. a malis ⁊ a loquacibus viris ſimul cum re.p. euertere.

¶ Concluſio.

Non igitur obſūt rebus.p. hec dicendi ſtudia. ſed proſunt/non comprimunt/ſed conſtituunt. nō euertunt/ſed erigunt. nam ſi nulla eſſent nihilominus improbi peruerſiqꝫ homines ac tanto magis quanto ſe tueri oratione boni non poſſent/rebus nocerent. quare vt nō medicina: ſed

medicina: ſed perditi medici: vt nō ius: ſed improbi iuriſconſulti expellēdi ſunt: ſic nec eloquentia eijciēda videtur: ſed hi qui quum diſerti ſint: improbi ſunt. Ac multo magis medicina: ⁊ ceteris artibus eloquentia eſt retinenda: nā neqꝫ gubernari res.p. ſine oratione poterit: nec iprobos ciues arcebit: ⁊ a gubernaculis ciuitatis depellet: niſi vi eloquentie.

¶ Redditio

¶ Huius ergo tam preclariſſime rerum publicarum. tutricis ſtudia tanto nobis ardentiore animo ſuſcipienda illuſtrandaqꝫ videntur: quāto diutius iacuerunt.

¶ Comprobatio

¶ Solet enim preclariſſimarū artiū iacturā: niſi qui citꝰ ſuccurrat: non ſufferendas calamitates: ⁊ publicas ⁊ priuatas inuehere. Quare his libris cum que ab alijs benedicta iudicamus: tum que ipſi legendis ſummi oratoris oratōibus intelleximus: quā breuiter pro multitudine rerum fieri potuerit explicare conſtituimus. Qua in re oēs ſūmopere rogamus atqꝫ obteſtamur: ne prius quā omnia perlegerint: de labore noſtro iudicium efferant. Sic enim facile ſperamus quicquid laboris huius rei gratia ſumpſerimus: neminem fortaſſis improbaturū.

¶ Tāgitur finis cum dicitur aſſēſione. tāgitur materia cum dicitur ciuilis queſtio. tāgitur inſtrumentum in verbo dicimus.

Rhetorica eſt ciuilis ſcientia qua cum aſſenſione auditorū quo ad eius fieri poteſt in ciuilibus q̄ſtionibus dicimus. Huius facultatis materiam ſicuti fere omnes in tria genera cāſarum diuidimus: que quoniā genera ciuilium queſtionum appellamus: de queſtione pauca dicamus. Queſtio eſt inquirende rei dubia propoſitio: vt ſint ne plures mundi: ſit ne ab athenienſibus indicendum bellū lacedemonijs. Queſtionē in infinitionē ⁊ cāſam diuidimus. Infinitio eſt rei alicuius nō implicita circunſtantijs queſtio. Infinitionum alias ciuiles: alias ſpeculatiuas appellamꝰ. Speculatiua: quū ad veritatem ſolum pertineat: his relinquatur: qui rerū cauſas ſubtilius rimantur. Ciuilis hoc eſt que ad ciuitatem pertinet: oratori ſubiecta eſt. Ea eſt huiuſmodi. Sit ne magnū ſtudium: multaqꝫ opera liberalibus artibus tribuenda: an homo qui occiſus inuentus eſt ſepeliendus ſit. Cauſa eſt rei alicuius implicita circūſtantijs queſtio: hoc pacto ſit ne ducenda vxor platoni: An aiacem Vlyxes occiderit: Sit ne laudi Ciceroni qꝫ in conſulatu coniuratores occiderit.

¶ Demonſtratio non querit ſit ne laudi ſed ſunt tāe laudi.

Hec cāſā ⁊ ciuilē queſtionem dicimus: quāuis re infinitione cōtineatur: in dictio tñ infinitionē amplectitur. Hanc igitur cauſam in tria genera diuidimus: demōſtratiuum: deliberatiuū: ⁊ iudiciale. Nā cū tria ſint auditorū genera: vnū qꝫ delectationē requirat: alterū quod cōſilium capiat. Tertiū quod iudicium exerceat: tria etiā cāſarum genera eſſe neceſſe eſt.

¶ Deliberationē ſemper reſpicit vtile ⁊ honeſtū q̄ bonum ⁊ poſſibile. genus iudiciale vt plurimum reſpicit preteritum ſed interim futurum vt in contēntia de damno infecto.

Deinde omnis res: que ab oratore aut agitur: aut dicitur vel in iudicio vel extra iudicium verſatur. Idqꝫ poſtremum iterum dupliciter partimur: Nā aut honeſtū ſolū: ex quo demonſtratiuū oritur genus: vel honeſtū ſimul cū vtili reſpicit: ex quo tota deliberatio cōfluere videtur. Preterea quum tria tpa ſint: ac vnicuiqꝫ vnum genus cauſe accomodatum ſit tria nō eſſe genera cauſarū nō poſſunt. Nam iudiciale preterito: Deliberatiuū cōſequenti: Demonſtratiuū inſtanti tpi attribuitur. Nam ⁊ ſi ex tranſacto tempore in demonſtratiuo: ſicut in deliberatiuo plerūqꝫ rōnes acquiruntur: nō tñ ab eo quod probat: ſed ab eo qꝫ probatur cauſe denominande ſunt.

¶ Demonſtratiuum genus duas res certas tractat ⁊ vnam incertā.

Poſtremo quicquid in diſceptatione ciuili cōſideratur: aut certū eſt: ⁊ cuiuſqꝫ animus fert: laudat: aut culpat: Aut dubiū. Cuius rei dubie ſi poteſtas eſt in nobis: deliberatiuum: Si in alijs iudiciale cōſilari genus perclariſſimum eſt. Demonſtratiuū eſt quod attribuitur in alicuius certe perſone laudē vel vituperationē cū amplificatione. Eius due ſunt partes laus ⁊ vituperatio. Laus ē orō amplificatiua rerū bonarū: ✠ quas certe ineſſe perſone dicimus. Vituperatio eſt oratio amplificatiua malarū rerum: quas certe ineſſe perſone dicimus. Delibe

✠ ¶ Et extenuatiua malarum. Et extenuatiua bonarum.

ratiuum eſt qđ in conſultatione poſitũ hꝫ ſententie dictionẽ. Eius due ſunt partes: ſuaſio ⁊ diſſuaſio. Suaſio eſt oratio deliberatiua: que primo in cõſultatiõe quid faciendũ ſit oſtendit. Diſſuaſio eſt oratio deliberatiua: qua auditoribus aliã partẽ ac ſuaſione oſſum eſt: perſuadere conamur. Iudiciale eſt quod poſitũ in cõtrouerſia habet accuſationem ⁊ defenſionẽ. Eius partes ſunt due accuſatio ⁊ defenſio. Accuſatio eſt orõ iudicialis: qua aut in crimen: aut in debitũ rapimus aduerſariũ. Defenſio eſt oratio iudicialis: qua aut crimẽ: aut debitũ a nobis repellimus. In iudiciali genere finis eſt equitas. Auditoris officiũ abſoluere vel damnare. In demonſtratiuo finis eſt honeſtas. Auditoris officium laude ne dignus ſit: an vituperatione is: de quo dicitur exiſtimare. In deliberatiuo finis eſt honeſta vtilitas. Auditoris officium alteram partem deliberationis complecti.

¶ Preterquam i coniecturali vbi ẽ finis veritas.

¶ Imo tanta ne laude aut vitupe ratione dignus.

¶ De officijs perducentibus ad finem huius artis.

Officia oratoris: quas nonnulli rhetorice partes dixerunt: vt apud omnes preclariſſime patet quinqꝫ ſunt. Inuentio: Diſpoſitio: Elocutio: Pronunciatio: Memoria. Nam quum omnis dicendi copia rebus ac verbis cõtineatur: Et res quidẽ diſponere: verba vero pronuntiare neceſſe ſit: quattuor hinc oriri partes neceſſe eſt: Inuentionem cui diſpoſitionem: ⁊ elocutionem: cui pronuntiationem adiũctam eſſe putamus. Memoria vero ⁊ ſi in omnibus requiratur liberalibus artibus: tamen quod difficillimum ſit: in conſpectu multorũ cunctis audiẽtibus memoriter pronuntiare: huic excellentiſſime potiſſime attribuatur. Inuentio eſt excogitatio rerũ verarum: aut veriſimiliũ: que cãm probabilem reddunt. Diſpoſitio eſt rerum inuentarum in commodiſſimis locis diſtributio. Elocutio eſt idoneorum dicendi generũ ad inuentionem accommodatio. Pronuntiatio eſt vocis: vultus: geſtus: moderatio: cum venuſtate. Memoria eſt firma animi rerum ⁊ verborum: ⁊ diſpoſitionis perceptio. Hec oĩa tribus poſſumus aſſequi rebus: natura/ arte: ⁊ exercitatiõe. Nam ⁊ ſi nature acumine omnis acquiratur doctrina: tũ tũ vocem: tum latera: ac geſtum corporis: tum etiam copiam dicendi: ⁊ volubilitatẽ lingue: ⁊ quandam poſtremo facilitatem partim ad inueniendum: partim ad explicanda/ atqꝫ exornanda ea/ que inuenta ſunt/ potiſſimum arte ⁊ exercitatiõe acquiri cõfirmareqꝫ Demoſthenis commoti exemplo non dubitamus. Nature enim commoditas/ niſi arte illuſtretur/ exercitationeqꝫ confirmetur/ tanquam ager natura fertilis: verum incultus nihil fructus: multa feda atqꝫ aſpera in dicendo producere ſolet. Natura enim eſt inſita ad dicendum cõmoditas. Ars eſt que dat certam viã rationemqꝫ dicendi: ſub qua imitationẽ poni tunc clarius videbitur: quum de generibus dicendi tractabimus. Exercitatio eſt aſſiduus vſus cõſuetudoqꝫ dicẽdi. Quuꝫ hec ita ſint de inuentione prius ⁊ ea potiſſimũ: que iudiciali generi attribuitur: quã breuiſſime ⁊ clariſſime potero dicere conſtitui/ Ac vt omnia ordine proſequar/ ad orationis eam partes accommodabo. ¶ Orationis quattuor ſunt partes: Exordium Narratio/ Contentio/ ⁊ Peroratio. Nam qui diuiſionem/ confirmationẽ/ ac cõfutationẽ orõnis partes dicit/ is certe mihi videtur/ aut id quod vnius partis locũ obtinet tripartito diuidere: ⁊ ea que particule potius orationis ſunt partes nominare aut diuiſionẽ cõfutationẽ ⁊ cõfirmationẽ ſic admixtas/ vt ſimul cum ea nihil aliud niſi confirmationem conficiant/ ſeparare. Etenim nunquã ne cõfirmatio erit/ ſi qua cõfutanda reſtant/ ⁊ diuiſionem cuncta diligenter amplecti confirmatiõis membra per totamqꝫ confirmationem diſperſam eſſe neceſſe eſt. Quare non alia pars erit diuiſio alia confirmatio/ cui adiunctam confutationem putamus. ¶ Exordium eſt oratio que animum auditoris preparat ad audiendum/ cuius due ſunt partes/ Principium/ ⁊ inſinuatio. ¶ Principiũ eſt oratio: que ſtatim apertis rationibus animuꝫ auditoris ad

¶ Differt ars ab imitatione: ars tradit ſimplicia ſed imitatio mixturã

auditoris ad audiendum conſtituit. Inſinuatio eſt oratio/ que per diſſimulationem animum auditoris ſubiens parat ad audiendum. Verum quoniam per exordiuꝫ beniuolos/ dociles/ attentos auditores facere debemus: vt vnumquodqꝫ eorum certa quadam via conficere poſſimus genera cauſarum: que maxime pro exordio conſyderantur: prius explicanda videntur. ¶ Genera cauſarum ſunt quinqꝫ: honeſtuꝫ: turpe: dubium: humile: ⁊ obſcurum. ¶ Honeſtum eſt quod ab omnibus ſuſcipiendũ probatur. ¶ Turpe eſt quod ab omnibus oppugnandum videtur. huic etiam admirabile adiungendum eſſe putamus: quod eſt: quum res inaudita auditorum aĩos a nobis alienat. ¶ Dubium eſt: quum habet in ſe cauſa honeſtatis/ ⁊ turpitudinis partem. ¶ Humile genus eſt: quum contempta res affertur. ¶ Obſcurum eſt quod niſi tardius auditores intelligere poſſunt. Verum quoniam ⁊ humile ⁊ obſcurũ facilia intellectu ſunt: de honeſto ⁊ turpi: quibus modis recte percipi poſſunt: dicẽdum videtur. Quamuis ergo honeſtas ⁊ turpitudo cauſe ex omnibus circunſtantijs haberi poſſit: tribus tamen modis maxime comprehenditur: perſona: re: loco. Perſona quum vir grauis ⁊ magne auctoritatis accuſat: aut defendit. Nam huiuſmodi viri ⁊ oppugnatio defenſori turpem cauſam facit. ⁊ defenſio minus honeſtam accuſationem reddit. ¶ Preterea omnis qualitas accuſatorum defenſorumqꝫ conſyderanda eſt: nam parentem: fratrem: aut omnino propinquum: vel amicum: vt oppugnare niſi rei. pu. cauſa turpe: ſic defendere honeſtum dixerim. Re vero aliud alio obſcenius vel laudabilius eſt: vt parricidium: proditio: ſtuprum: In quibus defenſio tanto deprimitur: quanto extollitur accuſatio. At hec quidem omnibus cauſis communia ſunt/ Illud proprium/ quod ex loco vniuſcuiuſqꝫ conſtitutionis firmiſſimo naſcitur. Nam quum cauſam ⁊ locos eius intellexeris/ vt in ſecundo dicetur/ firmiſſimum illius ſtatus locum qualis nam in ea re ſit diligenter examinabimus/ qui ſi reo optimus eſt/ ei honeſtiorem cauſam reddit. Si opprimit/ hoc eſt ſi vt firmiſſimo defenſionis loco accuſationis firmiſſimus depelli poſſit/ accuſatoris cauſa facilior/ vt verbi gratia. In coniecturali quanto firmior inuerſio eſt/ tanto totam defenſoris cauſam honeſtiorem efficit/ quanto infirmior/ tanto accuſatoris criminatio ſuſpitioſior/ ⁊ rei cauſa turpior/ quum hec ita ſint/ conuenit exordiorum rationeꝫ ad cauſe genus accomodari. Itaqꝫ ſi honeſtum genus cauſe erit/ omnino ſuperſedendum exordio/ aut breuiter per principium oſtendendum eſt quare cauſa ſit honeſta. Si turpe erit/ inſinuatione vtendum eſt/ de qua poſterius dicemus. Sin dubium ne quid turpitudinis pars nobis obeſſe poſſit: a beniuolentia principium conſtituemus. In humili genere attentos: in obſcuro dociles faciemus. ¶ Dociles auditores facere poterimus/ ſi ſummam cauſe breuiter exponemus/ hoc eſt id in quo conſiſtit controuerſia/ de qua dicturi ſumus. Quod poete tum docilitatis/ tum attentionis gratia ab homero acceptum diligentiſſime ſeruant. hac enim ratione tam in georgicis quam in eneide apud Virgilium/ itemqꝫ apud Ouidium in libro metamorphoſeos/ ⁊ alios fere omnes exordium compoſitum eſt/ etſi attentos faciemus/ nam docilis eſt qui attente vult audire. ¶ Attentos faciemus/ ſi demonſtrabimus ea/ de quibus dicturi ſumus/ aut magna/ aut inaudita aut noua eſſe/ etſi dicemus aut ad religionem pertinere/ aut ad rem publicam. aut ad eos ipſos/ qui audiunt/ aut ad alios/ quos caros habeant/ aut ad illuſtres viros/ ⁊ ſi iudicationeꝫ aperiemus/ ⁊ ſi rogabimus vt attente audiant. ¶ Beniuolos duobus locis maxime faciemus a perſona ⁊ a cauſa hoc eſt ab ipſa re. A perſona aut noſtra/ aut aduerſariorum aut iudicum/ ⁊ eorum nonnũquam/ qui extra cauſam ſunt. ¶ A noſtra pſona/ ſi officium noſtrum ſine arrogãtia laudabimus/ hoc eſt ſi quales in rem. p. aut in parẽtes aut in amicos/ aut in eos ipſos qui audiunt fuerimus/ oſtendemus/ dum hec q̃ oĩa noſtro officio facta commemoramus ad cãm pertineãt. Vt pro. L. Flacco. Quum

¶ Triplicia ſunt exordiorum precepta. quid. quando quomodo.

¶ Hoc genitiuos paſſiue intelligas non actiue.

in maximis periculis huius vrbis atqꝫ imperij grauiſſimoꝝ atqꝫ acerbiſſimo rei. publi. caſu ſocio atqꝫ adiutore conſiliorum periculorumqꝫ meorum. L. Flacco cedē a vobis: coniugibus. liberis veſtris: vaſtitatem a templis: delubris: vrbe: Italia depellebam: ſperabam iudices honoris potius. L. Flacci me adiutorē futurum: quā miſeriarum deprecatorem: quod enim eſſet premium dignitatis: quod. p. r. cum huius maioribus ſemper detuliſſet: huic denegaret. ¶ Hic illud dicendum videtur: ne quis dubitaret: nos patroni: ⁊ eius de quo dicitur perſonam vnam putarenam ⁊ inuentio eadem fere eſt hiſdemqꝫ locis vtendum: ſiue a patroni: ſiue ab eius de quo dicitur perſona exordiorum ſententiam excogitare velis. ¶ Item ſi rei publi. cauſa: aut non mediocris alicuius rei: que noſtri officij interſit: magna atqꝫ honeſta ratione. aut etiam neceſſitate commotos ad hanc cauſā acceſſiſſe dicemus vt pro. C. Rabirio. Et ſi quirites non eſt mee conſuetudinis initio dicendi rationē reddere: qua de cauſa quenquam defendam: propterea quod cū omnibus ciuibus in eorum periculis ſemper ſatis mihi iuſtam cauſam neceſſitudinis eſſe duxi: tamē in hac defenſione capitis. fame: fortunarumqꝫ omnium. C. Rabirij proponēda ratio videtur officij mei: propterea ꝙ que iuſtiſſima cauſa eſt mihi ad hunc hominem defendendum eſſe viſa eſt: eadem vobis ad abſoluendum videri debet. Nā me tū amicitie vetuſtas: tum dignitas hominis: tū ratio humanitatis tum mee vite perpetua conſuetudo ad. C. Rabiriū defendendū eſt adhortata. At vero vt id ſtudioſiſſime facerem: ſalus rei publi. conſulare officium: conſulatus deniqꝫ ipſe mihi vna vobiſcum cum ſalute rei publi. commendatus coegit. ¶ Deinde ſi noſtra incommoda proferemus ſolitudinē: inopiam: calamitatem: ⁊ cetera huiuſmodi: quibus per commiſerationem beniuolentia captatur aperiemus: Quam rem tamen ita faciemus: vt ſine nimia amplificatione omnia dicamus. Nā in hoc maxime a peroratione differt exordium: quod ea: que in exordio deguſtanda ſunt: in peroratione ampliſſime ſumuntur. huiuſcemodi exordium pro. P. ſylla his verbis aſſumpſit Cicero. Maxime vellem iudices vt. P. Sylla ⁊ antea dignitatis ſue ſplendorem obtinuiſſet: ⁊ poſt calamitatem acceptā modeſtie fructum aliquem potuiſſet percipere. Sꝫ quoniam ita tulit caſus infeſtus: vt ampliſſimo in honore tum communi ambitionis inuidia/ tum ſingulari Antonij odio euerteretur: ⁊ in his priſtine fortune reliquijs miſeris/ ⁊ afflictis/ tamen haberet quoſdam/ quorum animos ne ſupplicio quidem ſuo ſaciare poſſet/ quamquam huius incommodis magnam animo moleſtiam capio. tamen in ceteris malis facile patior oblatum mihi tempus/ in quo boni viri lenitatem/ miſericordiamqꝫ notam omnibus quondam/ nunc quaſi intermiſſā agnoſcerent. Hic ⁊ infirmitas multum valet ſexus etas/ liberi/ pupilli/ parentes coniuges/ ⁊ omnia que ſunt ad commiſerationem accommodata. Nam omnibus commiſerationis locis in exordio vti licere/ tum in multis: tum maxime in elegantiſſima pro Milone oratione oſtendit Cicero/ qui remoto metu/ in commiſerationem hoc pacto deſcendit. Hoc profecto tempore eam poteſtatem omnem vos habetis/ vt ſtatuatis vtrum nos qui ſemper auctoritati veſtre dediti fuimus/ ſemper miſeri lugeamus: an diu vexati a perditiſſimis ciuibus aliquando per vos ac per veſtram fidem/ virtutem/ ſapiētiāqꝫ recreemur. Quid enim nobis duobus laborioſius: Quid magis ſolicitū/ magis exercitū. dici: aut fingi poteſt/ qui ſpe ampliſſimorum premiorū ad rem. p. ducti metu crudeliſſimorū ſuppliciorū carere non poſſumus/ ⁊ quidē ceteras tēpeſtates ⁊ procellas in illis duntaxat fluctibus cōcionū ſemper putaui Miloni eſſe ſubeundas: quod ſemper pro bonis contra improbos ſēſerat. in iudicio vero/ ⁊ in eo conſilio. ⁊c. Nonnunquā etiam ſi diluemus prout in exordio licet illata nobis ab aduerſarijs crimina/ ⁊ ea maxime/ que in exordio ab ipſis dicta ſunt/ que res etiam multum gratie affert exordio. Quum enim ab his que ab aduerſario

ab aduerſario dicta ſunt materiam trahat: omnē premeditationis ſuſpicionem facillime tollit: extremo ſi rogabimus: vt nobis breuiter dicturis fauere placeat. Ac primi quidē duo a nr̄a pſona loci: qui partī ab officio nr̄o: partim ab incommodis trahuntur: ⁊ ſi primus magis ad accuſatorē: alter ad defenſorē pertineat: tamen cōes: ideſt tam defenſoris quā accuſatoris inueniri poſſunt. Accuſatorem autem nonnūquā: aut odij: aut inuidie: aut ambitiōis ſuſpicio ſequitur. Inuidiā ac ambitionē ſp negabimus. Odiū vero aut negabimus: ſi eos viros in iudiciū trahimus: quorum auctoritas nos offendit: ⁊ dicemus vel rei. p. vel eoꝝ etiā ipſorum: quos accuſamus commodo commouerit: ne licentia ita efferantur: vt ſe: ⁊ exiſtimationem ſuam perdiū eant: aut cōfirmabimus ſi ab ipſis prius affecti iniuria vindictam querimus: vt Cicero in Vatiniū teſtē: quū aduerſariū in odium rapiat: odium quoqꝫ ſuum: quo merito in eum incitabatur his verbis exclamat. Si tua tāmmodo Vatini quod indignitas poſtularet ſpectare voluiſſem: feciſſē id quod his vehemēter placebat: vt te cuius teſtimoniū propter turpitudinē vite: ſordeſqꝫ domeſticas nullius momēti putarentur: tacitus dimitterē. nemo enim hoꝝ ita te refutandum vt grauem aduerſarium aut ita rogandum vt religioſum teſtē arbitrabatur. Sed fui paulo in te itēperātior fortaſſe quā debui: odio. n. tui: in quo eti ōēs ꝑ tuum in me ſcelus ſuperare debeo: ⁊ ſi ab oībus pene vincor: ſic ſum irritatus: vt quum te nō minus cōtēnerem: quā odiſſem: tñ vexatum potius: quā deſpectum vellē dimittere. Defenſorem: ac aduocatū: cum lucri ſuſpicio: tum quod officio cognationis: aut amicitie faciat conſequitur. id vltimum quod beniuolentia faciat cognatiōiſqꝫ neceſſitudine exordio cōfirmabit: nulla cā lucri facere dicat: niſi lucrum: amicorum ſalutē appellaret. A perſona vero ipſius: qui accuſetur ſi bonam exiſtimationē habere videbitur: ea a nobis diluetur ſi accuſabimus: cōfirmabitur ſi defendemus: ſin contra: nobis quoqꝫ cōtrafaciendum eſt. ¶ Ab aduerſariorum perſona tribus modis beniuolos auditores faciemus. Nā ſi potētes ſunt: in inuidiā rapiemus. Hic nos ſimplices: infirmoſ: impares fortunis: corpore: cautionibus: a cautis: potentibus: eloquentibus aduerſarijs circumueniri dicem⁹ nō oportere. vt pro. P. quintio. Que res in ciuitate due plurimum poſſunt he cōtra nos ambe faciunt hoc tp̄e: ſumma: gr̄a ⁊ eloquētia: quarum alterā. C. aquili vereor: alterā metuo: eloquētia. Q. hortēſij ne me in dicēdo impediat: nō nihil moueor: gr̄a Sex. Neuij ne Quītio noceat: id vero nō mediocriter ꝑtimeſco. Nec hoc tātopere ꝗ̄rēdum videretur hec ſumma in illis eſſe: ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. Verum ita res ſe habet: vt ego qui nec vſu ſatis: ⁊ ingenio parum poſſum: cum patrono diſertiſſimo cōparer: ⁊. P. Quintius cuius tenues opes: nulle facultates: exigue amicoꝝ copie ſunt: cū aduerſario grātiōſiſſimo contendat: ⁊c. Sin aūt abiecti ⁊ humiles: in cōtēptionē adducemus. Sin turpes. ⁊ nocētes trahemus in odium: vt in Vatinium teſtē. A perſona auditoris beniuolentiā captabimus: ſi res eorum ſine aſſentationis nimia ſuſpitione laudabimus. Qua in re vehemēter vtile eſt cōſeo mores iudicū: ac naturas cognoſcere: prout. n. aſperi: lenes: iocundi: graues: duri: remiſſiqꝫ ſunt. laudē eoꝝ cauſe accommodabimus: ac in re honeſta dignitatē: in humili iuſticiā: i ifelici miſericordiā. Quum pro leſis dicemus: ſeueritatē eoꝝ extollemus. Cōtraqꝫ ſi qui mores eoꝝ cām nr̄am impugnāt: eos orōne mitigabimus: quod fiet ſi ꝯtrarios affectus cōmouebim⁹. Nā ſi iracundia officit clementiam: ſi crudelitas: miſericordiam opponemus. Affectus. n. moueri maxime quod in peroratione licet: deinde in exordio ac narratione: tertio per totam orōnem. ¶ A perſona eorum: quos extra cauſam eſſe diximus: ducitur exordium: ſi aut faciundū dicimus: qḋ ab amicis omnibus laudatur: aut nō faciundum: qḋ inimicis optabile eſt. Vt illud neſtoris apud homeꝝ: certe priamus ac eius filij gaudebunt: ſi vos agamemnoni ⁊ achilli dicēs: cōtendere intelligant. ¶ Ab ipſa re beniuolentiam

diciemus. Si aũt honeſtatem rei noſtre extollemus: aut turpitudinẽ cauſe aduer
ſariorũ deprimemus. In his omnibus illud dicendũ iudico non ſolum cuiuſmodi
ſint hec que dicta ſunt conſiderari. Uerum etiam magis qualis auditorum: accuſa
torũ: defenſorũ: ac oĩum: qui aut in cauſa: aut extra cauſam ſunt de ipſa re: de qua a-
gitur: extimatio ſit. Nonnunquã etiã que opinio vnius eorum de altero. Nã hoc
pacto commode ad rem pertinens ex opinionibus inuenietur exordium: parum e-
nim refert qualis ſit res conſiderare: niſi optime teneas qualis opinione hominũ
ac iudicum maxime habeatur. Quare hi loci exordiorum: de quibus hactenus
dictum eſt: quum ad opinionem maxime accommodentur: ex opinionibus qđ nos
ἐκ τῶν ἐνδόξων dicimus latine appellentur. neqꝫ grauaremur in vnoquoqꝫ ge
nere exemplum ponere: niſi ꝛ longum eſſet: ꝛ rem ſatis dilucidam fore putaremus
vno aut altero exemplo poſito. Exules obſeſſam patriam ab oppugnatione liberant
parta victoria quidam fert legem de exulibus reuocandis. Quum tantã letitiã iu
dices vniuerſe rei publi. exules attuliſſent: vt ex oppugnatiõe victores: ex obſeſſa ci
uitate ampliſſimum triumphum ex hoſtibus reportemus: ad conſulendum vobis
acceſſi: vt eam exulibus ciuitatem reddatis. quam ipſi ſua virtute expulſis hoſtibꝰ:
vobis liberam: atqꝫ triumphantem reddiderunt. Item econtrario. quũ nullam rẽ
tam pernicioſam rei. p. patres inueniri poſſe arbitrer: quam conſuetudines quã le-
ges: quã iudicia nõ conſeruare: conſulere vobis conſtitui: vt eos: qui iam legibus:
ꝛ iudicijs ciuitatis exilio condemnati ſunt: reſtituere nolitis. Illic enim a perſona e
xulum hic a re ipſa principium ortum eſt. Rationes deinde ſubiungende: que circũ
ſtantijs inueniuntur. Ut autem dilucidior exordiorũ ratio ſit: alios quoqꝫ locos
eorum ponamus: qui tametſi ad eos: qui expoſiti ſunt: quos ex opinionibus voca-
mus: reduci poſſunt: tamen quum magis cauſis accommodentur: nec ab eis longe
ſeparati ſint: multo facilius his poſitis: exordium inueniri poterimus. Sunt ergo
etiam exordia: que a partitione quadam aut exuperatione: aut confectione trahun-
tur. ¶ Eorum que quodammodo a partitione fiunt genera ponimus tria. Pri
mum quum duplex iniuria facta videtur: ꝛ quaſi diuidendo dicimus potuiſſe nos:
ꝛ alius criminis aduerſarios accuſare: ſed tamen modeſtia noſtra noluiſſe: aut ſui
quoqꝫ cauſa: ne grauius crucientur: ſufficere rei publi. ſi vnius penas dederit hoc
modo. Imperator ciuitatem captam deiecit: ac ſeuit: nullum ex terra germen pro-
ductum eſt: ꝛ quod impie feciſſe accuſatur: poſſumus ſic incipere vt dicamus. Si
ſtatim quod ciuitatem deieciſſet: eius criminis penas dediſſet: nõ aliud quoqꝫ iſte
crimen acceſſiſſet. Nunc vero quum ꝛ impie ſerere auſus eſt: nullo modo pretermit
tendus nobis videtur: cui etiam adiungi poterit pro ratione id quod ab euentu ap-
pellamus: Ne diuinam iram: que ſterilem terram effecit: in nos cõuertamus. Hac
in re cauendum eſt: ne res vna minutim diuidatur. Non enim hoc a partitione exor
dium: ſed a circumſtantiarum inciſione vehemens confirmatio eſt: de qua in tertio
dicemus. ¶ Alterum quũ aduerſariorum vitam ꝛ ante cãm hanc extimatio quedã
infamie conſequitur: vt ſi contra meretricem cauſam agis: ꝛ propter aliam vitã iu-
re illam accuſari: ac puniri poſſe diceres: maxime autem propter hoc quod nuper ri
me eſt auſa. ¶ Tertium a partitione quadam temporis quod ab euentu appellare
licet. Quum aut quod nunquam ante: ꝛ nunc ſolum cõmiſſum: aut quod ſepe factũ
ſit: ne rurſus fiat precauendum dicimus: vt ſi quis expellendum dixerit tarquinio-
rum genus: ne amplius pudiciſſimis feminis talis violentia inferatur: aut piſiſtra-
tidas athenis expellendos: quod nunquã priuati eſſe didicerint. Non ignoro vt
dixi hec ad ea que ſuperius enumerata ſunt accommodari: Uerum quoniam his
quoqꝫ poſitis: que magis in ſpecies deſcendunt: facilior ac certior inuentio ſit: non
viſa ſunt ſuperſedenda. ¶ Ab exuperatione fit exordium: quum accuſantes dicimꝰ
maioris criminis

maioris criminis accuſare potuiſſe: Ut ſi quẽ furti accuſas: eũ ẽt ſacrilegij accuſari
potuiſſe. Differt a primo partitiõis mõ: quũ ibi multitudinẽ criminũ conamur oſtẽde
re ſolũ: hic nos maioris accuſare potuiſſe dicimus: ꝛ tñ aut qđ nolimus: aut qđ rei. p.
ſufficiat: aut ẽt ſui grã: nõ illius: ſz huius criminis accuſamus. Defenſor exuperatiõe
vtetur: Si dicere poterit ſe nõ ſolũ vllã huius rei criminationẽ timuiſſe: Sed laudẽ
ẽt ſperaſſe hoc pacto. Quidã traiecto exercitu naues cõburi iuſſit: vicit: reddijt: cãꝫ
dicit: qđ naues cõbuſſiſſet. Cuius ſimile eſt pro. L. Flacco. C. exordiũ. ¶ Qđ a ꝯfe-
ctiõe appellamus: mirabile eſt: quũ inuenitur ſit aũt quũ id qđ faciẽdũ eſſe dicimus:
Iã quodãmodo factũ ꝑdicimus: quẽadmodũ ſi in reuocãdorũ cã exulũ diceremus:
nos qđ dẽ ferre legẽ: vt ſuſcipiãtur exules. Uerũ iã re ipſa ab vniuerſa ciuitate: tunc
ſuſceptos fuiſſe: quũ palã fines ciuitatis tranſgreſſi portis patrie inſidentes hoſtẽſ
aggrederentur. Illud ẽt aĩaduertẽdũ qđ ſepe nũero: quãuis nõ oĩno a nobis aĩus au-
ditoris alienatus eſt: tñ antequã ad rẽ veniamus: ſi q̃ cõtra obſtãt diluenda vidẽtur
vt. C. in Uerrinis qđ neminẽ accuſaſſet: ꝛ pro Milone metũ mirifice amouet. Nã
quũ vehemẽter offẽdi aĩos poſſe videbat: ſi aperte timere iudices circõpoſitiſ armis
diceret: ipſe timere ſimulauit. deinde paulatĩ rõnibus ſe recreat: ac reficit: vt ipſos
quoqꝫ iud. ꝯfirmet: qđ ita factũ ibi maxime exprimit. Quãobrẽ adeſte animis iudi
ces. ꝛ timorẽ ſi quẽ habetis deponite. Neqꝫ ego nũc cõtẽdo. C. nõ extimuiſſe: ſz id no
to artis ẽẽ: quũ affectũ aliquẽ ex aĩo iudicũ remouere velis: nõ inutile videri eadẽ te
motiõe affici ſimulare: deinde ita te inde rõnibus reuocare: vt iudices quoqꝫ abdu
cas: qđ exordiũ inſinuatiõis vim hꝫ. Et tũc maxime fieri poſſe vtiquã aut res ꝑ ſe ip
ſam: aut aduerſariorũ oratio animũ auditoris a nobis alienat: quorũ vtrũqꝫ in Mi
lonis cauſa accidiſſe cõtẽderim: ꝛ in põpeiana quidẽ quũ ſibi videbatur obſtare: qđ
vir eloquẽtiſſimus nimium tarde ad ſuſcipiendam veniſſet rem. p. per principium:
id prius cõmodiſſime a perſona ſua: auctoritate loci: perſona auditoris captata be-
niuolentia diluit: Ac demum ad propoſitam cauſam tranſit ibi. Atqꝫ illud in pri-
mis mihi letandum iure eſſe video: quod ꝛc. Iudicio meo ſecundum exordium di-
cendum eſt: quod breuiſſimum pro honeſtate cauſe fecit: licet enĩ vna in cauſa duo
bus ꝛ tribus etiam ſi cauſa poſtulare videbitur vti exordijs. Nunc de inſinuatione
dicendum eſt.

¶ Non eſt exordi
um ſecundum ſz
cõprobatio reddi
tionis.

¶ De inſinuatione.

Insinuatione igitur vtemur: quum aut res per ſe turpis eſt: aut auditori per-
ſuaſo turpis videtur: quam rem plane intelligemus: ſi aduerſarius ita dixe-
rit: vt fidem eum feciſſe credibile ſit. Aut quum defeſſus eſt auditor eos au-
diendo: qui ante dixerint: quod multitudine verborũ: q̃ aduerſarij fecerũt: intelli-
gere poſſumus. quãuis tñ hoc: quã illud ſupius geſtu ẽt aliquo: aut dicto auditoris
ꝑcipiãtur. Si res ꝑ ſe turpis eſt: ſi idẽ qđ turpis ſit negare ꝑclare poſſumus: a beni
uolentia ꝑncipiũ ꝯſtituemus: Sin aũt ita manifeſta eſt: vt id negare difficile ſit (nã
manifeſta negare magis odiũ: q̃ beniuolentiã adducere ſolet) Si igitur rei turpi-
tudo difficile negari põt: ad inſinuationem cõfugiendũ eſt. niſi quid turpe ac mani
feſtũ ab aduerſarijs cõmiſſum maxime nup nacti erimus: qua re ipſos crimĩãdo:
beniuolos auditores facere poſſumus vt. C. pro. Q. ligario. Sed in inſinuatiõe pri
mũ dabimus operã: vt minora: aut alia mente facta: vel dicta videantur: aut ad pre
ſentem queſtionem non pertinere: aut leuiori pena honeſtius emendari poſſe: aut
ſatis punita videri: deinde aut rem honeſtam pro re turpi: aut hominem pro homi
ne: de quo agitur: aut pro re hominem: aut rem pro homine ſpectandum eſſe dice-
mus. Qua in re admonendum cenſeo quod aduocatus melius: quã is de quo agi
tur nõ turpem cãm ſolũ: verum etiã honeſtã dicere poterit: nam ꝛ laudare latius:

¶ Quinqꝫ loca i
ſinuande rei tur
pis. humanitas
relectio. compẽſa
tio voluntas. ex
tenuatio.

⁊ vituperare apertius: que vituperāda diſſimulandaue putat facile poteſt. Sepe ex maxime ſi quam virtutis opinionem apud iudices conſecutus eſt: ⁊ defenſoris ſimul ⁊ teſtis officium aſſerre videtur. Quum igitur ab his: que nos ledunt: que q̄ auditoribus odio ſunt: ad ea que ipſi diligunt: ⁊ nos iuuant animos eorum conuerterimus iudicata maiorum de re ſimili: aut maiori proferemus: in quibus illi nil aſpere iudicarunt. Quod ſi res non per ſe turpis: verum quoniam auditor p̄ſuaſus eſt turpis eſſe videretur: vel a firmiſſimo loco aduerſariorum ⁊ ab eo maximeque quo vehementius credimus auditorem moueri: dicere incipiemus: quem locum ſi omnino ſoluere non potes: quum ſatis labefactaris: promittes certam eius ſolutionem in loco proprio facturum neceſſe eſſe alia premittere: quibus apertiſſima eius loci erit ſolutio: vel omnem aduerſariorum accuſationem in genera quedam reducemus: ⁊ ea quaſi diuidendo exponemus. Hoc enim facit: ne quid aut obticere: aut obſcurare velle videaris. Quare auditor ſe potius temere aſſenſiſſe arbitratur: quam te: quem perturbatum oratione aduerſariorum putabat ſine cauſa cōfidere. Nec enim poteſt ſuſpicari te ita preparatum fuiſſe: quum videat ab ipſa oratione aduerſarij exordium fuiſſe: vt. C. pro Cluentio. Animaduerti iudices omnem accuſatoris rationem in duas diuiſam eſſe partes: quarum altera mihi niti ⁊ magnopere confidere videbatur: inuidia iam inueterata iudicij: Altera tantummodo conſuetudinis cauſa timide ⁊ diffidenter attingere rationem veneficij ⁊ cetera. Aut dubitatione vtemur: cui loco potiſſimum reſpondeamus: aut quid potiſſimum dicamus cum admiratione. Quod ſi tota cauſa ſic ab aduerſarijs aperta eſt: vt nullo modo negari poſſit: nec iure factum: nec aliud quid eſſe confingere audeas: quum omnia ita concedas eſſe: queres aliquid aut equale: aut maius: aut omnino idem quod aduerſarium vulneret: qua ratione pro. Q. ligario exorſus eſt Cicero. Nouum crimen. C. Ceſar: ⁊ ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te. Q. Tubero detulit. Q. Ligarium in africa fuiſſe: idq; C. Panſa preſtanti vir ingenio fretus fortaſſe familiaritate: que eſt ei tecum auſus eſt confiteri. Itaq; quo me vertam neſcio: ⁊ paulo poſt per conuerſionem in aduerſarium: vt ⁊ ipſum terreat: ⁊ auditorem excitet. Habes igitur tubero quod eſt accuſatori maxime optandum confitentem reum. Sed tamen hoc ita confitentem ſe in ea parte fuiſſe: qua te tubero: qua virum omni laude dignum patrem tuum. Itaq; prius de veſtro delicto confiteamini neceſſe eſt: quam ligarij vllam culpam reprehendatis.

❡ Arguta diſputatio ſed non quaſi iuſta nam quamuis ſumme recte ſentit ⁊ oratoris ciceronis non negat eſſe peccatum ſed negat eſſe nouum ⁊ inauditum.

Non enim ironia eſt: vt Quintilianus ſentit: Sed vera confeſſio criminis: partim vt miſericordiam captet: partim vt quum eiuſdem rei: quam poſtea maiorem oſtendit: aduerſarium reum ac humanitate ceſaris abſolutum oſtendat: ſumme crudelitatis arguat: quod quam ipſe facile conſecutus erat: eandem miſericordiam ceteris abnegatum iri cenſeat. Nec ſi eſſet ironia: poſſet illud recte dici: quod poſt confeſſionem ſubiungitur. Omiſſaq; controuerſia omnis oratio ad miſericordiā tuam cōferenda eſt: qua plurimi ſunt conſeruati: Quum a te non ſolum liberationem culpe ſed errati veniā impetrauiſſent. Sicut enim ſimplex cōfeſſio miſericordiā captat ſic ironice dicta ab omni miſericordia aliena eſt. Hec latius diximus: ne quis auctoritate potius nō nullorū quā veritate ductus: id fūdamētū in ea orōne ſibi iaciat q̄d totam defenſionem euertere potuiſſet. Quippe ironia huiuſmodi ⁊ miſericordie oppoſita eſt: ⁊ ne eiuſdē criminis accuſemus impedimento. At his duobus maxime tota ligarij cauſa defenditur: quare non in huiuſmodi cauſis ironice proferendā cōfeſſionē putamus. Sed cū claris ac certis rationibus aduerſarij argumenta refellere poſſumus. Verū ſi de hoc ſatis. nullus enī mente captus dubitabit criminādo aduerſarios ex ſimplici confeſſiōe hoc in principio beniuolētiā acquiri. Si autē defeſſus auditor fuerit: aut breui⁹ nos dicturos pollicebimur: quā parati fuerim⁹ nec imi

taturos aduerſarium:

taturos aduerſarium: qui per longas ambages eos detinuerit: ſeu aliquid quod ad riſum moueat inferemus: vel ſi rei dignitas riſum non pateretur: aliquid nouū triſte horribile dicemus: nam vt faſtidium ſtomachi ac cibi ſacietatem: aut aliqua re acuta leniamus: aut dulci mitigamus. Sic animus audiendo defeſſus aut horribili integratur: aut ridicula renouatur. In omni autem exordio id diligenter conſyderandum eſt: vt quid ledat: quid nobis proſit perſpiciamus: vt ab his que nos ledunt: vel aduerſarium iuuant: ad ea que cauſe noſtre adiumento ſūt: aut que aduerſariū pūgūt: aut ſaltem que minus nocent refugiamus. Preterea bonus quidem orator neq; agere neq; dicere cauſam incipiet niſi quis ipſe ſit ⁊ apud quē: ⁊ pro quo dicat: quo: ſpe: quo loco: quo rerū ſtatu: qua vulgi fama: aut opinione de iudicibus: de reo: de accuſatore: de reis: ac ceteris huiuſmodi ſecū ipſe cogitabit. Amplius ſciendum ab omni circumſtantia inueniri exordium: non a perſona ſolum ⁊ re: verū etiā a cauſa: a loco: tempore: ⁊ modo. A fama etiam ⁊ expectatione vulgi nonnunquam ducitur: vt Cicero pro Deiotaro: inter alia locum quoq; introducit. Moueor etiā loci ipſius inſolentia: quod tantam cauſam: quanta nulla vnquam in diſceptatione verſata eſt: dico inter domeſticos parietes: dico extra conuentum ⁊ eā frequentiā: in qua oratorum ſtudia niti ſolent: in tuis oculis: in tuo ore vultuq; acquieſco. Multa et ſunt exordia: que quum principaliter aut beniuolum: aut attentū: aut docilē faciant auditorem: tamen hec tria ſimul conficiunt. Eſt ⁊ illud dicendum q̄d quāuis a perſona noſtra principaliter: aut ab alio quodam loco exordium conſtituam⁹: Tamen licet vel in ratione expoſitionis: vel in redditione: vel etiam in ipſa expoſitione ⁊ a ceteris locis beniuolentiam captam inſerere: quod ⁊ de attentione: ⁊ docilitate intelligendum eſt.

❡ Non amara ſz acida. nam ſal ⁊ ſarmenta aut ſunt dulcia aut acceſſa nunquaq; amara.

❡ Precepta r... ſus ſunt hec fere. amphibologia diuiſio permutatio aſſimilatio apologus paronomaſia.

## ❡ De partibus exordium integrantibus.

Omne autem exordium ex quattuor maxime componi videtur expoſitiōe: ratione: redditione: comprobatione. ❡ Expoſitio eſt oratio: que quum ab aliquo eorum locorum: qui ad inuentionem exordiorum pertinere dicti ſunt: inueniatur: aut docilem: aut beniuolum: aut attentum facit auditorem. ❡ Ratio eſt oratio accomodata expoſitioni per quam id quod expoſitum eſt confirmatur facile. ❡ Redditio eſt breuis complexio eius quod expoſitione: ⁊ ratione conficitur: ⁊ totius rei aperta propoſitio. ❡ Comprobatio eſt redditionis cauſa: que quidem rē totam manifeſtius tangit. Huius artificij exemplum a. C. ſumere fortaſſis idcirco erit obſcurius: quod in dicendo non quemadmodū in docendo clare traduntur omnia. Sed vt ars occultetur: ⁊ oratio plus dignitatis poſſideat: celari hec ab oratoribus in dicendo ſolent: non enim vt artem doceant: verum vt rem ſuam conſequantur: cauſas agunt. Quare exemplo a nobis clarius poſito: conari conuenit ⁊ Ciceronis exordia ad hec redigere artis precepta: quod ⁊ in ceteris faciemus. Ad hoc quidem hic dictum ſit: ne ſepe his excuſationibus longior ſim: quod plane in quantum poſſumus dignitate orationis ſublata artem docemus. Magnitudine tributi coguntur Carthaginenſes liberos vendere: Et quidam apud Romanos legē fert diminuenda eſſe tributa carthaginenſibus. Neminem veſtrum latet quirites quāta mala Carthaginenſes propter vectigalium magnitudinem patiantur. hec expoſitio a calamitate perſone inuenta. Ratio Neq; enim. res ita parua eſt: quam in liberos committere coguntur: vt facile latere poſſit ⁊ quicquid huiuſmodi dici poteſt. Ubi ſciendum quod nonnunquam etiam ad rationem vnam alia poteſt afferri ratio: quū prima non ſatis firma videbitur: aut quum ratio iam dicta: non ita probatur vt egeat comprobatione. Redditio Vos autem decet quirites pro gloria ⁊ laude veſtri no

minis tributa miſeris diminuere. Comprobatio: ne cogantur tantam calamitatem
attingere: vt ⁊ filios quos genuerunt: in perpetuam vendant ſeruiturē. Hinc ergo
iam aperte videri arbitror: quoniam orationis grauitate remota res nuda propoſi-
ta eſt: quod expoſitio exordij a locis inuenitur. Ratio a circunſtantijs. Redditio tā-
git ipſam rem: quam volumus. Comprobatio cauſam redditionis affert: que quidē
in iudiciali: vt plurimum pretermittitur: aut redditioni coniungitur. Uerum in de
monſtratiuo genere commodiſſime poſt redditionem dicitur: ⁊ ſplendorem affert o
rationi non minimū. Expoſitio etiam nonnunquam talis eſt: vt duplex eſſe videa-
tur: qualis illa Ciceronis pro Marcello: quod vt melius percipiatur: nō grauabor
hic totum illum locum tranſcribere. Diuturni ſilentij patres conſcripti quo eram
his temporibus vſus non timore aliquo: ſed partim dolore: partim verecundia finē
hodiernus dies attulit: Idemqꝫ initium: que vellem queqꝫ ſentirem meo priſtino
more dicendi. Hec expoſitio eſt ſenſu multiplex: cōpoſitione orationis oīno ſimplex
infert deinde rationes tantam enim manſuetudinem tam inuſitatam inauditāque
clementiam tantum in ſumma poteſtate rerum omnium modum: tam deniqꝫ incre
dibilem ſapientiam ac pene diuinam tacitus nullo modo preterire poſſum. M. enim
Marcello vobis patres conſcripti reiqꝫ. p. reddito non ſolum illius: ſed etiam vo-
cem meam: ⁊ auctoritatem vobis ⁊ reipublice ſeruatam ac reſtitutam puto. Sub-
dit deinde rationes quibus verecundiam ⁊ dolorem ſilentij cauſam fuiſſe oſtendit.
dolebam enim patres conſcripti: ⁊ vehementer angebar: quum viderem virum ta-
lem: qui in eadem fuiſſet cauſa: qua ego non in eadem eſſe fortuna. Nec mihi perſua
dere poteram: nec fas eſſe ducebam verſari me in veſtro vetere curriculo illo emulo
atqꝫ imitatore ſtudiorum meorum atqꝫ laborum quaſi quodam ſocio a me ⁊ comi
te diſtracto. Poſt hec ſequitur redditio expoſitioni: ⁊ prime ratiōi accommodatior
⁊ totius cauſe: qua de laudibus agitur ceſaris aperiſſima expoſitio. Ergo ⁊ mihi ⁊
mee priſtine vite conſuetudinem. C. Ceſar interclúſaꝫ aperuiſti: ⁊ his omnibus ad
bene de re. p. ſperandum: quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti. Comprobatio. intellectuꝫ
eſt mihi quidem in multis ⁊ maxime in me ipſo: ⁊ paulo ante in omnibus. Quum.
M. Marcellum Senatui reiqꝫ. p. conceſſiſti commemoratis preſertim offenſioni-
bus te auctoritatem huius ordinis dignitatemqꝫ rei. p. tuis vel doloribus vel ſuſpi
tionibus anteferre. Hoc ciceronis exordio omnia q̄ ſuperius a me de exordiorū par
tibus dicta ſunt. intellecta optime puto. hec ⁊ in alijs ordine confecta inuenies. mul
ta vero colligere ne faſtidium legentibus afferam ſubuereor. Nam ⁊ res his que di
cta ſunt aperta eſt: ⁊ qui hec intellexit cum pulchre cetera orationis exordia preceptu
rum puto. Hec eadem ⁊ in inſinuatione conſyderantur: quamuis longe ac per am
bages: ac multo confuſius ad redditionem neceſſario exemplis plerunqꝫ interpoſi-
tis deſcendimus. Preter hoc etiam illud ſciendum exordia: que trahuntur ex opi-
nionibus vbiqꝫ inueniri. Cetera que ex partitione exuperatione aut confectione
inueniri diximus: quoniam proprius rei accommodantur: ⁊ maiorē in dicendo vim
afferunt: querenda quidem diligenter cenſemus: Uerum non in omnibus inueniri
poſſe ſciendum eſt. Item poſſe contingere vt vna in cauſa pluribus a locis exordia
inueniantur: vt in eius cauſa: qui ciuitatem deiecit ac leuit: omni partitionis modo
exordiri poterimus. Nam ⁊ ꝙ ciuitatem deieciſſet: debuiſſe penas dediſſe: vt iam di
ximus: ⁊ ſi infamis foret: ⁊ ob preteritam vitam puniendum: ⁊ ab euentu: ne quā irā
in ſolum ipſius vrbis dij tranſtulerint in vos conferant ⁊ a confectione: quod nos vi
deamur factum eius in iudicio reprehendere. Re autem vera diuinam iraꝫ iam pri-
dem impietatem eius coarguiſſe: quod terra nihil produxerit. Preterea nonnulla
exordia multos ad locos accomodari poſſe: vt illud pro. L. Flacco ad vtrumqꝫ a per
ſona noſtra locum pertinere videtur. Nam ⁊ officioſum ipſum in rem. p. fuiſſe oſten
dit: ⁊ incommodum

dit: ⁊ incōmodum preter ſpem eueniſſe deplorat: qui modus tertius cōmiſerationiſ
locus in tertio nobis ponetur: ab omnibus enim cōmiſerationis locis exordiū poſ-
ſe ſumi volumus ⁊ locū ab incommodis noſtris nominari. ſimiliter ab omnibus i
dignationis locis quemadmodum ad perſonā aduerſariorū adducimus. Itē illud
pro. L. Flacco per exuperationē cōpoſitum eſt. Nunc ne quando vicioſo exordio vta
mur: que vicia vitanda ſunt docebo.

¶ De vicioſo exordio.

Sunt igitur hec exordiorum vicia. Apparatum: vulgare: commūe: commu-
tabile: longum: ſeparatū: tranſlatum: contra precepta. ¶ Apparatum ē qd
nimis concinne ac ſplendide cōpoſitū eſt: id quū ſuſpitionē afferat auditori
premeditatiōis ⁊ artificij: in iudiciali genere fere nunquā niſi quū cauſe magnitu-
do id poſtulat: aut auditores huiuſmodi ſint vt cōtemni ſe credant: ni orationis com
poſite delectentur. Ita in deliberatiuo ſemper adhibēdū: nā premeditationis ſuſpi-
tio oratori conſulenti prodeſt: cām agenti obeſt. Quare in iudiciali ſimplicius exor-
diū cōponi debere dicerē: niſi vererer qd cōtemni ſe iudices ſuſpicarentur. Nā quū
tria preſtare potiſſimū orator debeat: vt doceat: vt moueat: vt delectet: cum vbiqꝫ
tum maxime in exordio delectare debet. Quare cōpoſitio exordij: nec tam delecta
ſit: vt non delectet: nec tā luculenta: vt preparatiōis ſuſpitionē afferre videatur.
¶ Uulgare eſt quod in plures cauſas poteſt accommodari. ¶ Commune qd eque
aduerſariorum cauſe: ac noſtre cōuenire poſſe videtur. Quare illud ſi cām hoc eſt ſi
pſone officiū tangis euitabis. ¶ Cōmutabile eſt illud: qd ab aduerſario leuiter com
mutatis verbis ad cām ſuā traducitur. Lōgū eſt: quod pluribus verbis cōpoſitum
eſt: quā cauſa poſtulat. Poſtulant aūt ſimplices quidem ⁊ honeſte: aut nullum aut
quā breuiſſimū. Perplexe vero ſuſpecte ac infames lōgius: quāuis in his oībus ad
hibendus ſit exordij modus: vt ſp in modica eius longitudo euitanda ſit. ¶ Sepa-
ratū eſt: qd nō ſicut aliqd mēbrū toti coheret cauſe. ¶ Tranſlatum quod non id con-
ficit: quod opus eſt: vt ſi quum opus beniuolentia ſit magis attentum facias: aut ſi
inſinuatione vtaris quū principio opus ſit. ¶ Cōtra pcepta eſt qd neqꝫ beniuolū:
neqꝫ docilē: neqꝫ attētū facit auditorē. Ac de exordijs qdē ſatis. ¶ De narratiōe.

Narratio eſt orō q̄ rē geſtā: aut proinde vt geſtam diligenter exponit. Nar-
rationū tria ſunt genera: Ciuile: digreſſoriū: Remotū: ¶ Ciuile eſt quo
exponimus rē geſtā: ⁊ vnūquodqꝫ trahimus ad vtilitatē noſtrā. ¶ Digreſ
ſoriū: qd habet digreſſionem: aut criminationis aut delectationis: aut ſideri: aut lau
dis: vel apparitiōis cauſa. ¶ Remotū eſt: quod a ciuili cauſa deſeiunctum eſt: ī quo
tū exerceri cōuenit: vt facilius id qd ad cām pertinet peragere poſſimus. Huius due
ſunt ptes: nam aut perſonis aut negotijs attribuitur. ¶ Primum debet contine-
re quandam orationis dignitatem perſonis accōmodatā vt ſermo cū accōmodata
varietate: ⁊ orationis feſtiuitate animorū oſtēdat diſſimilitudinem: grauitatem: leni-
tatē: ſpē: metū: ſuſpitionē: deſyderium/ diſſimulationem: errorē/ miſericordiam/ re-
rū varietates/ fortune commutationes inſperatū incōmodum: ſubitā letitiā/ iocun-
dum exitū rerū. ¶ Alterū quod negotijs attribuitur tres habet partes/ fabulā/ hi-
ſtoriam/ argumētū. ¶ Fabula eſt oratio/ que rem nec veram nec veriſimilē cōtinet.
¶ Hiſtoria eſt oratio que rem verā/ Sed ab etatis noſtre memoria remotam conti-
net. ¶ Argumētū eſt oratio/ que rem fictam/ ſed veriſimilē explicat. ¶ Uerum quo
niam digreſſoria narratio oratori neceſſaria eſt/ vt qualis ſit/ vel digito demonſtre-
tur. a. Cicerone. cuius diuine orationes hec nobis omnia ſuppeditant/ exemplū ſu
mamus. Quarta igitur in Uerrem/ quum ex oppido thermitanorū antiquiſſima ſi
gna ſublata eſſe quereretur/ ſic maioris inuidie ac criminationis cauſa digreditur.
Et enim vt ſimul. P. africani quoqꝫ humanitatem agnoſcatis/ oppidum himeraꝫ

Carthaginenſes quondam ceperant quod fuerat in primis ſicilie ⁊ clarum: ⁊ orna-
tum. Scipio qui hoc dignum populo Romano arbitraretur: bello confecto ſocios
ſua per noſtram victoriam recuperare. Siculis omnibus carthagine capta: que po
tuit reſtituenda curauit: ⁊ cetera que ſequuntur: ſed hec longior illa breuiſſima i ter
tio. Ne poſtea quidem cum in ea ipſa loca veniſti potuiſti accipere id quod eſt pro-
ditum memorie: ac litteris. latonam ex longo errore ⁊ fuga grauidam: ⁊ iam ad pa-
riendum vicinam temporibus exactis confugiſſe delum: Atqꝫ ibi apollinem: dianā
qꝫ peperiſſe. Huiuſmodi multa ſunt in verrem tum fidei: tum criminationis cau
ſa. Delectationis etiam vt proſerpine raptus. Laudis quoqꝫ ⁊ vituperatiōis gra-
tia nonnulla inuenies: ſed ex vno vel altero exemplo: qualia ſunt omnia intellectum
iri ſatis puto. Illud precipiendum: animaduertiſſe nos Ciceronem has digredie̅
di narrationes cum aliqua ſemper fere vel admonitione vel preparatione dicere: ſi
cui placet. ita ingreſſum illum appellare. Et enim vt ſimul. p. africani quoqꝫ huma
nitatẽ cognoſcatis. Preterea ex hiſtorijs plerunqꝫ vel fabulis ſumi: ⁊ in omni par
te orationis preterquam in exordio: ⁊ peroratione fieri poſſe. Ad hec non narrando
ſolum digredi: ſed laudando quicquam: vel locis demonſtratiui generis vituperan
do: exhortando: terrendo: deprecando: conſulendo: ⁊ multis alijs modis. Nam quic
quid per totam orationem dicitur: quod non a re de qua agitur: aut ab his circum-
ſtantijs: que ei rei implicite ſunt ad probandam rem trahitur: id totum digreſſionẽ
oportet exiſtimari: ⁊ longiora quidem huiuſmodi nonnulla ſunt: vt quarta in verrẽ
ſicilie laus: ⁊ pro Cornelio popularis illa virtutum. Cn. pompeij commemoratio.
Sed de digreſſione ſatis. Illa narratio que ad cauſas pertinet: debet eſſe dilucida:
breuis veriſimilis. Neceſſe eſt enim ſi victoriam in dicendo conſequi volumus ſic di
cere vt auditor facile intelligat: meminerit: credat. Verum dilucida breuis: ac veri
ſimilis oratio: tametſi ad omnes partes orationis pertineat. tamen maxime in hac
parte cuſtodienda eſt: qua primo iudicem docemus. Nam ſi acciderit vt expoſitio-
nem cauſe iudex: aut non intelligat: aut non meminerit: aut non credat: fruſtra in re
liquis laboramus. Breuis narratio erit: ſi non a primo principio repetetur: ⁊ ſi ſu-
matim non particulatim narrabimus. Si omnia que non iuuant pretermittemus.
Si ita vniuſcuiuſqꝫ dicemus exitum vt etiam ſi que antecedunt intelligantur. Si
ſemel dicta non repetemus: ſi nullis circuitionibus vtemur. Si non digrediemur:
ſi vſqꝫ eo quo opus fuerit progrediemur: deinde ſi ea ſolū dicemus que pretermitti
non poſſunt: que per ſe intelliguntur abijciemus. Nam qui ita narrat. domum tuã
perij: hoſtium pulſaui: puer reſpondit: eũ interrogaui ſi ibi eſſet dominus: negauit: e
go inde diſceſſi: in forum redij. Is ſe non intellexit multitudine rerum nō verborum
male narraſſe. Quare nobis placet tam rebus quam verbis breuem eſſe narratio-
nem. Sed ſi quoniam multa dicenda eſſent: longã narrationem intexere neceſſe eſ
ſet. In fine narrationis commonitione: hoc eſt breui epilogo quodam vtemur quo
ſummatim que dicta latius ſunt: in memoriam redigamus. Quod Cicero etiã in
narratione breuiſſima pro ligario idcirco fecit: vt quoniam cauſa difficilis erat. his
argumentis narrationem que ſuperius tetigit breuiter: latius comprobaret. Nam
quod in initio dixit: quum eſſet adhuc nulla belli ſuſpitio ibi repetit. Adhuc. C. Ce-
ſar. Q. ligarius omni culpa vacat. domo egreſſus eſt non modo nullum ad bellum:
ſed ne ad minimam quidem ſuſpitionem belli: Ac cetera ſummatim ita repetit vt
argumentis confirmet. Quare ipſius. C. ſententia placet: vt ⁊ ſummatiꝫ ſi opus eſ-
ſe videtur diffuſius dicta repetamus ⁊ interpoſitis argumentis que aut minus ve-
riſimilia: vel contra nos eſſe videntur ea apertius refellemus. Nō enim ita breuem
eſſe narrationem cenſemus: vt aut in obſcuritatem incidat: aut minus credibilis vi
deatur. Nam ſatius eſt ſupereſſe aliquid quam deeſſe: vt enim ſuperuacua cum fa-
ſtidio audiuntur:

ſtidio audiuntur: ſic neceſſaria non ſine periculo ſubtrahūtur. Preterea ſi quã ma-
xime ornata erit: ⁊ varietate orationis iocunda: ⁊ ſi longior erit: quum tamen dele-
ctet breuior videbitur. Quare quanto plura dicenda ſunt: tanto nobis politior nar
ratio conficienda videtur. Ad ſummam breuem narrationem non eam dicim⁹ qua
minus: ſed qua nihil pluſquam oportet dicitur. Dilucida erit: ſi rerum ac tēpo-
rum ordinem ſeruabimus: ſi non deerrabimus ab eo quod incepimus exponere.
Si breuitatis precepta ſeruabimus. Preterea ſi nihil noue: aut contorte / aut duri-
ter tranſlatum dicemus: Si proprijs / ⁊ maxime viſitatis verbis vtemur. Si oratio-
nis contextus nec nimium longus: nec nimium confuſus ſit. Poſtremo ſi tota nar
ratio ſic diſtincta: rebus: perſonis: temporibus: locis: ac cauſis erit: vt vnum alterū
cōfirmet: ⁊ nullū aliud confundat. Hoc enim plurimum ad claram ⁊ veriſimilē nar
rationem pertinet. Veriſimilis narratio erit: ſi vt natura rei ⁊ mores hominum ac
opinio poſtulat narrabimus. Si cauſe rerum conſiliorum rationes extabunt: vt ni-
hil actum: nihil dictum ſine cauſa putetur. Nam quum totius confirmatiōis: ac cō-
futationis fundamentum narratio ſit: non eſt dubium: quin ſemina probationis de
beat continere. Fiunt autem probationes omnes a locis vniuſcuiuſqꝫ conſtitutio
nis maxime proprijs: quos in aliqua circumſtãtia fundari neceſſe eſt. Quare placet
in narratione non perſonarum dignitates ſolum ⁊ rem: ⁊ cauſam: ⁊ que cuꝫ has cir
cunſtantias conſequantur: aut antecedant ad rem noſtram comprobandam: aut im
probandam aduerſariorum pertinent: Verum etiam locorum opportunitates: ſpa-
tia temporum: ac occaſiones ⁊ rerum idoneas narrationi diligenter inſerere. Si ali
quid falſum exponimus: danda eſt opera vt veris conueniat: ac his quodammodo
cohereat / ac innitatur. Nam que finguntur niſi veris ac manifeſtis mixta compro-
bentur: facile ficta eſſe intelliguntur. Quod diuinus poeta omnium preſtantiſſi-
mus in exponendis Sinonis inſidijs conſecutus eſt / nam ſtatim a veris incipit.
Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures / belide nomen palamedis: ⁊ inclyta
fama. Cui fictum illud accommodat. Illi me comitem: ⁊ conſanguinitate propin-
quum Pauper in arma pater. ⁊c. Verum deinde addit. Inuidia poſtquam pellacis
vlixi (Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris. Quo in loco ille poeta eximius
etiam interruptione quadam narrationis: vt animi cupiditate audiendi exardere̅
mirifice viſus eſt / Sed quid ego hec / haud ne quicquam ingrata reuoluo: ⁊c. Pre-
terea id maxime memorie tenendum arbitror: quod quum vbiqꝫ per totam oratio-
nem diligenter faciendum ſit / tum vel maxime in ficta narratione valde cauendum
ne parum inter ſe que dicuntur conueniant: ne ſibi ipſis pugnantia ſint / Ne quid ꝑ
totam orationem aliter ac expoſuimus / aut dicere / aut ſentire videamur. Solent e-
nim ficta memoria facile excidere. Unde vulgo dicitur mendacem memorem eſſe o
portere. Verum hec ſcilicet vt breuis ⁊ dilucida / ⁊ veriſimilis narratio ſit ita ſimul
intelligimus / vt vnicum quoddam genus confici velimus. Nam etſi precepta ſepa
ratim dantur / quod aliter fieri non poteſt / tamen omnia ſimul in dicendo amplecte
mur. Neqꝫ enim propter breuitatem precepta ea que veriſimilem rem faciunt pre-
termittemus / nec vt veriſimiliter dicamus / breuitatem deſpiciemus / nec vt credi-
bilis ac breuis narratio ſit minus vitandũ eſt / ne obſcuritate offendas. Quod erit
ſi omnia que ad probandum neceſſaria ſunt / nec pretermittuntur / nec longa oratio
ne / ſed paucis ⁊ quam proprijs verbis exponuntur. Ut ſi propter habendam mulie
rem / ac bona eius veneno a quodam maritum ipſius peritum aſſeueraſſes ſic breui
ter probationis ſemina delibabis. Auarus ⁊ libidinoſus homo mulieris veneno vi
rum excipere inſtituit. Quod ille cum poculo hauſiſſet ſanus bibit / ſtatim concidit
⁊ liuor ⁊ tumor confeſtim iudices inſecutus eſt. In difficilibus autem cauſis eti-
am illud communiter precipiatur ſententias exordij quam breuiſſime tangendas

nobis videri. Nonnunquã etiam ad leuandum tedium interfatione quadam audi
torem reficiendum. Audiſtis que acta ſunt: accipite nunc que ſequitur. Preterea
quedam alio loco dicturum: aut omnino pretermiſſurum te ſignificare nonnunquã
oportet. quale eſt apud Ciceronem. Moritur fuluius: Multa enim que ſunt in re
quia remota ſunt a cauſa pretermittam. In omni autem cauſa non accuſator ſoluȝ:
ſed etiam reus narrabit: niſi accuſatoris narratio ſatis ſibi vtilis eſſe videbitur. Ce
riteȝ ipſa rei narratio magis ſimplex ac demiſſa: quam accuſatoris quod enim ille a
ſtute nonnunquam factum: aut conſilio dicet: nos ſimpliciter ita narrabimus: vt ca
ſu potius: aut imprudentia: quam ex conſilio factum aut dictuȝ putetur. Ad hec ſi
narratio non bene tota coheret: ac parum veriſimilis ſi tota ſimul dicitur videri po
teſt: poterimus particulatim narrare: ⁊ parte comprobata: reliquum etiam narra
tionis: ⁊ comprobationis abſoluere: quod ſepius reo faciundum dixerim: quuȝ an
guſtijs: cauſe angitur. Narrabit enim partem ⁊ confutabit: deinde reliqua etiã hoc
modo perſequetur inueniri nonnunquam ⁊ huiuſmodi cauſas nõ ignoro in quibus
nulla narratio eſt: vt ſi queratur filius an frater ex inteſtato mortui heres eſſe ⁊ ha
at. Hoc enim in caſu nihil proſus eſt quod narres. Naȝ nec res ipſa: nec que ad cãȝ
probandam extra pertinent narrationem patiuntur: que res: vt tota breui ac liqui
do pateat narrationis materiam ex tribus profluere ſciendum eſt: ex re geſta: ex his
que rem probant: ex vtriſqȝ. Ex re ipſa geſta: vt nocte ingreſſus templum eſt pecuni
am grandem inde ſubripuit. Quum exiret a cuſtodibus comprehenſus: eos quoqȝ
ipſos pollicitationibus magnis corrupit. Ex his: que probant: vt Vlyxes quum ſe
neget Aiacem occidiſſe: in re quidem nihil narrat: ſed ſibi cum aiace nullas fuiſſe ini
micitias dicit: de laude inter ipſos certatum: caſu deinde aut aliqua de cauſa veniſſe
mihi eum in ſolitudinẽ veniſſe iacentem ac exanimem aiacem conſpicatum eſſe. Ex
vtriſqȝ quum ⁊ res geſta narratur: ⁊ ea quibus res probat̃ non pretermittuntur: ſi
ad ea que dicta ſunt Vlyxes adduceret commiſeratione ſe commotum gladium ex
traxiſſe. Teucrum deinde interueniſſe. Quare diligenter conſideranduȝ eſt ſi quid
narrationi aut res aut probatio: aut vtrumqȝ mediocriter ſuppeditare poteſt. Qd
ſi non accidit narrationi: tunc ſolum ſuperſedendum eſt. Nam ſi iudex cauſam pre
ſciret adhuc nihilominus narrandum eſſet: non enim ſolum vt cognoſcat: ſed maxi
me vt conſentiat narratio adhiberi ſolet. Oratoris tamen iudicio narranduȝ nec ne
ſit: quum cauſa ab auditoribus tenetur relinquimus.

¶ De preparatione narrationis.

Verum quoniam nonnulli vt breuiter narrent male putant ab ipſa re: qua
de agitur ſemper narrationem incipere debere: de initio ac preparatione e
ius dicendum videtur latius. Ergo quum exordium ita perfeceris vt ini
tio narrationis cohereat: ſiquidem res per ſe huiuſmodi eſt vt ⁊ ſatis pateat: ⁊ pro
bationum ſemina omnia continere videatur: ipſam ſtatim aggredi proculdubio de
bemus. Vt Cicero pro. Cn. pompeio. Bellum graue: ⁊ periculoſum noſtris vecti
galibus: atqȝ ſocijs a duobus potentiſſimis regibus infertur Mithrydate ⁊ Tigra
ne. Quod ſi ſemina probationum non ſolum a geſtione oriuntur negotij: ſed etiã ab
his que negocium antecedunt ⁊ conſequuntur. Narratio quum ab his que anteceſ
ſerunt incipiat: cuncta perſequitur: a quibus probaturi cauſam ſumus. Vt Cicero
pro Archia poeta: non inde incepit: quod cũ lucullo in. Siciliã profectus: Archias
quũ inde decederet in heracliã ciuitatem aſcriptus eſt: quod ad rem pertinebat: ſed
vt facilius probaret nõ mõ nõ eſſe ſegregandũ: quũ ſit ciuis: a numero ciuiũ: verũ et
aſſiſcendum ſi nõ eſſet. ſic incepit. Vt primũ e pueris exceſſit Archias: atqȝ ab his
artibus: quibus etas puerilis ad humanitatẽ informari ſolet: ſe ad ſcribendi ſtudiũ
contulit primum

contulit primum Antiochie: nam ibi natus eſt. Omnia que narrat Archie ingenio
ac doctrina magnifice ferme a pueritia contigiſſe. At vt ordine: ac certioribus pre
ceptis hanc rem aperiamus. In iudiciali genere primum conſyderandum videtur
priuata ne an publica queſtio ſit. In priuatis iudicijs ſi accuſamus: a preterita vita
rei incipiemus: vt ſemper eum auare vixiſſe aſſeramus: ſi propter auariciam factuȝ
contendimus: aut luxurioſe: perfidioſe: ambitioſe: que omnia vel latius: ſi firmiora
ſunt: vel per occupationem ſi tenuia proferemus: deinde paulatim deſcendere pote
rimus ad eam rem: quã perperam ab eo factam criminamur: propter id animi viti
um: quod iam prenarrauimus. Quod ſi preterita vita ea eſſet vt minime nos iuua
ret: preparatio narrationis per paralepſim: hoc eſt pretermiſſionem introducenda
erit. Nam que in preterito egerit tẽpore relinquere nos dicemus: ne quid extra cãm
agere videamur. Rem ſic apertam eſſe: vt pro ſe probetur non alijs adiumentis ege
re. Sin defendimus ſimiliter a tranſacta vita: ſi adiumento nobis ẽ preparabimus.
Sin aduerſarium potius iuuat dicemus ad rem venire: ne multitudine earum re
rum: que extra crimen id ſunt: quod aduerſarij fecerunt tempus conteramus. Eo
dem modo ⁊ in publicis queſtionibus ſemper a ſuperioribus incipiemus: que tamẽ
a cauſa aliena non ſint. Id ſane ſciendum quod in priuatis preparationes a qualita
te: vt diximus perſonarum plerunqȝ inueniuntur. In publicis etiam ab operatio
nibus ⁊ maxime his quas publice fecerunt hoc modo. Quum mille captiui noctu
ab hoſtibus fugiſſent / imperator eis portas ſecundum legem non aperuit / trucidã
tur ab his qui eos perſequebantur / accuſatur imperator / preparatio hic ⁊ a quali
tate perſone quod ſemper perfidus / rebuſqȝ publicis inimicus fuerit / ⁊ a rebus pu
blice geſtis / quod ⁊ ita imperauerit / vt ⁊ multi proſtrati / ⁊ quomodo imperitaue
rit breuiter aperiemus. ⁊ mille noſtrum capti ſint etiam exponemus rem amplificã
do ita tamen vt narrationi amplificatio conueniat. Qui cum virtute ac nobilitate a
nimi ad conſeruandam patriam quam ipſa amiſerat: vincula rupiſſent in portas ve
niſſent perfidia ſua vlus ipſe aperire noluit / que vt clarius intelligantur non graua
bimur varijs exemplis qualia eſſe debent oſtendere. Quare ſi breuiter dicamus vt
in conſultatione primo migrationis / deinde latione legis / tertio de bello ⁊ pace pre
paratio inueniri ſoleat. Reliqua iudicio eius qui orat dimittemus. ¶ Qui de migra
tione cõſultant tribus maxime moueri ſolent / Nam aut quia commoda que prius
ex prouintia ſua capiebant deficiunt / Vt ſi egyptij quoniam non creſcit amplius vt
conſueuerat nilus migrandum dicerent. Aut quia noua calamitas terret / vt ſi Si
culi impetu etnei mouerentur ignis / aut ſi nullum bonum factum eſt. quia melioris
prouintie deſyderio afficiuntur: vt ſi. Veneti an migrandum eſſet in greciam conſul
tarent. In primo ergo ſi ſuademus nulla alia de re aſſeremus maiores egyptum ha
bitaſſe / niſi quia videbant que commoda nilus cremento ſuo afferret. Eorum com
modorum breuem expoſitionem faciemus / deinde dicemus nos merito ſententiaȝ
antiquorum obſeruaſſe / quouſqȝ eam rem habebamus que eos hortata fuit egyp
tum habitare. Nunc autem quum fluuius non creſcat / ⁊ hec aut illa patiamur / fu
giendum cenſeo / etiam narrabit incommoda / que patiuntur cum amplificatione.
Diſſuaſor non illo commodo ſolum motos fuiſſe maiores: vt egyptum habitaſſent
dicet. ſed alijs quoqȝ multis: que ſummatim exponet cum amplificatione quadaȝ:
que omnia quum adhuc nobis integra adſint / paruo hoc incommodo non debere
moueri: ⁊ id narrabit incommodum ſimpliciter / vel cum attenuatione. ¶ In altero
hoc eſt quando noua calamitate terremur: dicemus maiores huiuſmodi calamita
tem nunquam ſuſpectam habuiſſe. Nunquam enim ibi habitaſſe ſi hoc prouidere
potuiſſent ⁊ ſic que patimur exponemus. Similiter diſſuaſor maiores alijs pro
uintie bonis motos oſtendet: que dicet amplificando vt diximus moderate tamen:

ac vt narrationis natura amplificationem patitur: hoc modo incommodi poſſe ac-
cedere ipſos intellexiſſe: quod bene ſcirent naturam ignis ⁊ exponet rem cum atte-
natione. ¶ In tertio ſi ab hiſtoria iuuamur: quod ⁊ in ceteris faciendum eſſe arbi-
tror: dicemus maiores neceſſitate compulſos exilij: vel bellorum cum hoſtes a prio
re prouintia: quam ipſi habitant expuliſſent: eum locũ habitaſſe: que prout hiſtoria
nos iuuat ſatis ãple ſi res poſtulat enarrabimus: vt appareat nõ cõmoditate proui
tie abductos: ſed ab inſtãti calamitate impulſos ibi maiores habitaſſe: deinde ad rẽ
veniemus: ⁊ huius loci quem habitamus incõmoda: eius ad quem migrãdum dici
mus commoda breui cum amplificatione amplectemur. Diſſuaſor ſimiliter ſi ab hi
ſtoria iuuatur non calamitate impulſos: ſed electione ad illum locũ veniſſe maiores
prenarrabit. Quod ſi ab hiſtoria neuter iuuãtur: vnus incõmoda: alter commoda:
que ſibi eo in loco acciderunt breuiter prenarrabit. ¶ Si de ferenda lege dicimus: ĩ
de incipiemus: quod iampridem vtile fuiſſet hanc legem conſtitutam fuiſſe non. n.
hoc aut illud incommodum nobis accidiſſet: ⁊ exponet in commoda: que ideo acci-
diſſe putat: quoniam hec lex conſtituta nõ erat. ¶ Similiter ſi de abrogãda lege diſ-
putamus. Utinam dicemus ea lex nunquã cõſtituta fuiſſet. Non enim ſic ⁊ ſic eue-
niſſet: ⁊ ea incommoda breuiter dicet: que alias ex ea lege ſecuta ſunt: deinde veniet
ad ea: que vt reuocent legem impellere videntur. Sin de vna abroganda: ⁊ altera fe
renda vtrũqꝫ in preparatione narrationis amplectemur: q̃ illam nunquam latam
propter hoc. hanc iam diu conſtitutam oporteret. In conſultatione belli iam an-
te illatas nobis iniurias prenarrabimus: quibus iam bellũ hoſtibus indictũ fuiſ
ſe dicemus oportuiſſe: ſed quoniam etiam nunc veniemus ad ea: que magis ad rem
pertinẽt. Similiter ſi de pace deliberatur: ſuſcepta iam ab hoſtibus beneficia ſi que
ſunt in preparatione collocabimus. Aut ſi hoc minime nos iuuat: que bellum incõ
moda: aut que pax cõmoda afferre ſoleat prenarrabis. deinde ad ſuſcepta iaꝫ ab hoc
in bello icõmoda deſcendes. At hec quidem de preparatione narrationis ſufficiant.
Non enim omnia inuenire ac dicere poſſe confidimus: Uerum principia ac radices
inuentionis tradere conſtituimus: cetera diligentia declamatoris ſi hec principia
obſeruabit / facile inueniet. ¶ In ipſo autem (vt ita dicam) narrationis corpore vt or
dine narremus danda eſt opera / hoc enim ⁊ breuem ⁊ dilucidam maxime facit nar
rationem. Primum itaqꝫ ſi ita opus fuerit quid derelictum dicemus: deinde quid
factum. Ad hoc quidem defenſori qui plerũqꝫ rem exponit ſimpliciter ſufficit. Ac-
cuſator autem ⁊ cauſas acriter afferet quare hoc derelictum / illud factum ſit / ⁊ con
ſilia nonnunquam cõſiliorumqꝫ rationes explicabit. Ut pro Milone cicero. Inte
rim quum ſciret Clodius (neqꝫ enim difficile erat ſcire) iter ſolemne legitimum / ne
ceſſarium ante diem. xiij. calendas febru. Miloni eſſe Lanuuium ad flaminem pro
dendum quod erat dictator Lanuinj Milo / Roma ipſe ſubito profectus pridie eſt /
vt ante ſuum fundum / quod re poſtea intellectuꝫ eſt Miloni inſidias collocaret / et
qꝫ profectus eſt ita vt contionem turbulentam / in qua eius furor deſideratus eſt / q̃
illo ipſo die habita eſt relinqueret / quã niſi obire facinoris tempus locumqꝫ voluiſ-
ſet / nunquam reliquiſſet.

## ¶ De tribus narrandi modis.

SCire autem vtiliſſimũ eſt tres eſſe modos narrationis ſimplicẽ / cũ rõne ſo-
lũ / tertiũ quũ ad rationẽ modus quoqꝫ quo geſta eſt res afferri ab oratore
videtur. Simplici ⁊ defenſor plerumqꝫ vt iam dictũ eſt ⁊ etiã accuſator vte-
tur quũ res huiuſmodi eſt / vt ẽt ſine rõnibus per ſe ipſam pateat. Cũ rõne narrabi-
mus quũ res per ſe ſatis veriſimilis nõ videtur niſi ſubiecta ratiõe. Modũ ẽt adde
mus rõni quũ res ẽt additis rõnibus tenuior videtur. At plerumqꝫ narratiões ita
cõpoſite ſunt / vt ex vna parte ſimplices ſint / ex altera ratione aut etiam modo cõfir
mentur / quas

mentur quas tamen ea ex re nominamus: qua magis eas abundare manifeſtũ eſt.
Narrat in illa preclariſſima oratione Cicero ad populum pro. Cn. Pompeio bello
mithrydatico preficiẽdo ſimpliciter. Item pro archia poeta. At in oratione illa ma
xime varia quã pro Milone edidit dupliciter narrat: primum cũ rõnibus ⁊ modis
nonnunquã vnũquodqꝫ corroborat: qua in parte acerrimi accuſatoris officium am
plectitur. narrat deinde ſimpliciter quum exponit omnia que ad defenſionem Mi
lonis pertinent. Quare aũt ita dupliciter narret vt ⁊ accuſatoris ⁊ defenſoris offi
cium aſſumere videatur: quum de cõſtitutiõibus dicemus enodabimus apertiſſi-
me. Sed de narratione ſatis multa ſi exemplo oſtendemus quid ſit quod diximus:
Narrationem cum amplificatione proferri oportere. Id ergo ita diximus vt oſten
deremus non nudam nobis expoſitionem rerum adhibendam videri ſed talem vt
affectus moueat: non incitet: prouocet: non exagitet. Nam inflammare quidẽ ⁊ ve
xare omni affectus genere perorationis eſt: tangere vero ⁊ commouere narrationis
Neqꝫ tamen negauerim magnificas quaſdam narrationes eo indignitatis vel com
miſerationis efferri: vt perorationis magnificentie ſimillime ſint: ſed vt hoc rarius
ita illud ſemper neceſſarium viuam eſſe ⁊ moratam narrationem: quod fit quũ mo-
res hominum: dicta: ſtudia: habitus: facta: que omnia actione: verbis: vultu: diſpo
ſitione notantur: quamuis breuiter: tamen ita explicantur: vt geri nõ audiri videã-
tur: quales ſunt Ciceronis vbiqꝫ. Sed ſi nobis ex vno loco verrinarum exemplum
ſumpſerimus ſatis erit. In tertia igitur vbi Philodemi caſum narrando ſubiecit
oculis: nonne ea ſtatim iecit fundamenta que a nobis probantur? Oppidum eſt in
Helleſponto Lampſacum imprimis iudices Aſie prouincie clarum ⁊ nobile: homi
nes autem ipſi Lampſaceni cum ſumme in omnes ciues Romanos officioſi: tũ pre
terea maxime ſedati ⁊ quieti prope: preter ceteros ad ſummum grecorum ocium po
tius quam adultionem aut tumultum accõmodati: ⁊ poſt pauca huiuſmodi. Erat
comes eius Rubrius quidã homo factus ad iſtius libidines qui miro artificio quo
cunqꝫ venerat inueſtigare omnia ſolebat: is ad eum rem iſtã defert Philodemum
eſſe quendã genere: honore: copijs: exiſtimatiõe facile principem Lampſacenorũ:
eius eſſe filiam: que cum patre habitaret propterea quod virum nõ haberet mulie-
rem eximia pulchritudine: ſed eam ſumma integritate pudicitiaqꝫ exiſtimari. Ho-
mo vt hec audiuit ſic exarſit. ⁊c. ⁊ parum poſt hec. Poſtea quã ſatis calere res Ru-
brio viſa eſt Queſo inquit Philodeme cur ad nos filiam tuã intro vocari nõ iubes
Homo qui ⁊ ſumma grauitate ⁊ iam id etatis ⁊ parens eſſet obſtupuit hominis
improbi dicto. Inſtare Rubrius: tum ille vt aliquid reſponderet: negauit moris eẽ
grecorum vt in conuiuio virorum accũberet mulier. hic tum alius ex alia parte. E-
nim vero ferundum hoc non eſt: vocetur mulier: ⁊ cetera. Quid ille quantos affe-
ctus prouocant: quanta ante oculos indigne rei ſubiectio? Conſtituitur in foro lau
dicee ſpectaculũ acerbum ⁊ miſerũ: ⁊ graue toti Aſie prouintie. Grandis natu pa
rens adductus ad ſupplicium: ex altera parte filius ille quod pudicitiam liberorũ
hic quod vitã patris famãqꝫ ſororis defenderat: flebat vterqꝫ non de ſuo ſupplicio:
ſed pater de filij morte: de patris filius. Quid lachrimarſi: ⁊ cetera. Uerum quo
niam ꝙ in accuſatione amplificationem appellare placuit: id in ſimplice defenſiõis
narratione extenuationem nominauimus quid hec nobis extenuatio valeat aperie
mus. Extenuationem ergo in narratione conficies ſi que acta ſunt ita ſimpliciter
narras: vt quã tarde ſine aſtutia: conſilio: dolo preparatiõe ſingula facta ſint oſten-
dat oratio: quod fiet ſi quecunqꝫ minuta ⁊ quaſi puerilia ſunt in rebus non preter-
mittas. Qualis eſt illa pro Milone diuina narratio. Milo autem quũ in ſenatu fu-
iſſet eo die quo a ſenatu eſt dimiſſus domum venit: calceos ⁊ veſtimenta mutauit:
pauliſper dum ſe vxor vt fit comparat commoratus eſt.

## De procurſu.

I'D preterea optime tenendum: quũ narratio nobis talis eſt: vt mirifice cõmo
uiſſe affectus videatur procurſu quodã qui ampliorem inuidiam incitet poſt
eam vti licere. Procurſus eſt oratio ad quam nos impetus affectuũ quos
in dicendo cõmouimus vehementius impellit: vt in magnifica illa Philodemi ca
ſuum narratione: Iaz iã Dolobella nec tui: nec liberorũ tuorũ: quos tu miſeros in
egeſtate atq3 ſolitudine reliquiſti miſereri poteſt. Verreſne tibi tanti fuit: vt eius li-
bidinem hominum innocentium ſanguine lui velles: idcirco ne exercitum atq3 ho-
ſtem relinquebas: vt tua vi & crudelitate iſtius hominis improbiſſimi pericula ſub
leuares? Sed hec in iudicem. illa in ipſum Verrem: Tantene tue Verres libidines
erunt: vt eas capere ac ſuſtinere non prouincie populi Ro. non nationes extere poſ-
ſint? Tunc quod videris: quod audieris: quod cupieris: quod cogitaris: niſi id ad
nutum tuum preſto fuerit: niſi libidini tue: cupiditatiq3 paruerit immittentur homi
nes: expugnabitur domus: ciuitates non modo pacate: verũ etiam ſociorum atq3 a
micorum ad vim atq3 ad arma confugiẽt: vt ab ſe atq3 a liberis ſuis legati po. Ro.
ſcelus ac libidinem propulſare poſſint? Tali procurſu non poſt narrationem ſolum:
ſed inter confirmationem quoq3 & confutationem: quũ res poſtulat: quod facile na
tura ipſa duce: que cõmotos affectus effundere cogit intelligere poſſumus: vti com
modiſſime oportebit. Hunc procurſum omnibus fere narrationibus in verrem in-
uenies: quod ideo factitatum puto: quoniam in perorationibus vniuſcuiuſq3 actio
nis propter negociorũ multitudinẽ ſingula amplificare: cum laborioſum: tum cõfu
ſum fuiſſet. Qua ratione & ipſas narrationes ampliores ac magnificas editas con-
tenderim: & confirmationes procurſibus pleniſſimas non dubitauerim. Procur
ſus locis perorationis fit: de quibus in tertio dicemus: & breuior eſſe debet: ne per-
orationis ſedem arripuiſſe videatur. Ibi enim conſulto: hic impetu elati indigna-
mur: & eos affectus incitare qui in narratione commoti ſunt. Cõtentio eſt oratio:
qua rem noſtram aduerſariorum ſolutis ordine comprobamus. Eius tres ſunt par-
tes: diuiſio: confirmatio: confutatio: quas ideo orationis particulas non principa-
les partes eſſe dicimus: quoniam & diuiſio in confirmatione eſt: & confirmatiõe niſi
cõfutaueris nihil probes neceſſe eſt. Quare placuit has tres ſub contentione pone
re: deinde contentionem in eis diuidere: quod & Cicero in partitionibus fecit: quip
pe in eo libro non ſex vt in rhetoricis libris: quos poſtea in oratore reuocauit: ſ3 quat
tuor orõnis partes eſſe aſſerit. Verũ ad veritatẽ rei multũ: ad dicẽdũ nihil attinet:
ſex aut quattuor dicere orõnis ptes. Contentione. n. in has tres diuiſa eadẽ in dicẽ
do cõmoditas: ac eedem partes rurſus relinquuntur.

## De diuiſione.

DIuiſio eſt orõ: per quã quid i cõtrouerſia ſit: & quibus de rebus dicturi ſu
mus breuiter exponimus. Diuiſiõis due ſũt ptes: ſeiũctio & diſtributio.
Seiũctio eſt orõ: p quã ſic exponimus q̃d nobis cõueniat cũ aduerſario: vt
quid in cõtrouerſia ſit ſeiũgat: hoc mõ iterfectã eẽ matrẽ ab oreſte: cõuenit mihi cũ
aduerſarijs iure ne fecerit: & licuerit ne facere id cõtrouerſia eſt. Itẽ ex alia pte aga-
mẽnonẽ a clytẽneſtra iterfectũ eẽ aduerſarij cõfitẽtur. Quũ hoc ita ſit: me vlciſci pa-
rẽtẽ negãt oportuiſſe. In ſeiũctiõe attẽdẽdũ eſt: vt ea ſolũ q̃ nobis vtilia ſunt: & cum
aduerſarijs conueniunt dicamus: nam que obſunt aut que non iuuant omnino non
ſolum hic: ſed p totam orationẽ pretermittẽda ſunt. Preterea ſi ea que dicimus cõ-
uenire non ſatis cõſtat qd cõueniãt. Aut ſi aduerſariũ ſecũ ea cõuenire negare ſuſpi
camur: qd accidit cũ rationũ ac firmamentorũ infirmatione Alij quoq3 ſtatus emer
gunt: argumentationibus nonnunquã q̃ cõuenire vellemus cõprobabimus. angu-
ſtie enim cauſe ſepenumero cogunt: vt longis confutationibus eorũ que obſtant ſe
iunctionem aperiamus: quod Ciceronem pro Milone feciſſe dicere non dubitaue
ri. Nã quum cõuenire aduerſarijs cum clariſſimo oratore a Milone interfectũ eſſe
Clodiũ: id in controuerſia relinqui eloquentiſſimus vir volebat iure ne occiſus ſit
an non: cui controuerſie quum id obſtaret. quod ab aduerſarijs dicebatur nemini
fas eſſe vllo modo hominem occidere Ac etiam quod ſenatus iudicauerat cõtra rẽ.
p. cedem in appia via factã videri. Et tertio quod Pompeius vt quereretur de ea
re tulit: que omnia et rẽ quã ille in controuerſia relinqui volebat vehementer obſta
bant: neceſſe fuit hec ita confutare: vt poſtea controuerſia plana reliqueretur. Qua
re placet non ad exordiũ: vt hi aſſerunt: qui ſeiũctionis vim non intellexerũt: ſed ad
ſeiunctionem controuerſie confutationes illas pertinere: neq3 mirum eas ante nar
rationẽ poſuiſſe. fruſtra enim narraſſet: niſi prius ea confutaſſet: q̃ controuerſiã ẽm
auferebãt: qd et a verbis ipſius Ciceronis ita eſſe facile comprobabimus. Nã & poſt
exordiũ cũ iure poſſe interfici hoĩem probare velit ſic ait. Sed antequã ad eã rõnem
deueniã: q̃ eſt propria noſtre q̃ſtionis videntur ea eſſe refutanda: q̃ in ſenatu ſepe ab
inimicis: ab improbis ſepe iactata ſunt: & in contione etiã paulo ante ab accuſatori-
bus: vt omni terrore ſublato rẽ plane que venit in iudicium videre poſſitis: & añ nar
rationem quum confutationis eius afferat concluſionem ſic dicit. Reliquum eſt vt
nihil iam querere debeatis: niſi vter vtri inſidias fecerit: quod quo facilius argumẽ
tis perſpicere poſſitis rem geſtam vobis dum breuiter expono: queſo diligenter at-
tendite. Et poſt narrationem inſidias factas eſſe conſtat: & id eſt quod ſenatus cõtra
rem. p. factũ iudicauit: ab vtro factum ſit incertum eſt: de hoc igitur latum eſt vt q̃-
reretur vt rem inquit que venit in iudicium plane videre poſſitis: & vt nihil aliud q̃
rere debeatis: niſi vter vtri inſidias fecerit. Hec quis non viderit ad ſeiunctio-
nem pertinere: que latius expoſuit: vt verbis ipſius Ciceronis intelligeretur ſeiun-
ctionem nonnunquam plurimis argumentis querendam: quum anguſtie cauſe co-
gunt: Non ſemper enim naturam rei querere debemus: ſed retorquere nonnũquã
& ab eo quod obeſt ad id quod facilius comprobare poſſumus: controuerſiam reuo-
care. Cui ſi que obſunt confutanda prius. que confutatio tota etiam iudicio ſum
mi oratoris non ad exordium: non ad confutationem eam: que confirmationem pri-
cipalis ſtatus: vt plurimum ſequitur: vt multi ignorantia impediti affirmant: Sed
ad ſeiunctionem: vt dictum eſt pertinet: nam qui dicunt confutationem eſſe narra-
tioni prepoſitam: eam ſcilicet partem orationis: quam in rhetoricis poſt confirma-
tionem ponit Cicero: idq3 oſtendere conantur: quod poſt narrationem confutatio-
nem ſeparatam non inueniunt: ſi omnino ignorare videntur naturam eius cauſe: de
qua latius in coniecturali conſtitutione dicetur. Id loco dixerim hoc quod non
his ſolum preceptis: que Cicero de arte reliquit orationes ſue conſyderande: ſ3 ars
potius per orationes eius inquirenda nobis videtur. Nam orationes diligenter ſũ-
mus orator compoſuit: artis precepta ludendo quam breuiter pro tempore edidit.
Sed de ſeiunctione nunc ſatis. Diſtributio eſt oratio: qua exponimus: quibus de
rebus dicturi ſumus. Diſtributionis due ſunt partes: Expoſitio & enumeratio. Ex
poſitio eſt orõ: qua exponimus res: de q̃bus dicturi ſumus ſine enumeratiõe. Enu-
meratio eſt oratio: qua numero exponimus q̃ de rebus dicturi ſumus. Dis aũt di-
ſtributio debet habere breuitatẽ: abſolutionem: & paucitatem. Breuitas eſt: q̃ facit
vt nullũ niſi neceſſariũ verbũ aſſumatur. Abſolutio eſt: que facit vt oĩa q̃ in cãm ge-
nera incidunt commode amplectamur. Paucitas eſt: que facit vt genera ſola rerũ:
de quibus dicturi ſumus ponantur. Qui enĩ ita partitur. oſtendã cupiditate: auda
cia & auaricia aduerſarij multa incõmoda in rẽ. p. veniſſe: Is nõ itellexit auaritiam
partẽ eſſe cupiditatis. maximũ autem cenſemus vitium / ita cãm diuidere / vt ptes
generi cõmiſceas. Quare genera ſolũ in diuiſione cõprehendemus / q̃ genera po-

ſita loco ſuo ſi commode ſit in partes ſuas diuidentur. Ut pro Cne. pompeio Cicero. Primũ mihi videtur de genere belli: deinde de magnitudine: tuȝ de imperatore deligendo eſſe dicendum. Hanc vltimam parteȝ poſtea in quattuor partitur: ꝑ enumerationẽ quũ dicat. Ego. n. ſic exiſtimo ĩ ſummo imperatore: quattuor has res ineſſe oportere: ſcientiã rei militaris virtutẽ: auctoritatẽ: foelicitatẽ. Verũ qm̃ hoc loco accidit etiam illud dicendum videtur: ne nonnullorum ignorãtia qui ſua inſcitia quum orationes Ciceronis exponunt: ita peruertunt omnia: vt multo melius ſit nihil diſcere: quam ab his diſcere: quo minus huius pro. Cn. pompeio orationis diuiſionem intelligamus impedimento ſit: illud inquã dicẽdũ quod primum etiam mẽbrum principalis diuiſionis in quattuor partes per expoſitionem partitur cõmodiſſime. Nã poſt diuiſionem illam tripartitam primam partem proponit: quum dicit Genus eſt enim huiuſmodi: quod maxime veſtros animos excitare atqȝ inflamare debet. Tradita eſt ſalus ſociorũ: atqȝ amicorũ: pro qua multa maiores noſtri magna ꝛ grauia bella geſſerunt: prima pars expoſitionis. altera aguntur certiſſima populi Romani vectigalia: ꝛ maxima. Tertia aguntur bona multorum ciuium. Quarta delenda eſt vobis illa macula mithrydatico bello ſuperiore ſuſcepta: Quã ſimul et expoſuit ꝛ propoſuit. primo agit de hac vltima: deinde de alijs. Illud aũt quod dicit ꝛ quoniam. n. ſemꝑ appetentes glorie preter ceteras gentes: atqȝ auidi laudis fuiſtis huius vltime partis: quam primo agere voluit: ratio eſt que prepoſitioni prepoſita magnam videtur imperitis attuliſſe confuſionem. Celauit enim aliquantuluȝ artem Cicero: quem ſi hic non intelligunt: neſcio quid facturi ſint in alijs orationibus multo difficilioribus. Sed ne videamur nõnullorum odio potius: qui artẽ rhetoricam docent: immo peruertunt: quam vt veritas cunctis appareat: hec addidiſſe ipſius Ciceronis verbis quod diximus comprobemus. Quartam igitur parteȝ quam vt diximus: quoniam primo agere voluit ſimul ꝛ exponit diuidendo: ꝛ proponit. Et cuius rationem prius attulit quã propoſitionẽ: quod pleruncqȝ facit plena argumentatione proſequitur vſqȝ ad illum locum. Quid ſi ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur? Ubi eã proponit partem iiſdem quaſi verbis: quam ſuperius primam expoſuit: quam quidem partem ibi concludendo. Quare ſi propter ſocios nulla ipſi iniuria laceſſiti maiores noſtri: ꝛ cetera. Simul ꝛ aliud de vectigalibus membrum propoſuit. Preſertim quum de veſtris maximis vectigalibus agatur. poſtremo reliquam acturus partem: vel hac luce oſtendit clarius hac arte vſum fuiſſe quã dicimus his verbis. Ac ne illud quidem vobis negligendũ eſt quod mihi ego extremum propoſueram: quum eſſeȝ de genere belli dicturus: quod ad multorum bona ciuium Romanorum pertinet: quorum vobis pro veſtra ſapientia quirites habenda eſt ratio diligenter: Quis enim negabit hanc eſſe partem: q̃ loco tertio expoſitionis prepoſita eſt: quam extremam hic dicit: aut quia poſtremo peracta ſit: aut quia quartã illam partem de laudabili ratiõe prepoſitam: ne oratio ſibi demiſſior fieret quodammodo celauit. preterea quum de genere belli cõcluſionẽ afferat ordine has partes vt acte ſunt amplectitur: quod ferme ſemꝑ fieri ſolet: quuȝ genus aliquod in partes diuiſum eſt: dicit enim. Quare videte num dubitandum vobis ſit: omni ſtudio ad id bellum incũbere in quo gloria nominis veſtri: ſalus ſociorum: vectigalia maxima: fortune plurimorum ciuium cum re. p. defenduntur.

Verũ hec de diuiſione diuine illius orationis dixiſſe ſufficiat. Reliqua tũc dicemus quũ nobis erit ocium nonnullas orationes exponere. Nunc de diuiſione finem faciamus: ſi id dixero diſtributionem eã: que enumeratione cõficitur: pluſquam partium quattuor raro eſſe oportere: qm̃ ꝛ periculoſum eſt: ne plus minuſue dicamus ꝛ ſuſpitionẽ affert auditori meditatiõis ꝛ artificij. Diuiſione a cõtẽtiõe non ſeparauimus: quoniã quum membra omnia eius cõfirmationem ingredi neceſſe ſit: nil aliud eſſe

videtur niſi

videtur niſi ordo quidam: ꝛ cõſtans preparatio: ac diſpoſitio contentionis. Nũc reliquum eſſe videtur: vt de confirmatione ac confutatione cõiunctim agamus, qua in re ſingulare rhetoris conſiſtit officium.

¶ De confirmatione ꝛ confutatione.

Confirmatio ergo eſt oratio: qua noſtras argumẽtatiões cũ aſſeueratione exponimus. Confutatio eſt contrariarum argumentationum diſſolutio. Confirmare autem ꝛ cõfutare facile poterimus/ſi vniuſcuiuſqȝ conſtitutionis: atqȝ partium eius locos cognouerimus. ergo primum de cõſtitutionibus dicemus. Si breuiter explicabimus qua re ſcire poterimus. Utrũ cauſa cõſiſtit an non. fruſtra enim conſtitutionẽ queret orator: ſi cauſa nõ cõſiſtere videbitur. Dicimus aũt nõ cõſiſtere cãm eãqȝ que ab oratore quũ ſuſcipi nõ debeat: nec eã quidẽ dicẽda eſt: quod vt facilius exequamur: illud dicẽdũ videtur: quod quũ oĩs res: aut ex eo qd̃ ꝑſonis aut ex eo quod negocijs attribuitur cõfirmari confutariqȝ ſoleat: facile an conſiſtat cauſa perſpicitur: ꝛ ſi conſiſtit quibus locis approbatur: ſi quis vim perſonarum ac negociorum comprehenderit. Maximã enim in dicendo vim habet orator: quum ea perſona qua de agitur certa eſt: nã tunc ab omnibus his locis: quos laudi: aut vituperationi attribuimus: de quibus in demonſtratiuo genere dicetur: oratori ſumma prebetur dicendi copia: deinde perſona quã ad aliquid appellare ſolemus. vt pater filius maximam poſt certam perſonam poteſt afferre vim: quoniam ſummam affectionum affert copiam: ꝛ certe perſone ꝓxima eſt quod Cicero tum pro Cluentio tum pro ſexto Roſcio oſtendit. Tertio eas perſonas ponimus: que ab his vitijs nomen contrahunt: que vitia legibus puniuntur: vt adulter: prodigus. Unde in oratione pro Milone ſepiſſime in Clodiũ inuehitur Cicero. Quartũ locum poſſidere dicimus eas: que nomen trahunt a vitijs: que legibus nõ puniuntur: in quibus ꝛ artificium ponimus: vt inuidus aurifex. In quinto loco eas collocamus: que a duobus appellatiuis cõponuntur: vt iuuenis diues. Sexto deinde ſequi arbitramur: que ab operatione perſone implicita continuantur vt ſi adoleſcentem: qd̃ ſe muliebri cultu exornaret: ſuam perdere pudicitiam aſſereremus. Septimo ac vltimo ſola ponimus appellatiua: vt orator quum hec ita ſint ĩ proprijs ac certis perſonis: maiorem vim habet orator: quod cetera quoqȝ ad certã perſonã cõcurrãt. Nã Cicero: ꝛ pater ꝛ orator fuit: deinde alij perſonarũ habitus: ſecũdũ ꝙ eos diſtribuimus minorem aut maiorem oratori afferunt copiam. Oportet igitur vt dictum eſt a locis demonſtratiui generis: qui his perſonis complicantur: ea q̃ icidũt inuenire. At he quidẽ ꝑſone: quũ iudiciũ ſuſcipiãt: cõſiſtere cãm faciunt. Nihil auteȝ ad cõſtituẽdã cãm afferunt: primo q̃ ĩfinita dicuntur vt quidã. deĩde q̃ oĩno iter ſe videntur equalia: Ut ſi duo iuuenes ãbo diuites ꝛ nobiles rei alicuius alter alteruȝ accuſaret. Nã ex parte ꝑſonaȝ cã cõſiſtere nõ põt. Quicquid. n. vnus dicet de altero id ipſum ad eum qui dicit facile cõuerti põt. Uerum hoc clarius videbitur: quũ de duplici cõiecturali tractabimus. Res aũt ipſa maxĩe cõſiſtere cãm facit: quũ dicimus eũ: de quo agitur rẽ geſſiſſe: vt ſi accuſet Ulyxes: qd̃ Aiacẽ interfecerit. deinde quũ ꝛ ſi alius fecerit in ipſum tñ qui accuſatur palã totũ redundat negociũ: Ut ſi in ſuſpitionẽ proditiõis Fabius Maximus traheretur: qd̃ eius agros hannybal nõ vaſtaret. Tertio loco eã rẽ ponimus: q̃ inter ꝑdictas eſt: vt ſi Archidamus lacedemoniorũ dux munera ſuſcepiſſe cõtra leges accuſetur. Quoniam Pericles athenienſium imperator: quum de pecunijs in bello conſumptis rationẽ redderet: ſcripſit in rem athenienſibus vtilem: quã ſilere honeſtius eſſet: quinquaginta expoſuiſſe talẽta. hic. n. cũ ſignũ coniecturale incertum ſit hoc modo. Munera ſuſcepiſti huius ſignum: quod pericles ſcripſit: hoc igitur ſignum cum incertuȝ ſit: ꝛ ad archidamum palã nõ referatur alijs ſignis cõprobatur: quod ſcilicet periclis amicus

eſſet:⁊ quod eius agros in expeditione non vaſtaſſet. Quare ⁊ inter ea genera hoc genus negociorum poſuimus: quoniam cauſa perfecte conſiſtit: non ex eo ſolum qđ pericles ſcripſit: ſed etiam ex his: que ipſe archidamus fecit. Simile huic eſt ſi prodigum quis parricidij accuſaret: quod pater eius nuſquã inuenitur. Nam ⁊ ex eo quod pater fecit qui fortaſſis profugit: ⁊ ex eo: quod filius: cuius prodigalitas ſuſpitionem facit: cauſa in iudicium poſſe venire videtur. Quare iam clarum eſſe puto maxime cauſam ex parte rei conſiſtere: quum ab eo ipſo, quo de agitur quicquaꝫ factum eſſe dicatur: deinde quum palam a facto aliorum in nos crimen redũdet. Tertio ⁊ ſi minus his: tamen quum ſic componuntur: vt ⁊ ab eo quod nos: ⁊ ab eo quod alij fecerunt: in iudicium protrahamur. Tunc autem ſolum ex parte rerũ cauſa non conſiſtit: quum res inter ſe omnino equales afferuntur: vt ſi diues ⁊ pauper ſe inuicem adulterij accuſent: quod vnus alterum eodem tempore domo ſua exire perſpexerit. Nam hic non clam eſſe dixerim: nihil quenquam a re geſta: quoniam equalis eſt ad ſuam confirmandam cauſam poſſe vnquam inuenire: quod ad confirmandaꝫ alterius cauſam non pertineat. Quare non ex parte facti. Uerum ex parte perſonarũ res in iudicium venit. Ex his iam patet eam cauſam conſiſtere: atqꝫ per locos ſuos diuidi comprobariqꝫ poſſe: que perſonam affert: ⁊ rem ex vtraqꝫ accuſatoris ſcilicet ac defenſoris parte: aut perſonam ſolum: ⁊ rem ſolum: deinde rationes vtriuſqꝫ partis veriſimiles ac diuerſas: ⁊ amplius: quod in fineꝫ iudicij peruenire poteſt: ac iudices vehemẽter occupauit: quecunqꝫ vero in aliquo iſtorum deficiunt conſiſtere non poſſunt. Que ut magis pateant: breuiter per genera diuidantur.

¶ De cauſis inconſiſtentibus.

Hec ergo ſunt: que apud nos ασυστατα appellantur: latine inconſiſtentia poſſunt dici. Unicum: equale: conuertibile: inexplicabile: non veriſimile: impoſſibile: turpe: ſine circunſtantia: ſine colore. impenſum: erraticum: preiudicatum. Unicũ eſt: quum ab alterutra parte tantum conſiſtit: nec quicquam ex altera inuenitur: hoc modo. leno qua parte venturos adoleſcentes ſciebat / nocte fecit foueam occultam: ea iuuenes periere. Hic lenonis nulla defenſio. Ex altera parte hoc modo. luxurioſus pater abdicat filium: quoniã frugi eſt. Nam hic accuſatoris impudens eſt ratio. Equale eſt quum ſic eadem ex vtraqꝫ parte dicuntur: vt nihil ſit proprium partis alterius: hoc modo. Juuenes vicini nobiles ac diuites ſpecioſas habent vxores: nocte inuicem ſe conueniunt: ⁊ alter alterum ſe adulterij accuſant. Conuertibile eſt: quum actio tota ita conuertitur: aut accuſator: rei: ⁊ reus accuſatoris vtatur rationibus: hoc modo. Exigebat quidam ab amico cum vſuris pecuniam: tanquam creditam ille ſine vſuris offerebat quaſi depoſitam. inter moras iudicij lex lata eſt de nouis tabulis: petit poſtea ille pecuniam tanquam depoſitam: retinet alter quaſi creditam. Jnexplicabile eſt: quum id quod proponitur: nec ſolutionem nec finem iudicij habere poteſt hoc pacto. docetur Alexander p̄ſomnium non eſſe credendum ſomnijs. ⁊ conſulit. hic quicquid dixeris contra te ipſum dices: quare cauſa inconſiſtens eſt. Item lex. ſeptem iudices de reo cognoſcant: maioris partis ſententia ſancta ſit: duo quendam abſoluunt: duo pecunia multãt: tres capitis condemnant: rapitur: ad penam contradicit. Nam vi legis explicari hoc in iudicio nunquam poterit. Non veriſimile eſt quod contra opinioneꝫ dicitur: vt ſi quis ariſtidem iniuſticie: aut lenocinij xenocratem accuſet: hoc ſi caute agitur nõ procul abeſt quin conſiſtat. Jmpoſſibile eſt quum id dicitur. quod ſit contra rerum nature fidem: vt ſi quis Apollinem mentiri dicat: vel infans accuſetur adulterij. qđ cum vxore concubuerit aliena. Turpe eſt quod reijcitur / quoniam ſpurcum ſit hoc modo / locauit quidam vxorem precio / ac ab eo qui conduxit pecuniam in iudicio petit. Sine circunſtantia eſt / quum aliquid deeſt in queſtione / quod faciat cauſam: vt ſi quis filium ſine cauſa abdicaret: hoc ab vnico differt: quoniam hic nullam ibi nõ idoneam cauſam reddi perſpicimus. Sine colore: quod cãm facti nõ affert: hoc ab vnico differt: qꝛ in vnico ex altera parte infirma queſtio eſt: hoc de quo dicitur: in colore ſolo deficit: ⁊ αχρωμον grece appellatur. Nã chroma colorẽ facti: hoc eſt rõnẽ appellamus: hoc mõ. decẽ milites tpe belli pollices ſibi amputauerunt: rei ſunt leſe rei. publice. Nam hoc quoniam color facti nõ inuenitur incõſiſtẽs iudicamus: qđ in vnico non accidit. Reddi enim color poſſet ideo factam a lenone foueã: ne quos nollet ad ſe venirent: Quare vnicum ⁊ ſi colorem habet ipſius tamen: rei atrocitate non ſuſcipitur: hoc de quo dicimus: etſi res atrox non eſt: tamen quia colore caret: reijcitur. Eſt ergo color comprehenſionis tranſpoſitio: de qua in ſecũdo dicetur: ab eo vero quod ſine circunſtantia dicitur hoc quod ſine colore appellamus: i quo differat in coniecturali cauſa dilucide videtur Nam ſi a coniecturali comprehẽſionem tollas ſine circunſtantia: ſi tranſpoſitionem ſine colore inconſiſtens reperit: quare quod ſine circunſtantia eſt: accuſationem: quod ſine colore: defenſionẽ ſempe uertit: niſi cum is locus: quem ab initio ad finem dicimus vtriuſqꝫ inuenitur: Tũc enim vtrunqꝫ ſine colore cauſam habere poſſibile eſt: ⁊ cauſam collatione ſignorum, conſiſtere non mirum. Uerum hec tunc melius intelligentur: quum ſigni ⁊ tranſpoſitionis vis in ſecundo aperietur. Jmpenſum eſt: in quo adeo magnaꝫ vim vnus habet: vt alter parum quid in dicendo valere videatur: vt ſi Critias ad Armodij ac Ariſtogitonis ſtatuas refugiſſet: ⁊ quidam diceret inde abſtrahenduꝫ non eſſe: quoniam ⁊ alias hic honor illis ſtatuis attributus ſit: vt reis refugium prebeant. paruꝫ enim hec oratio valet. At alia pars dicet Armodium: ⁊ Ariſtogitonem ſtatuis decoratos: quoniam tyrannorum interfectores fuiſſent: qua ex re tanta dicendi ſuet copia: vt nullo pacto dubitandum ſit quin abſtrahendus videatur. Male enim tyrannus eorum ſe defendit honore: qui ſolo tyrannicidio deorum honores habuerũt. Erraticum eſt: quod aut perſonas introducit mortuas: vt ſi quis impleſentiarũ hantum cedis accuſet: aut id in controuerſiam adducat: quod eſt contra hiſtorie fidem: vt ſi quis. M. Antonium accuſaret: quod in conſulatu ſuo de indemnatis ciuibus ſupplicium ſumpſerit: quum id tullium feciſſe ſciamus. Qui modus in omni circũſtantia inuenitur: vt ſi res: aut locus: aut tempus: vel modus alter dicatur quã in hiſtorijs inuenitur. Preiudicatum dicimus: quod iudicio omnium antequam de eo fiat iudiciũ preclariſſime comprobatur hoc pacto. Premebat ciuitatem tyrãnus quidã: mulier virũ docuit qua via ad occidendũ tyrannum in arcem aſcendere poſſet. Occidit ille tyrãnũ debitus honor ſibi a re. p. redditus eſt. Uxorẽ deinde accuſat adulterij. mirum. n. certe videretur: ſi hi iudices: quibus iudicãdi poteſtas p eã reſtituta ẽ: eius rei accuſatorẽ audire paterẽtur: qua res. p. liberata eſt. Hec tria vltima κακοσυστατα idest male cõſiſtẽtia dicuntur: qđ magis ad id vt cõſiſtãt accedũt quã ſupiora / nã illa niſi forte nõ veriſimile nec declamatoriã orõnem ſuſcipiunt. Hec etſi in iudiciũ nõ veniant. Tñ in declamatiõibus agitari poſſunt. Nã ipenſum idest ετεροῤῥεπες vt vnicũ nihil affert ex altera parte: ſed habet aliquod ad declamationẽ quidẽ fortaſſis vtile. Sed id nõ ſufficit: vt ẽt in iudicio res agitetur. Erraticum vt perfectum ſit circunſtantia impeditur. Preiudicatum vero ſi non in ea ciuitate in qua actũ eſt agitur / fortaſſis etiam iudiciũ ſuſcipere poterit. Mediũ. n. quodammodo ſit inter conſiſtentes cauſas / atqꝫ inconſiſtentes. Sin autẽ ibi geſtũ eſt ẽt agatur / in iudicium non venit / nec conſtitutionem ſuſcipit / vt cetera inconſiſtẽtia. Quid enim coniecturalem id dices: at iudices eius facto in poteſtatẽ iudicij reſtituti talem audire coniecturam non patiuntur comparationẽ criminis: ſed ad id qđ dictum eſt etiam accidit / quod in comparatione criminis factum ⁊ emolumentum conceditur. hic factum negatur: emolumentum conceditur. deinde in comparatio-

¶ Jn monomere deficit reus.
¶ Jn aneclinto deficit actor.
¶ Jſaruſa.
¶ Antiſtrephuſa
¶ Aporos
¶ Apitanos
¶ Adynatos.
¶ Eliſpuſa.
¶ Achromos.
¶ Heterorepes.
¶ Parhyſtoria.
¶ Alogos.

ne vtrumqꝫ:hoc eſt tam factum quam emolumentum aut ad rem publicam refer-
tur:aut ad perſonas priuatas. Hic vero factum priuatum eſt: At res. publicam li-
bertatem conſecuta eſt. Sed de his:que non conſiſtunt ſatis dictum eſt. Omnia
enim in conſiſtentia ad hec genera reduci poſſe facile puto. que memorie commen-
danda:exercitatione firmanda ſunt:ne quod Julianus rethor in imperitum iuuenē
qui in conſiſtentia ſuſcipiebat:dixit:in nos quoqꝫ dici poſſit:hic vero iuuenis ſine cō
trouerſia diſertus eſt. Sed iam vt inuentionis locos facilius aperire poſſimus: de
conſtitutionibus dicamus.

## ¶ De conſtitutionibus.

Conſtitutio eſt prima conflictio cauſarum:que ex depulſione intentio-
nis primo profecta cum accuſatoris inſimulatione cōiungitur:que vt
clarius intelligatur vnde inueniatur:⁊ quid ſit intentio: quid etiā de
pulſio. dicendum videtur. Intentio eſt eius facti obiectio:quod in
iudicium venit. Depulſio eſt intentiōi reſiſtens oratio. Ex his dua
bus inter ſe concurrentibus vocibus ſtatus naſcitur: qui ex depulſionis ad intētio
nem repugnantia ilico emergit. Atqꝫ depulſio quidem quum intentioni oppoſita
ſit:facilis inuentu eſt. Nam aut factum:aut nomen:aut actionem:aut rei qualitatē
negabit. In intentione vero cauendum eſt:ne aut facti nomen:aut auditoris offici-
um:aut ſcriptum aliquod obijciamus. Nam qui nomē intēdit hoc mō: homicidiū
feciſti:ſi dicatur non feci:quoniam male intendit adhuc ſtatus/qui ex prima depul
ſiōe defenſoris pcipitur/quiſnā futurus ſit/non intelligit/poterit enim aut quia ne
minē/aut quia tyrannum interfecit/nō feciſſe homicidium aſſeuerare. Officiū autē
auditoris in alijs generibus intendi bene fortaſſis poterit. In iudiciali vero vicio-
ſum eſt/Nam ⁊ accuſator a re ſua lōge aberrat/⁊ defenſor qualitatē ſolā efficit/quū
nō dānādū hominē dicat. At qui ſcriptum intendit hoc mō/lex te peregrinū muruꝫ
aſcendere vetat/leui vulnere aduerſarium percutit. factum ergo ſemper intēdi opor
tere putamus. hoc modo. Aſcēdiſti muros/hoc peregrinus ſi negabit de facto cōtē
dit/ſi cōcedet ſtatim cōtra legē feciſſe videbitur. Ex depulſione ergo defenſoris ſta-
tus oritur/vt īterfeciſti hoīem/nō interfeci. Jā ipſa depulſio intentionis cōiecturā
conſtituit/aut iure interfeci/ſtatus iuridicialis eſt/aut etiam vtrunqꝫ/nō īterfeci/
ſed ſi interfeciſſem/iure interfeciſſem/nā tyrānus erat. Verū coniectura ex depul-
ſione ſola ītētiōis proficiſcitur. Juridicialis niſi īſimulatio quoqꝫ accuſatoris adda
tur/nō cōſiſtet. Quare proficiſcitur etiam iuridicialis:⁊ quodāmodo digito oſēdit
q̄ nā eius ſpecies ſit ex depulſiōis rōne: Verū res in iudiciū nō venit:neqꝫ orōnis re
quirit copiā. Si accuſator depulſionē ſilētio proſequatur. vt iure interfeci:nā tyran-
nus erat:hic niſi accuſator afferat:immo enim non iure:non enim abs te interfici iu
re ſine iudicio poterat:vel aliquid huius ſubuerſa eſt cauſa. Hic iā obijci poſſe in
telligo depulſionē:que primo ſtatū aperiat nō ſemper defenſoris eſſe:poteſt enim ac
cuſator:quum dicat reus iure interfeciſſe:quod tyrannus eſſet:negare illum vnquā
tyrānū fuiſſe. quare quū ex depulſione accuſatoris ēt cōiecturā hic naſci manifeſtuꝫ
ſit: Non ſolum nos:verum etiam ad herennium Cicero:qui primum defenſoris de
precationem conſtitutionem eſſe voluit:non bene complecti diffinitionem conſtitu-
tionis videtur. Sed habeo certū:quod quidā dicunt:ſtatum ſcilicet eſſe duplicem:
principalē:⁊ eū quē nūc acceſſoriū appellare placet. Principalē ſtatum ſemper ex
rei depulſione oriri:qui iuridicialis hic eſt: Acceſſorium ab accuſatore plerumqꝫ na
ſci:⁊ principalis ſtatus approbationē eſſe:vt interfeciſti Clodiū Milo:interfeci:ſed
iure. Inſidias enim mihi ſtruxerat. Hoc iā iuridiciale eſt:deīde quū negetur Clodi
um inſidias

um inſidias ſtruxiſſe coniecturalis accedit:qua comprobata ſequetur iure:aut iniu
ria ceſum Clodium fuiſſe. Quare principalem quidem ſtatum a reo: Acceſſorium
quo principalem comprobamus:etiam ab accuſatore proficiſci aſſeuerant. Ego ſi
quis etiam acceſſorium a depulſione defenſoris oriri diceret:eum non procul a ve-
ritate aberrare contenderem. Nam quum ab accuſatore proficiſcitur: defenſoris p
ſonam accuſatorem ſubire manifeſtum eſt. Quis enim neget in acceſſorio ſtatu qd
iam exemplo patuit eum qui principaliter reus eſt:accuſationis euꝫ:qui accuſator
defenſionis locis vti omnino debere:quare non iam dubitauerim omnem conſtitu
tionem ex depulſione defenſoris proficiſci:quum ⁊ accuſatorem inueniam:ſi eius d
pulſio ſtatum facit: omne defenſoris ſubire officium. ſed de his ſatis: nunc conſtitu
tiones explicemus. ¶ Omnis res:que habet in ſe poſitam controuerſiam:aut facti
aut nominis:aut generis:aut actionis continet queſtionem. Nam aut dubitamuſ
factum ſit:nec ne:⁊ ſic eſt coniecturalis conſtitutio:aut de facto quidem cōuenit:
dubitatur autem quo nomine factum appellandum ſit:quam conſtitutionē diffini-
tionē appellamus: Aut etiam de nomine conuenit:queritur aūt de qualitate: ⁊ ge-
nere negocij:ſi equū:ſi bonū:ſi more ac lege factū. Unde conſtitutio:qñ cuiuſmodi
res ſit queritur:generalis vocatur. qd ſi non ſolum de facto ⁊ nomine verum etiam
de qualitate rei cōſtaret:ne parua nulla quidē res remoueri dānationē poſſet:niſi ac
tio ab reo trāſferatur:quā conſtitutionem tranſlatiuam appellamus: quā nō ideo a
generali ſeparauimus quod in ea de qualitate non queratur: Sed qñ generalis rē
trāſlatio actionem qualis ſit queritat. Neqꝫ qualitatem in hec duo partiri volum⁹:
qñ in tranſlatione ⁊ actione nō ex qualitate depellimus. Quare actionē cōprobā-
de qualitas:non actio qualitati accedit. Trāſlatio igitur etſi abſqꝫ qualitate nō ſit:
ſubijcienda tamen qualitati non eſt:nam quum qualitas ſi que in ea eſt ex ratione d
pulſiōis erūpat:in iudicatione quideꝫ erit. In ſtatu vero qui ex prima depulſiōe na
ſcitur:quum natura depulſio rationem precedat:eſſe qui poterit: Neqꝫ enim poſte
rius in prima:ſed in poſteriora prius diuiſione deducitur: Neque eadem ſpeciei ra-
tio:ſi diuerſis euenerit:eaſdem ſed diuerſas relinquit ſpecies:quod ſi quis non ſic d
pellendū in tranſlatione putauerit:nihil tibi mecum. Nam quod tutori dediſti meo:
non iure a me repetis:ſed hoc pacto nihil tibi mecum iure aut iniuria hoc a me pe-
tis:nam quod tutori dediſti meo a me repetere non potes:quāuis depulſioni quali-
tatē īmiſceat:tamen qualitas que in actione fundatur:actione prius eſſe non pote-
rit. Quare hic iam manifeſtum eſſe puto quattuor generaliter eſſe conſtitutiōes: cō
iecturalem:diffinitiuam:generalem. ⁊ tranſlatiuam.

## ¶ Magiſtralis tradditio conſtitutionum.

Veruꝫ vt ordine partes quoqꝫ his ſubiecte habeātur: vt q̄ ſufficienter vnuſ
quiſqꝫ videre poſſit:⁊ quod ſint:⁊ in quo differant:diuiſionis doctrina oēs
rurſus explicabimus. Omnis res q̄ in cōtrouerſia ponitur:ſi conſiſtit: hoc
eſt:ſi in iudiciū venire pōt:ac ab oratore ſuſcipi:aut facta eſſe negatur aut cōceditur
ſi negatur cōſtitutio cōiecturalis eſt. Eſt.n. cōiecturalis cōſtitutio ī qua factū ne ſit
q̄ritur ab aliquo manifeſto ſigno aut a ſuſpitione:quā rei facit pſona:vel ab vtriſqꝫ:
hoc pacto. Ulyxes in ſyluis Aiacem ſepelire inuentus eſt: Eſt.n. hic ſignū manife-
ſtum quod eū in ſyluis ſepeliret. Quod quidē coniecture ſignū huiuſmodi debet eē:
vt ⁊ liceat:ideſt per ſe legibus vel conſuetudine nō puniatur ⁊ non neceſſario rē ar-
guat. Nā ſi quis diceret ab Ulixe interfectum eſſe Aiacē:quod ei gladiū infigeret:
idqꝫ pateretiā cauſa non cōſiſteret. Itē qui dicit mulierem cuꝫ viro cōcubuiſſe: qd
peperit:rem dicit oratori nequaquā ſuſcipiendā. Quare oportet coniecture ſigna ⁊
media eſſe:⁊ nō neceſſario rē aut antecedere:aut cōſequi A ſuſpitione: que a perſo-
na rei capitur:hoc modo coniectura proficiſcitur. frugi pater filium habebat pro-

digundis vbi nam eſſet nemo ſciebat: ⁊ parricidij filius accuſatur. ex vtriſqꝫ hoc
pacto. Inſana vt videbatur mulier filium gladio leuiter percuſſit: priuignum neca
uit: accuſatur cedis: dicit ſe inſanam fuiſſe: Negant aduerſarij: hic ⁊ ſignum ſubeſt
quod filium leuiter percuſſit: ⁊ nomen nouerce ſuſpitionem facit. Quod ſi re=
us propoſitam rem non negaret verum concederet: conſyderandum eſt ſi res per
fecta aut imperfecta in iudicium afferatur. Si imperfecta diffinitiuam facit.
Eſt enim diffinitiua conſtitutio: qua id quod obijcitur: non hoc eſſe contendimus:
nam per eam huiuſmodi res affertur: vt ei aliquid deficiat quo perfecte ac palam
intentionem accuſatoris complectatur: hoc modo. Subſtulit quidam a tem=
plo priuatas pecunias: ⁊ ſacrilegij accuſatur. Si eniꝫ addas pecunias quoqꝫ ſacraſ
fuiſſe: iam perfecta res eſt nec habet queſtionem. Hanc conſtitutionem quidam le=
gitimam putauerunt: quorum errorem: quoniam multo intereſt vtrum legitima ea
ut rationalis cauſa ſit (Alijs enim hec locis: alijs illa confirmatur) breuiter reprehē
dendum putaui. Quod vt facilius teneatur: quid rationale: quid legitimam appel
lamus: aperiendum eſt. Legitimum dicimus: quod ſcripti cuiuſdem cōtinet di=
ſceptationem. Rationale ⁊ communiter ⁊ proprie intelligere ſolemus. Rationale
communiter dicimus: quum de ſcripto non eſt controuerſia. Proprie: quum nec
de ſcripto: nec de facto: nec de nomine: nec de actione ⁊ tamen de re controuerſia ē.
Que quum ita ſint: diffinitionem rationalem eſſe breuiter aperiendum eſt. Legiti=
mam conſtitutionem eſſe dicunt: que de ſcripto naſcitur: quum ſcilicet tota contro=
uerſia de ſcripto ſit: Quod ſi ita eſt: neſcio quid eos impellere potuit: vt diffinitiuaꝫ
legitimam credant. Nam ⁊ ſi ille locus cadere in diffinitiuam poteſt: quo ſcriptoris
intentio queritur: tamen non de intentione queritur: ſed ad comprobandam queſtio
nem intentio aſſumitur. Nam non ex eo quo comprobamus argumēto: ſed ex eo qḋ
probatur conſtitutio naſcitur. Quare ſi legitima conſtitutio eſt: quum ex ſcripto con
trouerſia naſcitur: ac diffinitiua nunquam de ſcripto querat rationalem eam nō legi
timam eſſe preclariſſimum eſt: deinde non poterit eadem cauſa: eadem ex parte ⁊ le
gitima ſimul ⁊ rationalis eſſe. At diffinitiua rationalis ſemper eſſe inuenitur. Nam
vel in exemplis: que ab ipſis proferuntur: qui legitimam putant: locus ille precipu=
us a quo ē ſtatus denominatur: quē diffinitionem appellamus: non a lege ſed a re
trahitur: vt in ſecundo libro videbimus. Quare quum eundem ſtatum eadē ex par
te: ⁊ rōnalem: ⁊ legitimum eſſe: vel ſolum dicere magne amētie ſit. At diffinitiua ex
parte diffinitiōis ſemper rationalis inueniatur: nunquam legitima eſſe poterit: niſi
forte illud eos mouet: quod lex plerunque in hac cauſa proferatur. Sed ſi hoc eos
mouet: quare coniecturalem quoqꝫ ⁊ iuridicialem legitimas eſſe non aſſeriit: Quis
enim vnquam accuſaret hominem parricidij: niſi aut lege aut conſuetudine parrici
um puniretur: Sed non ita eſt: nam quum ex ſcripto oritur controuerſia: tum legiti
mam eſſe etiam ipſi concedunt. Uerum vt gladio eorum vulnerentur id exemplum
ponemus: quo maxime in legitimis verſari diffinitionē oſtendere videntur. LEX.
Nocte cum telo deprehenſus occidatur. quidam cum fuſte deprehenſus ad magi=
ſtratus adducitur: negat ſe fuiſſe cum telo: quoniam telum fuſtis non ſit. hanc diffi
nitionem legitimam aiunt. quoniam telum: quod in lege poſitum eſt: diffiniendum
eſt: ſed vehementer errant: nam quum quid telum: quid fuſtis ſit queritur: quatenꝰ
ex natura rei diffiniendum eſt: ſtatus legitimus eſſe nō poteſt: Si ita intellexiſſe ſcri
ptorem dices: ſcriptum ⁊ ſententiam facias: cui diffinitionem accedere non eſt mi=
randum. Quare ſi de ſcripto nullam quantum in ſe eſt diffinitio controuerſiaꝫ facit
⁊ ſcriptoris intentio: que in ea inuenitur: vt in ſecundo dicemus. locus eſt: quo que=
ſtionem probamus: nō queſtio ⁊ diffinitio ipſe locus: ex quo tota queſtio profluit ex
re ſemper: nunquam ex ſcripto inuenitur. Id iam omnino habenduꝫ eſt: diffinitiuā
legitimam eſſe

legitimam eſſe non poſſe. Nunc ad propoſitum redeamus: Res propoſita vt diceba
tur: aut negatur: aut conceditur primum coniecturaleꝫ facit. In altero aut perfecta
res eſt: aut imperfecta: et hoc altero diffinitiua habetur Uerū ſi perfecta res eſt: tūc
aut de actione: aut de genere: ac qualitate ipſius negotij agitur primam tranſlatio=
nem: alteram generalem appellamus. Trāſlatio eſt: quum queritur ſuſcipienda ne
ſit cauſa an non. Naꝫ in trāſlatione neqꝫ ſi eſt principaliter queritur: vt in coniectura
li: neqꝫ quid ſit: vt in diffinitiua: neqꝫ quale quid: vt in generali. Uerū qualiſcūqꝫ reſ
ſit: hoc pricipaliter queritur: ſuſcipi ne cauſa debeat an non. huius duo ſunt modi.
Nam quum rationalis ſit/etiam legitima tunc abſoluitur: quum a ſcripto iudiciuꝫ
transfertur/quam preſcriptionem ⁊ perfectam tranſlationeꝫ nominamus: ⁊ aliqua
legitimarum ſemper tractamus: vt in ſecundo libro patebit. Nunc vt melius intel=
ligatur cuiuſmodi ſit. exemplo breuiter declaretur. LEX. bis eadem de re iudiciuꝫ
ne fiat. homicidij reus indemnatus euaſit. Ei quadam de re Apollinē interrogan=
ti reſponſum eſt/Apollinem nunquam homicide reſpondere/⁊ eiuſdem homicidij
ruſus accuſatur. hec tranſlatio quam ⁊ perfectam preſcriptionem dicimus: p ſcri=
ptum ⁊ ſententiam hic abſoluetur/deinde coniecturalis ſequetur/ſi occidit. Alius
modus tranſlationis eſt/quum non a ſcripto ius transferendi/ſed ab aliqua circum
ſtantia naſcitur/hoc eſt a loco/cauſa/modo/perſona/vel tēpore hoc pacto/ LEX.
ſi adulterum cum vxore inueneris/vtroſqꝫ interficere liceat. quidam adulterum ſo
lum occidit/poſtea quum in ſepultura eius lachrymantem inueniſſet vxorem/ eam
quoqꝫ interfecit/reus fit cedis/preſcribit ſecundum legem feciſſe. hic enim rem li=
cuiſſe/per legem accuſator concedit/locum ⁊ tempus conſyderandum putat. inter
preſcriptionem: ⁊ alterum tranſlationis modum hoc intereſt/quod in preſcriptio=
ne rem omnino ſic agi debere negamus. Quare ⁊ perfectam eam tranſlationem nū
cupamus. In altero vero modo/tempore/vel loco/cauſa: perſona non oportere cō
tendimus. At tranſlatio quidem huiuſmodi eſt. ¶ Conſtitutio vero generalis eſt/
quum ⁊ res a reo conceditur: ⁊ quo nomine appellatur conſtat/ſed tamen de quali=
tate rei/ac de genere queritur. Huic generali duas partes attribuimus: nam in ca=
aut ex ſcripto cōtrouerſia naſcitur/primam rationalem/alteram legitimam appella
mus/de qua poſterius dicetur. ¶ Rationalis eſt conſtitutio generalis/ cuius con=
trouerſia ex re proficiſcitur/Quam rurſus hermogenē ſecuti bipartito diuidimus/
aut enim de facienda re/aut de facta iam queritur. Hoc iuridicialeꝫ/illud negocia
lem appellamus. Negocialis eſt conſtitutio/in qua queritur faciūdum ne ſit quip=
piā an nō/vt ſi deliberarēt athenienſes deceat ne barbaros ſepelire qui in marato=
nis campis ceciderunt/an non hec cōtrouerſia tota ad deliberatiuum ita ſpectare
videtur/quēadmodū iuridicialis ad iudiciale. Retorqueri vero eā poſſe ad iudicia
le genus nō iniuria putamus. Nā ⁊ iuridicialis partes / tametſi preteritum tēpus
proprie reſpiciant/tamen etiam ad deliberatiuum retorquentur. Nam qui non tem
pore negocialem per ſe a iuridiciali differre dicunt/hij non vident negocialem ⁊ iu=
ridicialem abſolutam ita conuenire/vt ridiculi inueniantur/qḋ eas duas conſtitu=
tiōes putaſſent/maxime quum eoſdem locos vtriuſqꝫ velint eſſe. non enim aliō ma
gis diuerſas facit conſtitutiones quā locorum diuerſitas/qui maxime tunc diuerſi
quum ea quibus de agitur inter ſe diuerſiſſima inueniantur. Uerum non fortaſſis
ab re rationem quoqꝫ ſuam ponere. Afferunt enim negocialem hac de cauſa ſibi ali
am atqꝫ abſolutam videri/quod in abſoluta licere rem clariſſime pateat/in negocia
li quum obſcurior res ſit/difficilius liceat ne an nō perſpici poſſit/ Quod ſi hoc eos
mouet/infinitas eos ponere conſtitutiones neceſſe eſt. In omni enim conſtitutiōe/
ac parte conſtitutionis hoc inuenient/vt clariores alie/alie obſcuriores cauſe ſint.
Quare illos quidem fruſtra reclamare dimittemus. Nos intelligemus negocialeꝫ

futurum tempus: ac deliberatiuū genus: iuridicialē preteritū tempus: ⁊ genus iu-
diciale cōplectitur. eo⁊queri tamen nōnunquā ⁊ hanc ad deliberatiuū ⁊ illam ad iudi
ciale nō negabimus: quod latius dicemus: quum de deliberatiuo tractabimus.
¶ Iuridicialis eſt rationalis conſtitutio: cuius cōtrouerſia ex re iā facta proficiſci-
tur. In hac reus aut concedit quippiam feciſſe: quod vetitum ſit: aut nō: illud aſſū-
ptiuam: hoc abſolutam nominamus. ¶ Abſoluta eſt iuridicialis conſtitutio: in qua
reus nullam ſe vetitam rem feciſſe confirmat. Ut ſi quidā filium abdicaret: qꝺ phi-
loſophie operam daret. Aut ſi actius poeta iniurarum ageret: qꝺ cū mimus quidā
noīe appellaſſet. ¶ Aſſumptiua eſt iuridicialis conſtitutio: in qua quum reus rē per
ſe turpem feciſſe confiteatur: re tamen aſſumpta extranea iure factum defendit.
Quo in ſtatu: aut ipſe ipſum vniuerſam reus aſſumit cauſam aut transfert in aliū:
primum comparationem facit. Eſt enim comparatio aſſumptiua cōſtitutio: in qua
reus ⁊ ſi ſe feciſſe confiteatur: tamē eā rē ſatius facere fuiſſe defendit: hoc mō. Au-
lus albinus a iugurtha incluſus: quum effugere non poſſet: cū iugurtha in collocu-
tionem veniſ: ita diſceſſit: vt impedimenta relinqueret: exercitum ſub iugo educe-
ret: ſatius eſſe ducit exercitum ſine impedimentis educere: quā ſimul cū īpedimen-
tis exercitū quoqꝫ perdere. in hoc loco Aulus totā cām in ſeipſum aſſumit: Quod
ſi in aliū reus cauſam transferret: aut in eū ipſum: qui paſſus eſt eam transferret:
aut in alium. primum relationem facit criminis. Eſt enim relatio criminis: quum ⁊
ſe feciſſe reus confiteatur iniurijs tamen eius ipſius: qui paſſus eſt coactum ſe fecif
ſe dicit: vt Oreſtes quum confiteatur matrem interfeciſſe dicit ſe iniurijs eius coa-
ctum quod illa patrem ſuum interfecerit: ac domum ſuam totam in Aegiſthi fami-
liam tranſtulerit. Quod ſi non in eum qui paſſus eſt: ſed in alium cauſam facti re
us transferret: aut in id transfert: quod etiam iudicio corrigi poſſit: Unde remotio
criminis oritur: aut in id: quod iudicij correctionem omnino effugiat: ⁊ faciat cōceſ
ſionem criminis. ¶ Remotio criminis eſt aſſumptiua conſtitutio: in qua crimē trāſ
fertur: non in eum: qui paſſus eſt: ſed in alium: aut in aliud: quod tamen correctionē
iudicij ſuſcipere poſſit: hoc modo. Lex legatum ad decimum diem proficiſci. Quī-
dam quum in legationem mitteretur: conſuetam a queſtoribus pecuniam dari ītra
legitimum tempus non recepit: profectus non eſt: petitur ab eo multa. Cōceſ-
ſio criminis eſt: quum reus cauſam in id transfert: quod in iudicium acceſſiri nullo
modo poteſt: hoc pacto. LEX. imperatorem poſt bellum cadauera militum ſepeli-
re. aſperitate hyemis prohibitus quidam non ſepeliuit. Conceſſionis quidā du-
as partes eſſe putauerunt purgationem ⁊ deprecationem. Purgationem eſſe aiūt:
quum cauſa facti in imprudentiam: aut fortunam: aut neceſſitatem reus transfert:
quam ⁊ nos conceſſionem appellamus. Deprecationem dicunt quum reus ita
confitetur: vt in nihil aliud culpam transferat: nec ſe conſulto feciſſe neget: quam di
uiſionem ita contempſimus: quod nullius vnquam deprecatio conſtitutionis vim
habere viſa eſt: nec enim in iudicium venire poteſt. Quare neceſſe eſt: quum cauſa
in iudicium non veniat: nec cauſa conſiſtat: deprecationem conſtitutionē non eſſe.
Non ergo cum alijs conſtitutionibus: aut cum partibus earum ponenda eſt: quip-
pe quum vnius partis inueniatur. Nam accuſator preter intentionem nil aliud ha-
bet: quod ad probandā cām afferat: qꝺ ſi dicerent acceptā a ſe fuiſſe ꝺprecationē: nō
qꝺ ſibi cōſtitutio videretꝰ: ſed qꝛ tractanda nonnunquā eſt/ aut apud populum: aut
apud imperatorē: qui iuratus legibus nō ſit: nō id quidē tāquā malefactū reprehēde-
rim. Sed nulli dubiū eſſe volo deprecationem cōſtitutionē non eſſe. Multa vero ab
oratore ſuſcipi poſſe/ q̄ cōſtitutiōe careant/ quū de demonſtratiuo dicemus genere
altius aperiemus. Conceſſionē vero quā per purgationem illi appellant: Idcirco ī
īprudentiā/ fortunam/ ac neceſſitatē non diuidimus/ qꝺ in conſtitutionibus/ vt ſu-
pra diximus

pra diximus locorum diuerſitas: que diuerſitatem rerū arguit cōſideranda eſt Eoſ
dem vero locos omnibus his accomodari etiam ipſi teſtantur. quare ſuperuacaneū
viſum eſt: eam adhibere partitionē: que nihil vtilitatis ad locorū afferat perſpicientiā
Uerum rationales iam ſatis patent: nunc legitimam cōſideremus. Legitima eſt cō
ſtitutio generalis: quum ex ſcripto cōtrouerſia naſcitur. In legitima cōſtitutiōe cō-
ſiderandum eſt: Uno ne an pluribus ſcriptis controuerſia naſcatur. Si ex vno aut
voluntas ſcriptoris cum ſcripto diſſētire videtur: aut ſcriptū ipſū duas: vel plures
ſententias ſignificat: aut res: de qua nulla propria lex inuenitur: per ſimilitudinem
legi accomodatur. primum genus ſcriptum ⁊ ſententiam. Alterum ambiguum: vl-
timum ratiocinationem vocamus. Scriptum ⁊ ſententia eſt legitima conſtitutio:
quum vnus ⁊ vt plurimum accuſator ſcripto: alter ſcripti ſententia vtitur hoc mo-
do. LEX. peregrinus ſi murum aſcendat morte ſupplicium det. Quū ciuitas ob
ſideretur: peregrinus quidam murum aſcendit: hoſtium ducem interfecit: Capitis
accuſatur. Ambiguum eſt legitima conſtitutio: quum ſcriptum plures ſententias
ſignificat: quod multis modis fieri poteſt. Nam ⁊ multiplici poteſtate verborum ⁊
accentu: ⁊ genere: ⁊ numero: ⁊ aſpiratione: ⁊ dictionis tam compoſitione: quā reddi
tione: ⁊ vt breuiter omnia comprehendam: quibuſcunqꝫ modis varia poteſtas ac ſi
gnificatio verborum commutatur fieri poteſt. Hoc ex redditione dictionis oritur.
Meretrix ſi coronam auream habeat publica eſto. Habere quedam inuenta eſt: ⁊
accuſator publica ad meretricem reddit: meretricis defenſor ad coronam. Illud di-
ctionis compoſitione ſit: quidam duos habebat filios: quorū vnus omnia leo: alter
leo vocabatur. Is ita teſtamentum fecit: poſt mortem meam habeat mea omnia leo
Multiplici ſignificatiōe verbi: hoc modo paterfamilias amico taurū legauit: poſt
mortem eius amicus ſeruum nomine taurum petit: heres ſe bouem debere dicit.
In ceteris quoqꝫ ambiguis generibus non grauaremur exempla ponere: ſi rem nō
ſatis clarā vel vno exēplo allato duceremus. Ratiocinatio eſt legitīa cōſtitutio: quū
res: que ſine propria lege venit in iudicium: cuipiam legi accommodatur/ hoc mō.
LEX. meretricis filius in contione orationem non habeat/ corrupti viri: ⁊ parū
honeſte pudicitiā habētis filiū in concione quidam ne dicat prohibet. Hanc rei ac-
commodationem non vni legē ſolū: ſed etiam pluribus adhibere poſſe propter rerū
⁊ legū multitudinē nemini dubiū eē debet. Si autē ex pluribus ſcriptis cōtrouer-
ſia naſcitur cōtrarias leges cōſtitutionē appellamus. Plura vero ſcripta dico ſi vnū
etiā eſſet ſcriptū/ quod tamen diuideretur/ ac vna parte actor altera defenſor vtere-
tur/ Cōtrarie leges ſunt cōſtitutio legitima/ quū in pluribus ſcriptis/ aut ēt in vno
diuiſo/ nō p ſe/ ſed ex circunſtantia contradictio inuenitur. ⁊ oīno cōtrarie leges du
plicē q̄ſtionē habēt ſcripti ⁊ ſententie. prioris partis exēplū hoc ſit. LEX. augur dā
natus de pecunijs repetundis in cōtiōe orōnem nō habeat. Et. lex. augur inde mor
tui locū/ qui petat in cōtiōe nominet. He leges per ſe nō ſunt contrarie/ ſed addita
circunſtantia contrarie fient/ hoc modo. augur quidam damnatus de pecunijs repe
tūdis/ inde mortui locum/ qui petat/ nominauit. vnius ſcripti diuiſi exemplum hu
iuſmodi ſit. lex. vitiata virgo eius/ qui vitiauit vel mortem/ vel coniugium eligat.
In tempeſta nocte duas quidam vitiauit/ quarū vna mortē/ altera eius coniugium
elegit. At conſtitutiones quidem parteſqꝫ earum oſtendimus.

¶ De iudicatione.

Nunc qua via/ ⁊ qua ratione eas tractari conueniat demōſtrādū erit ſi priꝰ
dixerimus/ quid opus ſit ab ambobus in cauſa deſtinari. Oportet igitur
tā ab accuſatore/ quā a defenſore iudicatio inueniatur/ que eſt ſumma iu-
dicij q̄ſtio/ ad quam omnes rationes totius orationis cōferuntur Ea naſcitur ex cō
iunctione rationis/ ⁊ firmamenti. Ratio eſt que continet defenſionem. Firmamen-

tum eſt:quod quum contineat accuſationē cōtra rationē affertur in eodem ſtatu: ex
quibus ſic componi ſolet iudicatio.intentio. Interfeciſti matrem oreſtes:depulſio.
interfeci:ſed iure:ratio illa enim patrem meum occiderat.firmamentum: Sed non
ab ſe filio matrem indemnatā occidi decuit. Iudicatio:quum mater oreſtis patrē
eius occiderit: Iure ne a filio indemnata mater occiſa ſit. In coniecturali tamen
quoniam ratio non ſubeſt/factum enim negatur:non hoc mō:ſed ex intentione ac dē
pulſione iudicatio naſcitur:vt occidiſti aiacem Vlyxes:non occidi:occiderit ne hec
iudicatio:ad quam vt dictum eſt totius orationis tanquam ad finem rationes con-
feruntur. In his cauſis que difficiliores ſunt:non excogitanda ſolum:ſed omnino a
perienda eſt:vt iudices intelligant:quid ſit de quo queritur. Aperitur vero in orō-
ne iudicatio:quum difficilis cauſa eſt:non ita paucis verbis vt ſuperius dictum eſt
ſed pro re noſtra multa ꝛ confutanda ꝛ confirmanda nonnunquam ſunt:vt quaꝫ vo
lumus appareat ſumma iudicij:quod vt apertius ſit ea cauſa:quam pro Milōe di
uinitus dixit Cicero:nobis proponatur. Intentio:interfeciſti Clodium Milo. de-
pulſio:interfeci ſed iure: Ratio:inſidijs me ipſe occidere conatus eſt. Ad hanc ra-
tionem quam multa ab aduerſarijs firmamenta afferuntur:e quibus etiam acceſſo
rie conſtitutiones mutuabantur: Nam quemadmodum ex depulſione intentionis
principalis cauſe conſtitutio naſcitur:ſic ex firmamentis acceſſorius ſtatus profici
ſcitur quod paulopoſt latius repetemus.quum igitur multa firmamenta ad vnicaꝫ
rationem dicerentur.ante narrationem ſummus ille orator tres conſtitutiones cō-
plexus eſt que ex tribus firmamentis naſcebantur. Quartam poſt narrationem re-
liquit:cuius rei rationem in diſpoſitione collocabimus: nunc firmamenta expona-
mus. Interfeci:ſed iure Milo inquit:ipſe enim inſidijs me aggreſſus īterficere co-
natus eſt. Firmamentum primum: At nullo modo interfici homo poteſt iudicatio
vtrum caſu aliquo iure interficere hominem poſſimus Conſtitutio iuridicialis ab-
ſoluta:ꝛ locis abſolute a Cicerone abſoluitur. Alterum ad rationem illam firmamē
tum. At ſenatus decreuit cedem illam contra rem.p.factam: quod etſi preſcriptio-
nis loco prius eijcit:tamen eius ſententiam poſtea capit. Scriptum aduerſarijs re
liquit. Tertium firmamentum at de ea cede vt quereretur Cn.pōpeius iuſſit:am-
biguum eſt:nam aduerſarij ita intelligebant:vt quereretur de cede tanquaꝫ de re cō
tra rem.p.facta. At Cicero vt quereretur iure ne an iniuria intelligit. Quartum fir
mamentum. At non ille tibi:ſed tu illi ſtruxiſti inſidias. Iudicatio vter vtri duplex
coniecturalis eſt:de qua loco ſuo dicemus. Manifeſtum ergo iam puto in difficilio
ribus cauſis ēt diſſerendo iudicationem inuenire: Nam hic Cicero tribus illis prio
ribus confutatis:hanc iudicationem ſtatus acceſſorij declarauit:quam ſi probaſſet
principalis ilico ſequebatur iudicatio. Principalem enim iudicationem putamus
eam:que in principali conſtitutione verſatur. Conſtitutionem porro principalē eaꝫ
iam diximus:que a prima depulſione naſcitur: Vnde incipit cauſa:ꝛ in quam neceſ
ſario deſinit:que hic relatio criminis eſt:ac de inuentione principalis ſtatus latius
in diſpoſitione dicetur:vbi etiam clarius apparebit. Quare confutatione aliarum
queſtionum que incidebant:coniecturalem ſtatum aperuit. Verum quemadmodū
a firmamentis:que multa nonnunquam ad vnicam rationem afferuntur:multi na-
ſcuntur acceſſorij ſtatus:ſic ſepe ad vnicam intentionem multe rationes afferuntur
ex quibus principales conſtitutiones oriuntur. Quarum in vnaquaque iudicatio-
nē inuenire neceſſe eſt:vt in propoſita cauſa.interfeci Clodium:ſed iure: ſalutē eniꝫ
rei.p.peperi. Cōparatio criminis eſt:aut ſceleratiſſimum virum:ꝛ omni cede dignū
occidi. Altera relatio criminis eſt:quū igitur cā huiuſmodi eſt vt multas rōnes cau
ſe nr̄e non inutiles afferre poſſimus:omnes ideo adhibendas cenſeo:vt pluribuſ cō
ſtitutionibus adiumentis noſtris magnā copiā preparemus. Qđ Cicero pro Mi-
lone diligenter

lone diligenter facit:quāuis comparatione ac illa relatione iure rei.p.vexatorem in
terfeci:ceteris intermiſcendo:quoniam non multum per ſe virium habere videban
tur cautius vtatur. Vnde ꝛ quodāmodo diuidendo tam deprecationē quā compa-
rationem propoſuit. Quāquā in hac cauſa iudices titi annij tribunatu rebus omni
bus pro ſalute rei.p.geſtis non abutemur:niſi oculis videbitis inſidias miloni a clo
dio factas:nec ſumus deprecaturi.vt crimen hoc multa propter preclara in rem.p.
merita condonetis: Nec poſtulaturi.vt ſi mors.p.Clodij ſalus veſtra fuerit: Idcir-
co virtuti milonis potius:quā populi ro.felicitati aſſignetis. Sed ſi illius īſidie cla-
riores hac luce fuerint:tunc deniqꝫ obſecrabo ꝛ cetera. Nam hic quoniā compara-
tio per ſe non multum valet coniectura admiſcetur: quemadmodum ꝛ deprecatio:
quam etiam his propoſuit:quoniam etſi per ſe in iudicium non veniat: tamen cete-
ris annexa conſtitutionibus vehemētius monet auditores. Quare rationes inueni
re quam plures placet:que ſi non ita firme ſunt:firmioribus accommodentur:vt in
diſpoſitione latius oſtendemus. firmamenta quoqꝫ multa niſi nugatoria eſſent ad
vnāquamqꝫ rationem ſi accuſamus inuenire conabimur:cuius rei eadem ipſa pro
Milone diuina Ciceronis oratio comprobatio eſt: Non ſolum enī aduerſarios mi-
lonis multis vſos patet firmamentis: Sed Ciceronem quoqꝫ rationes relationis:
comparationis:deprecationis:in defendendo milonem ceteris inſeruiſſe manifeſtū
eſt: Que tamen ita ſe in ea cauſa habent:vt altera ſequatur ex altera. Nam ſi ſcelera
tum virum: ꝛ tyrannicum interfecit:ſalutem rei.p.peperit:ꝛ ſi ſalutem rei.p. pepe-
rit:ſceleratum ꝛ tyrannicū virum interfecit. Quattuor igitur ſunt que bene conſyde
rata totam cauſam ita ibi aperiunt vt ꝛ quid dicendum ſit: ꝛ quo ordine dicendum
ſit facillime teneas:intentio:depulſio:ratio:firmamentum:quorum duo ſtatuꝫ:duo
iudicationem conſtituunt:ſed firmamentis ꝛ rationibus infirmationes quoqꝫ non
nunquā adueniunt:ex quibus quicquid accedit acceſſorium ſtatū appellamus. In
firmatio eſt rationis aut firmamenti:que ſtatum acceſſoriū faciat depulſio:vt ſi quū
dicat oreſtes interfeciſſe matrem:quoniam illa patrem necauerat: At non illa: ſed
egiſthus diceret aduerſarius. Coniecturalis duplex ex infirmatione rationis naſce
retur ab vtro interfectus ſit. Item occidi Clodium.ſed iure: inſidias enim ſtruxe-
rat ꝛ ſceleratum:ac tyrannicum virum occidi. He rationes relationem faciunt: illa
comparationem rem.p.quam ille in pretura vexaturus erat firmaui. has rationes:
ſi quis infirmationibus negaret plures coniecturas redderet.qui concedit:is cām
ſuam euertit:niſi firmamentum inferat. At hominem interficere nullo pacto licet:
immo licet infirmando inquit defenſor. Quare ex firmamenti infirmatione etiam
abſoluta iuridicialis acceſſit. Similiter ex aliorum firmamentorum eius cauſe que
ſuperius expoſita ſunt infirmatione ſtatus accedunt.infirmatio a firmamento dif-
fert:quod illa ſtatum mutat:hoc confirmat.

¶ De propoſitione.

His ita cōſyderatis:poſt narrationem confirmationē aggredimur: in qua
proponere qđ agimus in ſimplici quidem ꝛ clara cauſa:quuꝫ auditores id
de quo agitur probe teneāt fortaſſis neceſſe nō eſt:maxime ſi exitus narra-
tionis huiuſmodi fuerit:vt ipſam rem que in iudicium venit aperiat:quod cōiectu
re:ac tranſlationi plerunqꝫ accidit. In obſcura vero quecunqꝫ ſit in duplici: ꝛ quuꝫ
factum conuenit:ſed iure an iniuria factum ſit queritur:neceſſaria mihi videtur pro
poſitio. Propoſitio ergo vt nunc accipimus nihil aliud eſt:niſi totius rei:qua de a-
gitur breuis demonſtratio:vt parricidij accuſo:ꝛ econuerſo.facile igitur vobis oſtē
dā iudices nō mō nō patratū:ſed ne cogitatū quidē mihi parricidiū. Poſt propoſi-
tionē:Si diuiſio videtur neceſſaria:quod nō ſp accidit ea cōſequetur. Inter hāc pro
poſitionē:ꝛ illā qua argumētatiōis initiū ſumimus:hoc intereſt qđ locus illa propo

nitur: hac tota cā: vnde fit vt illa vna ſemper argumentatiōe abſoluatur hec ſepe argumētatiōes: ꝛ locos cōtineat multos: ſic proponit pro Milone Cicero: quod ꝓ tota cōiecturalē acturus erat. Num igitur aliud in iudiciū venit: niſi vter vtri inſidias fecerit? Profecto nihil ſi hic illi vt ne ſit impune: ſi ille huic tum nos ſcelere ſoluamur. deinde alteram partem tantum: hoc modo. Quonam igitur pacto probari poteſt inſidias Miloni feciſſe Clodium? Quod ſi queſtiones plures inferūtur/ omnes occupande ſunt: quod quū accidit ipſa queſtionum enumeratio principalis diuiſio erit: vt ſacrilegij: parricidij: proditionis accuſo. ſi multiplicatio: ac varietas cauſe ex firmamētis/ ac rationibus varijs earū: que infirmationibus oritur/ aut totam cauſam tāquā ſimplicē proponemus/ deinde agendo cetera locis ſuis proponētur/ Ut pro Milone Cicero his verbis. niſi oculis videbitis inſidias Miloni a Clodio factas/ quam rōnē antequā cōtextum orationis abſoluat/ ſic repetit. Si illus inſidie clariores hac luce fuerint/ tunc deniqꝫ obteſtabor vos iudices ab inimicorū audacia/ reliqꝫ vitam vt impune liceat defendere. hec totius cauſe: hec principalis cōſtitutiōis in relatione facta propoſitio eſt. acceſſorium deinde proponit: negant intueri lucem fas eſſe ei: qui a ſe hominem occiſum fateatur. Quo improbato infert aliū: Sequitur illud: quod a Milonis inimicis ſepiſſime dicitur cedem: qua. P. Clodi occiſus eſt: ſenatum iudicaſſe contra rem. p. eſſe factā. hoc quoqꝫ abſoluto proponit tertiū At enim. Cn. pompeius rogatione ſua ꝛ de re: ꝛ de cauſa iudicauit: ibi ergo ꝓpoſitiones acceſſoriarū queſtionū fient: vbi ipſe queſtiōes (vt in diſpoſitiōe dicetur) collocande ſunt. Aut ergo primo principales proponemus: deinde acceſſorios loco ſuo ſeruabimus: aut omiſſo principali ordine locis ſuis ꝛ proponentur: ꝛ explicabūtur acceſſorij: Ac demum poſt omnes inferetur principalis: quod tunc debere fieri putamus: quū aut vehementi turpitudine īplicita: ac difficilis factu: ac creditu: aut omnino impoſſibilis principalis exiſtimatur. quare ne animum auditoris offendat alijs queſtionibus lenito: aut omnino diſſuaſo pricipalis deferatur Uerū quemadmodum ſi offendat nouiſſimo demum in loco ponitur: ſic ſi iuuat ſepius tangēda: vt rurſus idem in fine prime queſtiones inſidiatorem iure interfici poſſe. firmiſſimū quoqꝫ ex acceſſorijs ſepius tangēdū eſt: vt Cicero ab vtro facte inſidie ſepius dicit: propoſitionem vero optime ac breuiter complectemur: ſi iudicationem excogitabimus. ipſa enim iudicatio: vel tota: vel ex altera ſui parte: vel pars eius proponi ſolet: quorum alterum ſimplicibus: alterum duplicibus accedit cauſis. Sed a Cicerone ad confeſſionem huius facultatis hec ſumantur. Ex altera parte ſolum: vt illud quonam modo probari poteſt inſidias Miloni feciſſe Clodium? Tota vel ſine apertione: vt in eadem oratione ſtatim poſt exordium: vel cum apertione ſeiunctiōis vt poſt narrationē. Illud iam in iudicium venit: non occiſus ne ſit: quod fatemur: ſed iure an iniuria: quod multis antea in cauſis iam queſitum eſt. Inſidias factas eſſe conſtat: ꝛ id eſt quod Senatus contra rem. publi. factum iudicauit ab vtro facte ſint inſidie incertum eſt: de hoc igitur latum eſt: vt quereretur: ita ꝛ ſenatus rem non hominem notauit: ꝛ pom. de iure non de facto queſtionem tulit. Nunquid igitur aliud in iudiciū venit: niſi vter vtri fecerit inſidias: profecto nihil. Inter iudicationē vero ꝛ propoſitionem hoc intereſt: qd̓ propoſitio ſummā totius negocij plerūqꝫ ſolā: Iudicatio cū rōnibus continet. Preterea iudicatio ſepe multis in locis: ꝛ tota ꝛ ex altera parte dici poteſt. Propoſitio nō niſi cū probatio ſequatur. Quare propoſitio qdem hec/ de qua loquimur/ aut iudicatio ex altera parte ſemper erit/ aut pars iudicationem propoſitionem nunquā eſſe neceſſe eſt: Quare iudicationem niſi cauſa clariſſima ſit: ꝛ ſimpliciſſima: vt ex ipſa narratione quid in iudicium veniat clare appareat ſemper proponemus. In duplici ꝛ difficili: vt cauſa poſtulat principalē aut initio confirmationis: aut poſt acceſſorias: aut in vtriſqꝫ locis locabimus: firmiorē quoqꝫ ex acceſſorijs

qꝫ ex acceſſorijs ſepius tangemus ſemel proponemus: ꝛ ſi ex multis vnam reliqui volumus/ que nobis facilior probatur: ꝛ vtilior ſit: ceteras tanquā ſi cōuenire deberent: ac quaſi queſtionibus ſeiunctionem aperiētibus ita proponemus. Quibus explicatis quum ad firmiorem venimus: que probauimus tanquam ſi conuenirent accipiemus: ꝛ firmioris controuerſiam aperiemus: que omnia a Cicerone factitata verbis ſuis oſtendimus. Ad hec acriter conſiderandum: ſi tota cauſa ſimplici propoſitione comprehendi poteſt: quam in partes ſuas diuidere confeſtim liceat: vt in perficiendo pom. imperatore: quum genus belli proponat: ꝛ pro. p. q. negamus te bona. p. Quintii. Sex. Neui poſſediſſe ex edicto pretoris in eo ſpōſio facta eſt. oſtendam primum cauſam non fuiſſe: cur a pretore poſtulares vt bona. p. q. poſſideres: deinde ex edicto te poſſidere non potuiſſe: poſtremo non poſſediſſe: ſed huius voluminis iam finis ſit: cetera in aliud transferantur.

## De confirmatione ꝛ confutatione.

Quoniā in primo libro de exordio: narratione diuiſione breuiter diximus: ac vt facilius cetera abſoluerēmus. cōſtitutiones quoqꝫ declarauimus: ꝛ quomodo iudicationē inuenire cōueniat docuimus: in hoc libro dabimus operam: vt vniuſcuiuſqꝫ ſtatus loci: quibus confirmationem ꝛ confutationē fieri neceſſe eſt quā dilucide pateant: ꝛ quoniam coniecturalis ad alias quoqꝫ cauſas ſepe vtilis eſt: eam primū exponemus: quam etiam ea ipſa de cauſa diligentius tractare conſtituimus. Uerū vt oīa facilius ꝛ intelligi: ꝛ memorie cōmendari poſſint: ꝛ in hac ꝛ alijs conſtitutionibus vnumquemqꝫ locum certo vocabulo nominare opere preciū videtur: que res etſi durior propter verborum nouitatem videbitur: tamen quoniā per vtilis eſt: non fuit ſuperſedenda: verum etiam ideo audatius conficienda: quoniam antiquiſſimos latine lingue auctores: ac ipſum Ciceronē id factitaſſe perſpicuum eſt. Conſtitutionis coniecturalis ratio his locis comprobari ſolet: recuſatione nōnunquā: teſtiū petitione: cui loco etiam queſtiones: preiuditia: rumores. tabulas: iuſiurandum: quoniam teſtimoniorum vim habent iure inſerimus. voluntate. poteſtate: comprehenſione: abſolutione: repulſione: tranſpoſitione: inuerſione: qualitate communi. horum locorum accuſatoris quidem proprius is ſolus eſt quem repulſionem dicimus. Defenſoris vero recuſatio: abſolutio: tranſpoſitio: inuerſio. Ceteri autem communes tam accuſatoris quā defenſoris. ✠ Recuſatio eſt locus: quo totam cauſam a nobis reijcere conamur. hec ſi aut lege: aut firma conſuetudine: aut iudicatis adiuuatur: non locus: ſed perfecta eſt conſtitutio: quam tranſlationem appellauimus. Recuſatio autem que locus eſt: a circunſtantijs inuenitur: ꝛ his quatuor modis precipue conſyderatur: aut enim ab eo quod res deficiat: vt ſi ꝓdigi pater non appareret: ꝛ parricidij prodigus accuſaretur. vtetur enī in hac cōiecturaliter recuſatione: quod hanc cauſam ſubire non debeat: niſi conſtat patrem occiſum eſſe: aut ab eo qd̓ plurimas perſonas propter diuerſitatem vite: vna ac eadem ratiōe dānari non conueniat: vt ſi decem iuuenes nunquam vxorem ducere coniuraſſent: ꝛ male inter ſe viuere accuſarentur. Unuſquiſqꝫ per ſe iudicari debere confirmabit: qd̓ alio more atqꝫ ceteri vixiſſet: aut quod ab eo quod alij fecerunt: iudicium ſubire non debeamus: hoc modo viri fortis ſtatuas: ꝛ trophea hoſtes cōſtituebāt: ꝛ is apud ſuos proditionis accuſatur. reijciet enim iudicium: nec debere ſe cauſaꝫ dicere affirmabit eius/ quod ab alijs factum eſt/ aut a tempore: hoc modo. Ignaui cuiuſdā fili

✠ ¶ Nulla ratione habendus eſt hic pro loco tū q plerāqꝫ de his exemplis lege firmantur. Nam illum ſecundū modū firmat illa regula iuris: res inter alios acta alijs preiudicare nō debet. tum q̄ iudicium eſt qd̓ ratione probatiōis poſſit efficere hūc modo ſtatum non doloco. non enī ab eo q probat ſꝫ ab eo quod probatur cauſe denominande ſunt. erit ergo perfecta conſtitutio.

us magno animo: magniſqꝫ viribus ſepius hoſtes fugat: ⁊ pater eius matrem adul
terij acceršit. dicet enim mulier multis tranſactis annis: hoc crimine modo accuſa-
ri non conuenire. Sunt qui putant hunc locum: non in coniectura ſolum: ſed in om
ni cauſa perutilem: quod aiunt Alcybiadem adhuc puerum intellexiſſe. Nam quũ
pericles magna cura angeretur: quonam modo pecuniarum rationem rei. p. redde
ret: dixiſſe fertur: potius conſyderandum eſſe quo modo non redderet: quibus ver-
bis cum affirmant hunc locum voluiſſe ſignificare quo prius conamur a ceruicibus
nřis reijcere crĩm: deinde ſi parum hoc procedit. ceteros quoqꝫ locos adhibẽdos a-
iunt. ego quoqꝫ in alijs cauſis hunc locum inueniri non facile negauerim: quũ ſem-
per ipſam quoqꝫ perfectam tranſlationem querendam cenſeam: ſi ea legibus: mori
bus iudicatis non inuenitur: per circumſtantiam aliquam tranſlatiuum hunc locuꝫ
queremus. Tutius enim eſt ⁊ multum iuuat ſequentia: primum non debere nos e-
ius rei ſubire iudicium aſſerere. deinde per obſiſtentiam ad cetera tranſire quaꝫ ſta
tim: ac ſi ad nos ea res clare pertineret cauſam ſuſcipere.

## ¶ De teſtimonijs ex partitis.

In petitione teſtium conſyderandum vtrum ab accuſatore teſtes de re afferã
tur: Nam ſi teſtes producuntur defenſor a voluntate: de qua mox dicemus te
ſtimonia eorum improbabit: quod ſcilicet aut gratia: aut ſimultate: aut affini
tate: aut precio: aut metu: aut ambitu que omnia ad ratiocinationem pertinent aut
impulſione cõmotus: vt metu: ira: aut perturbatione ſubita in dicendo teſtimonio
mentitus ſit: que ita vita ſua comprobabuntur. Nam vbiqꝫ cauſa: quia aliquid quẽ-
piam voluiſſe dicimus: non multum valet niſi ſimul cum vita hominis congruere
dicatur. Quare patet teſtes voluntate ⁊ demonſtrationis locis: qui pſone attribuũ
tur: ⁊ comprobari ⁊ reijci ſolere: neqꝫ ſolum que priuatim: ſed etiam que communi-
us in quempiam dicuntur: maxime ſi teſtimonia publica eſſent accipienda ſunt: vt
pro. L. Flacco: ⁊ leuitatem nationis ⁊ inconſtantiam: perditoſqꝫ grecorum vſqꝫ ad
danda mutuo teſtimonia mores ampla oratione inſequitur. Ad hec infirmatio teſti
um coniecturali quadam ſuſpitione comprobari poteſt: ſi aut non eſſe factum quod
dicant: aut fieri non potuiſſe argumentabimur: ⁊ id aliquo coniecture loco aſſeque-
mur: deinde ſi ea que a teſtibus dicta ſunt: aut eorum aliquid cum ſignis: ⁊ argumẽ
tis non conueniat. Preterea ſi vnus alteri contradicit: aut idem ſibi vt aliud ſupe-
rius: aliud inferius dicere videatur: aut ſi rationibus ⁊ argumentis: quod dicat cõ
probare nititur. Nam hec duo poſtrema cupiditatem eius arguunt: vel gratia: vel
odio: vel ceteris huiuſmodi vehementer accenſam. Econtra vero ab his omnibus
accuſator teſtimoniorum firmabit conſtantiam. Quod ſi teſtes non eſſent: reus eos
circumſtantijs omnibus: ſi eam facultatem res patitur diligenter petet: quis vidit:
vbi vidit: quo tempore: quomodo rem factam dicit: aut quomodo vidit: vbi ipſe qui
id videret erat: aut etiam ſic tantum ſcelus ſine teſtibus credi non oportere: preſer-
tim de Bruto modeſtiſſimo viro: quum id vir omnium perditiſſimus: ⁊ eius inimi-
cus aſſerat: ⁊ maxime in re. p. vbi nihil temere: vt in tyrãnide credi ſoleat: accuſator
hic dicet plus ſignis ⁊ argumentis: quam teſtibus credi oportere: hec enim exponi
vt geſta ſunt: teſtes corrumpi poſſe. ¶ Quod ſi ſeruos in teſtimonium per queſtio-
nes more maiorum trahere volemus: dicemus dolore homines cogi veritatem ape
rire. Deinde que in queſtiõibus dicta ſunt: veriſimilia eſſe coniecture locis affirma-
bimus: ⁊ ſignis ⁊ argumentis conuenire oſtendemus. Reus in his queſtiones in-
terponi non oportere que ſignis ⁊ argumentis ita patent: vt queſtionibus decipi nõ
poſſimus: deinde alium alio retentiorem ad dolorẽ eſſe: ac ingenioſiorem ad commi
niſcendum/ aut

¶ Duplex eſt te-
ſtibus viciſſitu-
do. aut enim pro-
ducuntur aut nõ
ſi producitur eſt
videndũ quid di-
cet vterqꝫ litiga-
tor. Si nõ produ-
cuntur etiam con
ſiderandum quid
dicet vterqꝫ.

niſcendum: aut quod ſcire poſſet: vel ſuſpicari: quid queſitor audire velit: cui ſi quid
conueniens dicat: intelligat ſibi finem doloris futurum. Quare dolori non eſſe cre-
dendum: que omnia aliqua coniecturali argumentatione: ſi res poſtulat comproba
buntur. Nam id ne ſepius repetatur hoc loco dictum ſit: quod non ſolum in hac cõ-
ſtitutione: ſed etiam in alijs quandocunqꝫ aliquid infertur: quod quoniam infirmũ
ſit: negari ab aduerſario poteſt: id a nobis aliquo coniecture loco comprobandũ vi-
deri. Preterea ſcire oportet accuſatorem non ſeruos in queſtiones: ſed ipſum reum
ſepe trahere debere: quod ſimili modo tractandum eſt: niſi qđ hec tormenta: que ad
reum conferuntur in peroratione comprobata cauſa per amplificationem: aut com-
miſerationem diſtribui aptius poſſunt: quamuis ⁊ aliorum locorum omnium: non
que hic ponitur: ſed quomodo diſponendi ratio poſtulat collocatio ſit. ¶ Inter preiu
dicium ⁊ exemplum: quod a iudicato ducitur hoc intereſt: quoniam iudicatum eſt
quod de re ſimili: aut maiore aut minore: vel equali profertur. Preiudicium eſt ea-
dem ipſa de re qua de agitur lata ſententia. hoc ⁊ in iuridiciali inuenitur: vt illud cõ
tra Milonem ſenatum iudicaſſe cedem factam in appia via contra rem. pu. videri:
hoc enim ſenatus decreto priuſquam in iudicio cauſa agitata eſſet: condẽnatũ Mi
lonem aduerſarij dicebãt: ⁊ in coniecturali vt pro Cluentio iure damnatum oppia-
nicum veneficij duobus preiudicijs oſtenditur: prius enim Scamãder. C. fabricij
libertus accuſatus ⁊ damnatus fuerat: deinde ipſe. C. fabricius ſimiliter per eoſdẽ
iudices tanquam conſcius veneficij condemnatur. Ex quibus iure damnatum op
pianicum ſequitur: hoc igitur preiudicium ſi inuenitur in iuridiciali: vt plurimum
per legitimum ſtatum tractatur. In coniecturali negabimus ad hunc hominem ea
preiudicia pertinere: illos damnatos/ quoniam ⁊ alioquin nocentes homines/ ⁊ in
fames fuerunt/ non oportere damnationem ſceleratorum hominuꝫ integro viro no
cere/ ⁊ cetera huiuſmodi/ que tum locum habent/ quum qui preiudicijs premitur
honeſtioris vite videtur. Preterea teſtes eorum iudiciorum corruptos fuiſſe/ ⁊ vte
mur loco contra teſtes/ ad hec ſi poſſumus dicemus callidos ac diſertos accuſato-
res fuiſſe/ bonos patronos rei non fuiſſe. Item corruptos iudices vel ineptos ſtul-
tosue fuiſſe/ deniqꝫ iudices rogabimus ne alieno iuriurando ſuum condonent.
Quare omne preiudicium/ vel earum perſonarum differentia/ qui rei ſunt/ fuerũt
qꝫ iudicum patronorum teſtium infirmatur/ vel quod ad eam rem non pertineat/
vel quod aliter intelligendum quod legitimo ſtatu abſoluitur. Quorum omniuꝫ cõ
trarijs comprobari poteſt. ¶ A rumoribus dicemus ſi non temere naſci rumorem o
ſtendemus/ quin ſubſit aliquid. nulla enim cauſa poſſe rem quampiam omnibus eſ
ſe in ore/ ſi ita res ſe non habeat/ Rumores etiam nonnullos veros commemorabi
mus: ac eis fidem dari oportere nonnullorum auctorum verbis comprobabimus.
Econtrario argumentis eſſe agendum non conficta fabula/ quam vnus quiſqꝫ i-
nimicorum loco/ tempore/ cauſa conflare ita poteſt/ vt ⁊ diſſipetur/ ⁊ credibilis
videatur/ multa rumoribus credita fuiſſe pro veris/ que poſtea falſa inuenta ſunt.
Infirmos aduerſarios argumentis ad rem incertam confugere. Rumoris inſtabi-
litatem auctoritate confirmabimus multos enim aduerſarios fuiſſe ⁊ eſſe/ quibus
nos fidem non habemus. ¶ Tabule quoqꝫ afferuntur nonnunquam quas re-
feſſimus/ ſi aut inhoneſtum quid/ vel non credibile/ aut omnino impoſſibile cõ
tinere videantur/ non recte affuiſſe aſſignatorem/ aut etiam aliquem abfuiſſe/ vel
defunctum fuiſſe: quod firmabimus/ ſi tempora non congruunt. Preterea ſi
que antecedunt in tabulis conſequentibus pugnant. ſi de teſtamento/ ⁊ heredi-
tate ageretur/ teſtatorem hunc qui heredem ſe dicit nunquam cognouiſſe/ vel
inimicum fuiſſe/ ſcriptori tabularum hunc amiciſſimum ſemper extitiſſe. Eum cor
ruptum largitione/ qđ vita ⁊ exiſtimatiõe hominũ de eo corroboratur/ teſtatoreꝫ

veros heredes ante mortem ſepius multis preſentibus nominaſſe:nō fuiſſe cauſā cur mutaſſet tabulas.ſi refellere non poſſumus:⁊ ſcriptū id patitur legitimo ſtatu explicabimus. ¶ Iuſiurandū a petitore vel defēſore:vel petitur vel offertur:in vtro qꝫ religio perſone conſyderanda videtur ſi offertur ⁊ non accipitur:id tam ex re noſtra dicemus:ſin dabitur petitū:impudētie ē: ſi id rurſus repudias. Quare ni religionem hominis noueris offerre demētie eſt:accidere etiā poteſt:vt quū ab vtraqꝫ parte iuratum ſit cōtentionem perſonarum facere neceſſe ſit. Quod ſi non petitum ⁊ tamen contra nos aduerſarij iuſiurandum acceptum ſit/vel iure id fieri poſſe negabimus.vel teſtimonij modo refutabimus.

¶ De voluntate.

Voluntas queritur ex cauſa ⁊ vita. vita his maxime conſyderatur:q̄ pſonis attributa ſunt. Quos locos demonſtratiui generis eſſe manifeſtum eſt. hi ſunt huiuſmodi/nomen:natura victus/fortuna/habitus/affectio/ſtudia facta/caſus/orōnes/de quibus latius in tertio dicetur. Nomen eſt vnicuiqꝫ proprium/ac certum vocabulum eſt. Naturam hic appellamus nationem/vt grecus patriam/vt athenienſis. Cognationem/vt cornelius. Sexum vt vir:mulier. Etatem vt iuuenis:ſenex. Commoditatem corporis/aut animi/vt longus/valens/velox/memor/acutus/fortis. Incōmoditatē vt breuis/imbecillus/tardus/obliuioſus/hebes/timidus/⁊ ſimilia/dum hec nobis inſita non induſtria comparata ſint. Nā ea quidē nō in natura/ſꝫ in habitu ponimus. In victu conſyderatur quomodo educatus ſit/apud quos vixerit/aut viuat/quos preceptores habuerit/quibus amiciſ vtatur/quo artificio ac queſtu viuat/quomodo rem familiarē adminiſtret. In fortuna ſeruus ne ſit an fuerit/an liber/priuatus an cū poteſtate/⁊ ſi cum poteſtate iure an iniuria/diues an pauper/clarus an infamis. In habitu eſt velocitas/robur/memoria/ingenium/⁊ ſimilia non natura data/ſed exercitatiōe queſita. Affectio vt leticia/meror/metus:audacia:cupiditas:pallor:robur:titubatio. Studiū: vt rhetorice geometrie:artis magice:facta:caſus:orationes:a tribus temporibus conſyderantur.quid fecerit.quid ſibi acciderit:quid dixerit:quid faciat:quid ſibi accidat quid dicat:quid facturus ſit:quid dicturus:quid ſibi caſurum ſit:his vt diximus locis ⁊ vita hominis:⁊ per vitam voluntas conſyderatur. Nam hic accuſator ſubdolum verbi gratia cognominatum dicet aduerſarium:qd̄ dolo ſemper equales agrediatur. Preterea iuuentus luxurioſe voluntatis argumentum eſſe facile ſolet:quā diuitie augent:ſupprimit paupertas. Educatio deniqꝫ ⁊ ſocietas conſuetudo viuēdi:⁊ cetera que dicta ſunt:magnam prebent copiam:qua accuſator reum voluiſſe facile probabit:quod latius exponeremus:niſi ⁊ intellectui id facile putaremus ⁊ initia ab arte:cetera ab exercitatione proficiſci exiſtimaremus. illud etiam premittendum quod pleriqꝫ locorum:qui perſonis attributi ſunt:poteſtate magis arguūt: vt fortuna:habitus:ſtudia.nonnulli voluntatem magis:vt nomen: victus affectio. reliqui communes tam voluntatis quam poteſtatis mihi videntur. Uerum non ſine ratione voluntati omnes attribuimus/quoniam ⁊ poteſtas ipſa voluntatem inducere ſolet. At nonnunquam etſi ante noluerimus tamen quum copiam ad aliqd commode faciendum nactos nos arbitramur:ita mouemur:vt quod nolebamus iā cupere videamur. Quare nobis viſum eſt omnes hos locos voluntati. attribuere/ac hinc ad poteſtatem quoqꝫ transferre omnia que ad eam comprobandam pertinere poſſunt. Cauſa eſt:que ad ſuſcipiendum facinus inducit. Ea diuiditur in impulſionem:⁊ rationem. Impulſio eſt temerarius impetus animi ad aliquid faciendum ſine cogitatione:vt cupiditas nimia:iracundia: vinolentia: timor:⁊ omnino omnis perturbatio animi:que rem conſilio ⁊ cogitatione videri non ſinit. Ratiocinatio eſt: que aut commodorum ſpe:aut incommodorum euitatione ad maleficium hominē impellit: vt

¶ Ex quintiliano libro. quinto. ¶ Iuſiurandum litigatores aut offerunt ſuum. aut reſpuunt oblatū. aut ab aduerſario exigunt.aut recuſant cum ab ipſo exigatur. offerre ſuum ſine vlla cōditione vt vel aduerſarius iuret. fere improbum eſt qui tamen id faciet.aut vita ſemetur vt cum non ſit credibile peierare.aut ipſa vi religionis.in qua ⁊ plus fidei conſequetur ſi id egerit vt non cupide ad hoc deſcendere ſꝫ ne hoc quidem recuſare videatur. aut ſi cauſa patietur. mō litis propterquam deuoturus ſe ipſe non fuerit. aut ſi ſuper alia cauſe inſtrumenta inſtrumētum adijcit ex abundanti. hanc quoqꝫ conſcientie fiduciam qui nō recipiet. iniquam conditionem ⁊ a multis contēnitur iuſiurādi metum dicet.cum ⁊ philoſophi quidem ſint reperti qui deos habere rerum humanarum curā negarēt. Eum vero qui nullo offerente iurare ſit paratus et ſe ipſum velle de cauſa ſua pronūciare ⁊ quā id quod offert leue ac facile credat oſtēderet. is qui defert alioqui agere modeſte videtur cum litis aduerſarium iudicē faciat ⁊ cuius

impellit:vt quum dicimus adipiſcendi:vel retinendi:vel augēdi commodi:aut ecōtrario euitandi:reijciendi:vel diminuendi incommodi cauſa ad facinus impulſum eſſe:que comparatione etiam conſyderari poſſunt. Ut quū dicimus maioris adipiſcēdi cōmodi:aut maioris euitādi incōmodi facere voluiſſe. Preterea odio inuidia aut gratia ipulſū.hic accuſator eius cauſe vim ꝓpter quā reū cōmotū dicit:verbis ample oſtēdat oportet:quā vite in quantū poterit accōmodabit. Nam cauſa ſepe parum valet:niſi hominis vite cōueniat:vt ſi dicas eum auaritie cauſa feciſſe:ex ante factis:aut etiā caſibus:⁊ alijs que perſonis attribuimus:queqꝫ ad rem accōmodari poſſint auaritiam eius immēſam oſtende. Sin luxuria commotum dicis:quum vim eius cauſe breuiter ac vehementer expolueris:quod facilius facies:ſi nationē etatem:fortunam cauſe inferas luxurioſe eum vixiſſe oſtēde. Id quoqꝫ hic opportune dictum ſit:vim cauſe vehementiorem multo videri:quum ita affertur vt ad eā accommodentur quam plurima perſonis attributa:vt ſi magnam rei veneree cupiditatem dicamus:preſertī in cyprio ⁊ eo iuuene ac natura ſanguineo:⁊ ſucci pleno deinde a vita:qui a pueritia ſic vixerit:⁊ apud tales:ſi non poterit vite vitiū cauſe idoneum reperire:reperiet diſpar vnum aut quod melius eſt plura:vt ſi non poterit auarum demonſtrare:quem lucri cauſa commiſiſſe dicit:perfidū luxurioſumqꝫ ſemper demonſtret fuiſſe. deniqꝫ non eſſe mirandum: quum tot ac tanta nequiter fecerit:id quoqꝫ perperam commiſiſſe. Sin vehementer vita hominis integra eſtimabitur:argumentis potius ac ſignis quā fame:q̄ plerunqꝫ ſimulatione acquiritur dicet credi oportere:non eſſe mirandum ſi quum omnium rerum initium ſit: mō peccare ceperit:quod quum ita poſſit eſſe non ante actam vitam/ſed argumenta eē ſpectanda. Ad hec ſi res patitur conuerſa/ex vtraqꝫ parte virtutibus vitia occupabimus/vt ſi liberalem prodigum/atqꝫ inde conſumptis ſuis in rapinam verſum affirmares. Defenſor aut cām oīno negabit ſi poterit/aut eā ita extenuabit vt nō tantā vim quātā aduerſarius dicit habere probet. Iniquum eſſe oēs ad quos aliquid cōmodi ex aliqua re perueniat ad ſuſpitionē maleficij deuocari/vitam quoqꝫ ſuam ſp alienā ab eo vitio fuiſſe. hic ſi ipſe reus cauſam dicit/maxima ſummaqꝫ cū cautione oīa ſibi dicēda arbitramur/ne aut nimia ſui laude auditores offendat/aut parū de ſe dicendo totam peruertat defenſionem. Sin aduocatus pro reo dicit multo latius oīa cōplectetur/⁊ iudicio meo ſemper quum res aliquid ponderis habere videtur parū nos/aduocatus totā cām explanabit. Nā ⁊ plena voce laudare/⁊ aduerſarios vehementius criminari/⁊ aut eiuſdem aut grauioris culpe reos arguere ſine odio facere pōt/qd̄ ſi bone ēt exiſtimatiōis ſit/tunc vero non iā aduocati ſolū/ſed ēt grauis teſtimonij auctoritatē afferet. Si vita hominis defenſor. impeditur/aut falſos rumores de innocentis vita ſparſos fuiſſe dicet/idqꝫ ex antefactis/ſi que ab eo probe geſta ſunt/ceteriſqꝫ perſone attributis confirmabit/aut calūniari aduerſarios aſſeret. Et quoniam id crimē qd̄ inferūt veris ſignis ⁊ argumentis cōprobare nequeāt: ad añ actā vitā cōfugere. ſꝫ de volūtate hactenus:de qua vt longius diceremus producti ſumus:quod accuſatoris ⁊ defēſoris propoſitiōes oſtēdere breuiter voluimuſ quas multo plures etiā dictis inueniri conſtat. Non enim omnia:ſed principia ⁊ fūdamēta facultatis dici poſſe confidimus. harum autē propoſitionum que a locis ſumuntur rationes confirmationes:exornatiōes in tertio libro:vbi de argumētatiōe tractabimus:non minore induſtria quā opus ſit exponemus. Nunc de poteſtate dicamus:parum enim refert voluiſſe niſi etiam potuiſſe diligenter explicetur.

¶ De poteſtate.

Poteſtas vt iam dictum eſt ex attributis perſone conſyderatur.

p ¶ Nam aut vt diuites: ingenioſi: robuſtique ſunt: qui quum committerunt aut vt eorum amici ſodales: liberi: ſeruique ſe habeat: potuiſ-

cognitio eſt onerare liberet.qui profecto alieno iuriiurando ſtare quā ſuo mauult. quo difficilior recuſatio ē. niſi forte res eſt ea quam credibile ſit notam ipſi non eſſe.que excuſatio ſi deerit. hoc vnum relinquetur.vt inuidiam ſibi queri ab aduerſario dicat. atqꝫ id agi vt in ea cauſa in qua vincere nō poſſit:que ripoſſit. Itaqꝫ hominem quidē malum occupaturus hanc conditionē fuiſſe ſenatē probare malle que affirmet quam dubium cuiquā relinquere an peierarit.

ſe aut non potuiſſe confirmabitur. preterea loco: tempore: ſpe celandi: comparatiõe
perſonarum: rei. ſcilicet ⁊ eius qui paſſus eſt. Locus conſyderatur: ſi opportunus a
ut in opportunus ad rem eſſe dicatur: quod queritur ex magnitudine: longinquita-
te: propinquitate: ſolitudine/celebritate. Natura ipſius loci preterea publicuſ ne ſit
an priuatus: ⁊ ſi priuatus rei ne an eius ipſius qui paſſus eſt/qua ex opportunitate
is ſcilicet plurimum potuiſſe confirmabitur: Qui eius loci conditiões non ignora
uerit/ac omnes vias/⁊ inuia eius pertriuerit/Si locum inopportunum eſſe cõte
ret/aut propter cupiditatem id non vidiſſe reum dicemus/aut commodum ſibi pu
taſſe. Nam in omnibus fere parui refert re vera ita fuiſſe vt dicimus/niſi ſic opina-
tum reum demonſtremus. Tempus in quorem geſtã dicemus in ſpacium ⁊ oc
caſionem diuiditur. Spacium queritur ſatis ne longum ad rem perficiendam fuiſ-
ſet ⁊ potuerit ne ſcire reus ſatis ſpacij futurum. Occaſio eſt tempus idoneũ ad ali-
quid faciendum/eam diuidimus in publicum/cõmune/ſingulare. Publicum
dicimus qd̕ vniuerſa ciuitas celebret: vt ludus/dies/feſtus/bellum/pax. Cõmu-
ne quod accidit oĩbus eo fere tempore/vt meſſis vindemia/calor/frigus. Priuatũ
quod vni ſoli accidit/vt nuptie/ſomnus/funus/conuiuium. Spes celandi/cum ex
loco ⁊ tpe/tum ex conſcijs ⁊ adiutoribus queritur. Comparatio rei ⁊ eius qui paſ
ſus eſt ex his locis/quos perſonis attribuimus comparatiue profertur/vt ſi ex vna
parte diuitie/conſiliũ/vires/apparatio videbitur fuiſſe/ex altera paupertas/ſtul
titia/imbecillitas/inapparatio/hic collatio non ab re fieri poteſt/hoc eſt compara-
tio ipſius rei/aut cũ his/qui videbuntur eãdẽ rẽ voluiſſe aut facere potuiſſe/aut ẽt
cũ ſe ipſo. Hec perſonarum/loci/temporis/occaſionis contentio/quedã indicij re
cuſatio eſſe videtur. quum aũt omnis recuſatio in principio locum habeat/hec poſt
voluntatem ⁊ poteſtatem non iniuria collocata eſt/quoniam earum comparatione
vim arripit/quamuis ad dicendum nihil interſit/⁊ vnus ne cum voluntate ⁊ pote-
ſtate/aut recuſatione putetur/aut diuerſus. hic accuſator dicet nemini alij commo
do fuiſſe/⁊ ſi cui commodo fuit/eum eiuſdem vite non eſſe aut neminem commodi
tatem loci temporis/⁊ aliorum que dicta ſunt: eque ac ipſum habere potuiſſe. Si
ad ipſum reum hec comparatiue referuntur/dicet eum aut alio tempore ⁊ loco/⁊ a
lijs rationibus id facere non potuiſſe/aut ſi potuit fugiſſe eum eas rationes/q̃ prete
rite ſunt. Sin meliorem commoditatem futuram reum dicturum intelligit/aut ip
ſum id tunc non vidiſſe/aut cupiditate impulſum expectare non potuiſſe. reus alijs
quoq̃ eque commodo fuiſſe dicet/⁊ vitam eorum magis facinori conuenire/ſe ſi
voluiſſet: aut vſurum fuiſſe meliori occaſione preterita/aut expectaturum futuram:
nec eum ignoraſſe. hec ab accuſatore eo genere dicendi exponentur/quod defenſori
um appellamus. Defenſor non vtetur accuſatoris vehementia/ſed medio quo-
dammodo genere inter accuſatorium ⁊ defenſorium/ne vt ſe defendat falſo alios ac
cuſare videatur/niſi forte adeo magnam vim collatio habeat/vt magis alius accu-
ſandus videatur/quã qui reus eſt. Quare putamus ſi minorem/aut ſi etiam equa
lem voluntatis/⁊ poteſtatis/loci/in alios poſſunt afferre ſuſpitionem/poſt eos (col
lationem/ſiue alium/quis ſeparatim habendus/ſiue eundem quis locum putet/
quoniam nil aliud eſt/niſi eorum ipſorum quedam inter ſe comparatio/Parum e-
nim curamus/dum ea vti ſciamus). Si minorem ergo/aut equalem in alios ſuſpi-
tionem affert collatio/poſt voluntatis ⁊ poteſtatis locos collocandam ita putamus
vt non magis nos quã alios accuſandos/vel potius non magis alios quam nos oĩ
ſuſpitione liberandos oſtendamus. ſin atrociorem in alios conflare poteſt ſuſpitio
nem recuſationi coniungendam/⁊ ante alios locos/⁊ vehementius agẽdam/vt cla
re a noſtris ceruicibus in alios crimen reijciatur/quod quum accidit tranſlationẽ
duplici ex perſonis coniectura abſolui dixerim.

¶ De

## ¶ De comprehenſione.

Comprehenſio eſt ſignum circunſtantijs implicitum: per quod res argui-
tur certioribus argumentis: ⁊ quaſi firma ſuſpitione. Is locus quũ circũ-
ſtantias fere omnes comprehendat: ac coniecturalem cauſam confirmet ⁊
conſiſtere faciat: αυτωαρχησαχρι τελος: hoc eſt ab initio ad finem a nobis appel-
lari ſolet. Circunſtantie vero ſunt ſex: quis: quid: vbi: quando: quomodo quamobrẽ.
Nam facultates quam ſeptimam circunſtantiam quidam putauerunt: his ſex attri
bui debere arbitramur: ſunt ergo is locus maxime: atq̃ proprie ex ea circunſtantia
quam quid appellamus: eſt ea vt nunc quidem capitur argumentum quoddam at-
q̃ indicium a quo res facta videatur: vt ſi relictum telum: aut veſtimentum eiũ cu
ius ſit criminis coarguat: ad quod etiam ceteras concurrere circunſtantias neceſſe
niſi enim ⁊ tempore: quo ⁊ in loco vbi patratum facinus ſit: ſignum percipiatur: ple
runq̃ nihil hic nobis ad dicendum datur. Quare vt vim totam ſimul vti grece faci
mus: latine quoq̃ comprehendamus comprehenſionem hunc locum vocare placu
it: cuius quaſi fundamentum res eſt: quam in coniecturali ſignũ appellamus. ſem
per enim locus ab initio ad finem: aut ab affectione quadã: aut a dictis: aut a factis
aut a rebus relictis inuenitur. Ab affectione arcem factioſus ⁊ potens crebro reſpi
ciens lachrymat: ac tyrannidem affectare accuſatur. A dictis triduo antequam in
appia via inſidie facte eſſent: Milonem periturum dixit Clodius. A factis ſepelie-
bat in ſylua cadauer: ⁊ cedis accuſatur. A rebus relictis: vt ſi in loco vbi quicquam
commiſſum eſt: veſtigium quoddam vt verbi cauſa veſtimentum alicuius inuenia
tur. hic illud ad maiorem huius loci partium intelligentiam ſciendum eſt quam il-
lam circũſtãtiã quã quid appellauimus/qd̕ totius coniecturalis fundamẽtũ ſignũ
ac argumentũ ẽẽ neceſſe eſt (ſine.n.certo quodã ſigno: qd̕ accuſatori cũ defenſore cõ
ueniat: nulla vnquam cõiecturalis cõſiſtet cauſa) a tribus tẽporibus cõſyderari licet
A preterito: ſi in eo loco vbi hominem interfectum conſtat: paulo ante geſtionem ne
gocij armatus perſpectus ſit: aut ſi aliquid dixerit: quod rem arguere poſſit. Ab in-
ſtanti ſi quum negocium gereretur: aut rei vox: aut ipſius qui paſſus/eſt quum no-
mine reum appellaret exaudita eſſet: A conſequenti ſi aut poſt geſtionem negocij
circa eum locum cruentus conſpectus eſſet: aut aliquid eo in loco relictum ſit: quod
indicet a quo geſtum ſit: vt gladius/calciamentum/⁊ que huiuſmodi ſunt. huic ſi-
gno/quod a conſequenti tempore capitur/etiam id adiungimus/quam conſecutio
nem nonnulli appellauerunt/vt ſi reus quum ad eum ventum ſit/erubuerit: tituba
uerit: inconſtanter locutus ſit/que ſigna conſcientie ſunt: Defenſor hec magnitudi
ne periculi non conſcientia peccati ſibi accidiſſe dicet. Si non pertimuerit fre-
tum innocentia negabit eſſe commotum. Ad quod accuſator vſque adeo premedi
tatum fuiſſe reſpondebit: quid ſibi eſſet vſui futurum/vt confidentiſſime reſiſteret:
que ſigna non innocentie/ſed confidentie ⁊ exhauſti pudoris ex continuo peccan-
di vſu eſſe affirmabit/illud etiam tenendum reor/quod ſi is locus accuſatoris ſo-
lum eſt quod ſepius accidit/ceteri loci qui ſequuntur quique incidunt omnes dẽfen
ſoris erunt/quod ſi hic tam ad accuſatorem quam ad defenſorem pertineat/ceteri
quoq̃ loci communes ambobus erunt/quod tum inuenitur/quum due res/hoc
eſt duo ſigna in coniecturali reperiuntur. Quorum vno accuſator/reliquo defen
ſor vtitur hoc pacto. LEX. forti viro/qui contra hoſtes rem bene geſſerit/a re.
publica. premium quod velit/quidam affectate tyrannidis reus fuit/eius frater
antequam hec cauſa ageretur/virtute ſua triumphum ab hoſtibus duxit. Impetra
uit a re.p. vt fratris hec ſibi condonaretur accuſatio. Oppreſſit ille graui tyrannide
ciuitatẽ/eũ frater priuatus qui triumphauit/depoſuit. Accuſatur huius fraterne
tyrãnidis cõſciẽtia/hic accuſator ea petitiõe/qua reus fratrẽ ab accuſatione tyran-

nidis extorſit: ⁊ his circumſtantijs: que circa eam petionē ſunt: loco. ſ. tempore mo-
do cauſa: defenſor depoſitione tyranni: ⁊ alijs que circa hanc reʒ ſunt diligenter vte-
tur: ac ab vtroqʒ alterius hec argumenta ſoluenda ſunt. Id quoqʒ ſciendum eſt: ſo-
lius nunquā defenſoris hunc locum inueniri: niſi forte his in cauſis: quibus non ac
cuſatio: ſed petitio agitur hoc modo. quattuor quidam habebat filios: eorū tres vno
tpe amiſit: dolore victus laqueo gulam frangere conſtituit: cum quartus filiorū la
queo abrupto a propoſito tunc arripuit: ſacrilegio poſtea in vrbe commiſſo: pater ſe
ſacrilegium indicat: ac ſibi debitam mortē petit: eius petitiōi filius cōtradicit hic nō
video quomodo petitor hunc locum orationi ſue inſerere poſſit: at filius qui quū vel
nolentē defendit: quū ſuperioribus locis vſus fuerit: Vehementer per hunc locum
fratrum mortem deſperationem patris ſuſpenſionē: ſolutionem. locum: tempus: in
quo hec fuerint ad oculos adducet: pater autem nec verbum quidem de his faciet.
Nam ſi quid dicat non eſſe ſe reum ſacrilegij demonſtrabit.

## De abſolutione ⁊ repulſione.

Abſolutio eſt locus per quē defenſor licuiſſe ſibi eā rē facere oſtendit: qua pro
ſigno maleficij aduerſarius vtitur. is locus nullo mō incidere pōt: ſi id qđ
ſuſpitiōis ſignū dicitur: nō a nobis: ſed ab alijs geſtū ſit: quū aūt propterea
in iudiciū trahimur: qđ nos ipſi aliquid fecimus: quod ſuſpitionē inferat ſemper in-
uenitur: niſi quū neceſſario rem arguit: quum ⁊ coniecturalem cauſam minime con
ſiſtere perſpicum eſt. Hec abſolutio abſolute cōſtitutiōis locis cōfirmatur: quāuis
ab ea multum differat: quoniam in ea id quod pro crimine infertur: in abſolutiōe nō
illatū crimen: ſed criminis argumentum: ac ſignum totamqʒ comprehenſionem li-
cere nobis aſſerimus: hoc pacto. In ſolitudine quidā inuētus cadauer ſepelire accu
ſatur. licere. n. dicet hominē ſepelire: abſolutio ei loco: quem ab initio ad finem noſ-
latini cōprehenſionē appellare poſſunt: oppoſita eſt: quare omnia ea occupabit: ⁊ li
cere aut non eſſe prohibita dicet: que per ſigni comprehenſionem vehementer dicta
crimen ante oculos ponebant. Repulſio non in hac conſtitutione ſolum ſed vbi-
cunqʒ inuenitur: ſemper abſolutioni contraria eſt. Quare ſi accuſator hoc aut illo v
tetur loco: altero ſemper defenſor vtetur. Hec repulſio dupliciter agi ſolet inficiatio
ne ac obſiſtentia. Inficiatio eſt abſolutionis perfecta negatio: quam enſtaſim noīa-
mus: vt licet ſepelire: non licet ſepelire. Obſiſtentia eſt quum non per ſe ipſam ab
ſolutio: ſed ex aliqua circūſtātia negatur: hāc grece αντιπαρηστασιν dicimus vt
non licet ſepelire hominem: etſi licet: attamen non ſolum: neque in ſolitudine aut nō
eo tempore: in quo tu ſepeliebas: aut non comodo. Inficiatio ⁊ obſiſtentia incidenti
bus ſepe ſtatibus comprobantur: ⁊ quoniam ſimilitudo magna in rebus eſt: ſi que
res incidit: parū iuuat ſimilem querēdū: que ſi magis prodeſt: eo retorquere oratio-
nem oportet: ⁊ ſi omnia infirmiora ſunt: omnia ſic occupanda: vt cum vi orationis v
nū ſub aſpectū ponantur: firmiſſima videantur: que hec res non huiuſmodi loco: ⁊
ſtatu ſolum: verum vbiqʒ fere diligenter conſyderanda. Neqʒ enim facile crediderim
vtilius quicquam: aut melius in difficilibus cauſis inueniri poſſe: Qua ſi quis fa-
cile vti velit dabit operam vt in quo differant: ⁊ in quo conueniant: tam loci quā ſta-
ſtatus memorie commendet.

## De tranſpoſitione.

Tranſpoſitio eſt locus per quem comprehenſionis cauſa a defenſore pfer-
tur. Que quū aut ab affectiōe: aut a dictis: aut factis: aut a rebus relictis
inueniri ſoleat: quadripartito: ⁊ tranſpoſitio ei opponitur: nā aut cōceſſio-
ne: aut ſcripto ⁊ ſententia: aut infinitione: aut tranſlatione ipſa oppugnat. Conceſſio
ne vtemur: quum ab affectione ſignum coniecture conflatur: hoc pacto. Iuuenis di
ues ⁊ factioſus crebro in arcem reſpiciens. cum motu capitis lachrymas emittit: ⁊
quod tyrannidem

quod tirannidem affectet accuſatur: incommoda enim ciuitatis: q̄ in tirannide pati
tur: ⁊ vitam tyrannorum omni ſolicitudine plenam recordatus lachrimaſſe dicet
⁊ ſi quid aliud his ſimile inueniet: Scripto ⁊ ſententia in tranſpoſitione vtemur quū
ea que dicimus ſuſpicionem faciunt: hic abigi quoqʒ poſſe nemo dubitat: hoc modo
Quidaʒ iuuenis diues ac factioſus prope carcerē hac voce ingenti vſus eſt ſpiritu.
Confidite omnes: nā breuiter abſoluemini: reus fit preparate tyrannidis: quū enim
hec verba dixiſſe cōcedat qua intētione dixerit querenduʒ eſſe dicet: ad cōſolationē
enim eorum dixiſſe confirmabit. Infinitione tranſpoſitio queritur: quum a factis ſi
gnum colligitur: honeſtum enim humanumqʒ dicet inſepultum hominem ſepelire:
hec infinitio finalibus locis tractatur: de quibus in negotiali dicemus. Tranſlatiōe
fieri dicitur tranſpoſitio: quum relictam rem que ſignum dicitur: ſi noſtram eſſe non
negamus ab alio ſumptam: vt impune res ſibi conficeretur: nos loco eius cruciare
mur dicere poſſumus hoc modo. Duo quidam ſimul i tabernam diuertunt: ibi cena
ti vna diſcubuerunt. Caupo vnum eorum quem grandem pecuniam ſecum afferre
comperiſſet / gladio alterius interfecit / pecunias abſtulit / gladium in vagina recō-
didit. Ille cuius gladio homo occiſus erat / ſummo mane gladium ⁊ cetera que ſe-
cum attulerat ſuſtulit. ſolus profectus eſt. Non multo poſt caupo clamitat hominē
occiſum / ⁊ cum quibuſdam diuerſoribus eum qui ante exierat cōſequitur / atqʒ cō
prehendit / gladium e vagina educit / reperit cruentum / peregrinus cedis accuſa-
tur. Nam hic gladium quidem / quem quamuis ſecum attulerat / tamen quia mo-
do rei relicte ad inueniendum vtimur / in relictis connumeramus / ſuum eſſe nega-
re non poteſt / ſed dicet Cedem eo ipſe non feciſſe / cauponem vel quempiam alium
criminabitur / ſe eo non vſum inuerſione confirmabit. Nam neqʒ ita ſecurus recta
via ſibi conſcius iter facere / nec gladium ſecum attuliſſet. Ad huiuſmodi tranſla-
tionem non inconueniens erit / integram coniecturam duplicem pertractari: in qua
vtriuſqʒ vita / occaſio ⁊ ſignum partim quod ſuus gladius cruentus in vagina re-
pertus eſt / partim quod recta ad ipſum via non ad alium diuerſorem concurrerat:
per collationem conſyderanda ſunt. Itaqʒ vita hominis cum vita hominis / occaſio
cum occaſione / ſignum cum ſigno / ⁊ cetera / que vtraqʒ incidunt conferentur / ad pa
lam eſſe arbitror: omnia que per tranſpoſitionem dicuntur / ſi ab his / que a nobis fa
cta / aut dicta ſunt / indicamur cum aſſeueratione dici / ac inter ſe coniugi oportere.
hoc modo / ſepeliebam quoniam humanum ſepelire hominem / ⁊ quoniam nullus
non conſcio timor incidit / ⁊ quoniam huic rei premium a deo redditum iri creditur
hec omnia / ⁊ quecunqʒ alia inueniri poſſunt huiuſmodi ſunt / vt inter ſe ipſa copulē
tur / Sin ab his: que alij fecerunt cauſa in iudicium venit. tranſpoſitio neqʒ con-
ſtans / neqʒ ſibi conueniens: ſed ſibi ipſi contraria erit: ⁊ cum diſiunctione profertur
vt ſi quis proditionis cauſam dicat: quod neqʒ agros ſuos hoſtes populati ſint: ⁊
ſtatuam ſibi conſtituerint dicet enim hoſtes aut admirari virtutē ſuam: aut ad ſimi
lem virtutem ſuos incitare voluiſſe / aut vt eorum miſertus eſſet: aut vt odium in ſe
ac ſuſpitionem ciuium ſuſcitarent. hi enim colores omnes ſibi ipſis conſtare nō poſ
ſunt. Verum hec tum conſyderanda ſunt: quum aut comprehenſio vnica eſt / aut
ſi vtriuſqʒ eſt / recta eſt / obliquam enim comprehenſionem raro his modis tranſpo
nere poteris. Nam quum negationis ſignum ſit: difficile poteris ea occupare: que
affirmationis ſigno / quam rectam comprehenſionem appellamus conueniunt.
Aut ergo incidenti ſtatu. aut horum oppoſitis plerunqʒ vtemur: hijs ipſis varius.
Tranſpoſitionem ſoluet accuſator / aut quod non conueniat vite ſue / vt pietate com
motus conſolari miſeros volui. Atqui te nunquā piū cognouimus / aut quod aliorū
cōſilio facere debuiſſet / hoc mō. potens quidam ⁊ factioſus tyranni / qui propiqʒ
ciuitatis potiebatur filiā in vxorem duxit / qđ tyrannidē affectet accuſatur quum in

vtilitatem rei. p. vnumquemqꝫ incumbere decеat: ego id feci vt affinitate mea tyrā
num ciuitati ſemper placabilem redderem. At qui ſi ideo feciſſes ſenatui: aut popu
lo id communicaſſes: ex his iam patet colorem: ⁊ cauſam: comprehenſionis in deffe
ſionem tranſpoſitionem afferri.

## De inuerſione.

INuerſio eſt locus: per quem comprehenſionem inuertimus quod fit quū hec
ſigna: quibus aduerſarius aliquid a nobis patratum confirmat: potius indi
care dicimus nihil huiuſmodi a nobis commiſſum hoc modo. Crebro arcem
reſpicis: ſuſpiras: lachrymas: huc ⁊ illuc caput iactas: arcem ergo ipſam: ⁊ tyranni
dem aggredi paras. Atqui ſi hoc vnquam facere cogitaſſem: neqꝫ crebro ego reſpi
cerem: nec ſuſpirarem: nec lachrymarem: nec caput huc atqꝫ illuc iactarem: ne ſuſ
pectum me ciuibus facerem. Item ſepeliebas cadauer ſolus in ſylua: interfeciſti er
go. Atqui ſi interfeciſſem: non in ſepeliendo homine eſſem occupatus. Is locus de
fenſionis adeo aduerſarium vrget: quando inuenitur. vt quum bene eū ſoluere nō
poſſit: aut ad prouidentiam diuinam confugiat: vt oportebat te penas dare: ac ideo
ſepeliebas: tantum enim facinus impune te facere diuina ira paſſa non eſt: aut ad i
gnorantiam: quod ignoraſti quod tibi vtile foret: vel non putaſti te perſpici poſſe: qđ
vel amentia vel ebrietate vel aliqua re ſimili confirmabit. Hunc locum fruſtra que
remus: neque enim inuenitur: quum ſignum neceſſario rem de qua agitur: aut ante
cedit: aut conſequitur: aut in geſtione negocij fit: vel ⁊ ſi nullam neceſſitudinem af
ferat: tamen rei valde propinquum eſt: hoc modo. Potentis ac factioſi cuiuſdā do
mo deiecta fulmine: armorum maxima eo congeſta copia inuenta eſt. Accuſator ad
euerſionem rei. p. arma preparauiſſe. hic enim non poterit inuertere. Nam omnes
qui potiri rerum volunt: arma preparant: quod quum accidit: accuſator hoc ipſum
ſignum quodammodo in diffinitionem rei trahet: quam quoniam nos βιαιον ορον
vocamus latine violenta diffinitio appellatur: dicet enim tam maxime armorū co
pie preparationem nil aliud eſſe niſi tyrannidis preparationem. At defenſor quum
id inuertere non poſſit: hoc ipſo rem ſuam tutabitur: quod res cum ſigno non cōuer
tatur. Nam quum dicere non poſſit: Atqui ſi tyrannidē cuperem non arma prepa
rarem dicet. Et ſi qui tyrannidem exoptant arma preparant: nō tñ oēs qui arma p̄
parant: tyrannidem appetunt: hec ſigna que rebus vehementer propinqua ſunt: ab
ſolutionis quoque vim ſic diminuunt: vt aut omnino pretermittenda ſit: aut cal
lide inferenda hoc modo: nulla vnquam lex: nulla vnquam conſuetudo arma
parare vetuit. Item que lex: que conſuetudo prohibet: vndecunque tibi place
ret vxorem ducere: Nam quemadmodum vehementes locos multo vehementio
res oſtendit quedam orationis tractatio dicendiqꝫ modus: ita eos qui ferme defici
unt: pene vt vehementes appareant: facere ſolet oratiōis cōmoditas: quod melius
intelligetur in elocutione ſi de grauitate vera: ac apparente differemus.

## De qualitate communi.

QUalitas communis eſt: qua vtimur ad extremum cōfirmata ſuſpitio
ne: hec fit per locos communes. Communis eſt locus: qui ab his:
que aut antecedunt: aut conſequuntur rem: aut que in geſtione nego
cij ſunt: vel auget peccati atrocitatem: vel conqueſtione miſericordiā
captat. qui communis ideo appellatus eſt: quia quāuis cōtra hunc:
aut illum dici videatur: tamē ad vniuerſos eiuſdem criminis reos efferatur neceſſe
eſt: quod latius in peroratione orationis aperiemus. Communes loci accuſato
ris non coniecturali ſolum: ſed omni conſtitutioni conuenientes ſunt: quum auget
peccati atrocitatem: ⁊ quum negat malorum miſerere oportere: defenſoris ſimiliter:
quum miſericordiam captat/ ⁊ illata crimina extenuat. Nunc ne quid quod ad con
iecturalem pertineat
pretermiſſum nobis eſſe videatur: breuiter que ſimplices: que
duplices: que perfecte: ac imperfete coniecture ſint aperiamus: vt ⁊ ad dicēdū via
nobis ampliſſima ſit: ⁊ ad intelligendos certa ratione oratores quā preclara p̄cepta
Nam qui hec ignorant: eos video: quum orationes ciceronis exponant: ea dicere:
que neſcire multo melius eſſet.

## De modis cauſe coniecturalis.

OMnis cōiecturalis cauſa ſi conſiſtit: aut perfecta eſt: aut imperfecta: prete
rea tāꝫ perfectā quā imperfectā bipartito diuidimus: In ſimplicē. ſ. ac du
plicē. Perfecta ſimplex eſt: quū in iudicio certa pſona certa de re trahitur
hoc mō. in eo cubiculo Ceſar interfectus inuenitur: ex quo brutus cū gladio cruēto
exiſſe viſus eſt: Accuſatur cedis: negat occidiſſe: Imperfecta ſimplex eſt: quū certa
perſona in iudiciū nō affertur. Eſt ea huiuſmodi. Ignotus quidā hominē ſepelire i
ſolitudine inuentus eſt: negat ſe interfeciſſe. In hac cauſa quum quiſnam is ſit om
nino ignoretur. Loci fere omnes: qui a qualitate perſonarū fluere ſolent: vt fortūa:
educatio: ſtudia: ⁊ cetera huiuſmodi: que ad voluntatem ⁊ poteſtatem cōprobādam
multum intereſſe diximus: querendi nō ſunt. Imperfecta ſimplex: que certā habet
perſonam: rem vero nullā: quonia nō cōſtitit abijciatur. Nam Minucianus qui di
cit huiuſmodi cauſam conſtari ſi quis prodigum qđ nullibi pater eius inueniretur:
parricidij accuſaretur vehemēter errat: nec videt rē hic afferri: qđ pater nullibi ap
pareat. Sed deceptos putamus nōnullos: qđ nō magnā vim hac in cauſa hi loci ha
bent: qui a re cōfluunt: vt eſt ſignum ac trāſpoſitio. Naꝫ quū in cāꝫ nō ab eo qđ nos
ſed ab eo qđ alij fecerunt in iudicium venit: minorem vim huius loci prebere ſolent.
Duplex perfecta coniecturalis eſt: quum tam perſone quā res geminate in iudiciū
afferuntur: hoc modo. Eſchynes ⁊ Demoſthenes a legatione Philippi reuerſi al
ter alterū proditionis accuſant: Quod demoſthenes magnum inde auri pondus re
portaſſe inuentus eſt: ⁊ Eſchynes orationem ſcripſit: qua ſe a crimine proditionis d
fenderet. hic ⁊ perſone due feciſſe inter ſe criminantur: ⁊ ſigna duo inſunt: quibus al
ter alterum arguit. hac in cauſa nullo modo is locus: quem petitionem teſtium vo
camus incidere poteſt. Nā nihil per eū locū ab vno dici poterit: quod nō eque ab al
tero inferatur. Ceteri omnes incidunt dupliciter. Nam quum vterqꝫ ⁊ alterum ac
cuſet: ⁊ ſeipſum defendat: ⁊ confirmatio ⁊ confutatio dupliciter incidunt. Cōfirma
bit enim vterqꝫ non ſe: ſed aduerſarium feciſſe: ⁊ rationes aduerſarij dupliciter con
futabit: eas primo: quibus aduerſarius eum feciſſe arguebat: Deinde coniunctim
eas etiam quibus non ſe feciſſe confirmabat: Quare quū ita duplex confirmatio: ⁊
confutatio incidat: cauendum eſt ne prius totam vnam cauſam confirmes te. ſ. non
feciſſe: deinde alteram. Verum ſic totam confirmationem toti confirmationi: ⁊ con
futationem ſimiliter confutationi diligenter per collationem inferas: vt quum ab v
no loco confirmare tuas rationes inceperis: nō diſcedas ab eo: niſi per eum accuſa
tionem quoqꝫ cōprobaueris: qua aduerſarium criminaris: quod inferius etiam e
xemplo patebit. Hic tamen ſciendum eſt vnius cauſe confirmationem alterius eſſe
confutationē: nam quū dicis non ego feci: neqꝫ enim habebam cauſam: ſed tu qui ⁊
auarus ſemper fuiſti: ⁊ magnam inde pecuniā aſſequebaris/ ſimul te defendendo il
lum accuſas. Incidere tamen etiam tūc confutatio poteſt ſeorſuꝫ ac dupliciter: quū
rationes quedam tam pro ſe: quā cōtra nos ab aduerſario ante ſic dicte ſunt: vt earū
confutatio in duplici cōfirmatiōe nō appareat. Imperfecta duplex dupliciter fit
aut. ſ. ex pſonarū aut ex parte reruꝫ deeſſe ſibi cā videtur. Imperfecta duplex ex par
te perſonarū eſt: cui quū certe ac note perſone non ſubſint: res hoc eſt ſigna gemina
ta ſunt: vt ſi quis diceret duos quoſdam ſe inuicē proditiōis accuſare: quoniam quū
ab hoſtibus redirent: vnus magnum argenti pondus: alter orationeꝫ: qua ſe a prodi

tionis crimine defēderet:ſecū habere ab alterutro cōſpectus ſit.hac in cauſa oēs lo-
ci qui a perſonis fluunt:oīno deficiūt.Ceteri pter petitionē teſtium eodē mō vt in ſu
periori cauſa tractandi ſunt. Imperfecta duplex ex parte rerū eſt:cui perſone inſunt
geminate res nulla:nō qꝺ nihil cōſtet eſſe factū(cauſa enim nō cōſiſteret)ſed quoniā
nullum ſignū proprium affertur:quod aut hunc aut illū reū demonſtret hoc modo.
quidam ſeruam ac nouercam habebat:is ſignis veneni mortuus eſt:mulieres ſe in
uicem accuſant:in hac cauſa omnes locos:qui a re hoc eſt a ſigno profluunt:efice-
re neceſſe eſt:ibi ſolū inſunt:qui a perſonis trahuntur. Quare qualitatē perſonarum:
hoc eſt voluntatem:ꝛ poteſtatem/nil aliud querere oportebit/que cauſam habebat:
cui locus:occaſio cōmoda:cuius vita ſuſpecta:cui facultas opportuna : huiuſmodi
eſt fere illa coniecturalis,quā in oratione illa pro Milone tractauit Cicero/vter v-
tri inſidias fecerit:nam qualitate perſonarum per contentionem multa conficit / ac
primo a cauſa dicit Clodium vt pretor eſſet neqꝫ a Milone cōſule impediretur:quo
minus que vellet faceret:cedem facere voluiſſe: Miloni aſſerit non modo nihil pro
fuiſſe:ſed obfuiſſe interitum Clodij:deinde antequam cauſe vitam adiungat dupli
ci vtitur confutatione/quam inde incepit,at valuit odium/facit iratus/fecit inimi
cus:fuit vltor iniurie:punitor doloris ſui : Quid ſi hec non dico maiora fuerunt in
clodio quaꝫ in Milone:ſed in illo maxima:nulla in hoc: Quid vultis amplius:quid
enim odiſſet Clodiū Milo:ſegetem ac materiē ſue glorie : ille erat vt odiſſet primo
defenſorē ſalutis mee/ꝛ cetera. Vitā ēt dupliciter hoc mō deridēdo proponit:nihil
vnquam per vim Clodius:omnia per vim Milo.qua in re diligenter etiā illud ad-
uerti aut vnam partem per totum vnum locum confirmare oratores:deinde per cō
tentionem vt diximus alteram aggredi ſolere:vt in predicta oratione Cicero facti-
tauit : aut ſi cauſa patitur ꝛ rationes multe vno ex loco ita fluunt : vt particulatim
per collationem dici poſſint ſingula ſingulis opponere : hoc modo.quum cauſa ho-
mines impellat:nulla hic:multis ille ad maleficium commotus eſt : odio ille maxi-
mo in hunc exardebat/nullo iſte in illum:huius viri virtus peſſimam inuidiam in-
udi hominis incitabat:in eo nihil erat : cui plus hic vir inuidere poſſet : morte hu-
ius magnum ille aſſequebatur commodum eo mortuo ſegetē ꝫac materiem ſue glo
rie hic amittebat:que non ſic exigue vt nos exempli gratia dicimus/ſed rationibus
etiam ſubiectis / pro vt cauſa poſtulat exponemus / vel ſi longis rationibus cogi-
mur totum locum ex vna parte/deinde ex altera occupabimus/poſtea maxime ſi lō
gior oratio facta eſt in vno quoque loco concludendo : hac per ſingula contentione
per repetitionem vtemur . Illud etiam non pretermittam medias inter perfectas:
atque imperfectas inueniri duplices qualis illa pro Milone mihi videtur : altera
enim pars:ꝛ quod dixerit:ꝛ quod fecerit Clodius indicium putat ab eo factas inſi-
dias:altera fere nihil:niſi rem ipſam preter hos coniecture modos tres alios poni-
mus:quos coniunctos appellamus:incidentem:preprobatam:comprobatam. In-
cidens eſt quum in tranſpoſitione principalis cauſe alia quedam coniecturalis inci
dat:quam neceſſe ſit ſuis locis diuidere/deinde ad principalis cauſe inuerſionē re-
uerti hoc pacto. LEX. proditionis ſuſpectus quouſque de conſcijs indicium faci-
at in domo imperatoris cuſtodiatur/ꝛ. LEX ſi cum vxore adulterum inueneris
vtrunque liceat occidere.proditionis quidam accuſatus/quum in domo imperato
ris cuſtodiretur/ab eo tanquam adulter interfectus eſt/ꝛ eiuſdem proditionis cō
ſcius fuiſſe accuſatur. Cauſa coniecturalis eſt/cuius ſignum/quod eum interfecīſ
ſet/ne de conſcijs indicium faceret:tranſpoſitio cauſe . Adulterum interfeci/ad qꝺ
accuſator/At neque ille tanti criminis reus adulteria quereret neque mulier infa-
mi viro cruciatu cito perituro ſeipſam traderet. Incidens coniecturalis coniūcta vi
rū adulteriū cōmiſiſſe tanti criminis reū/ꝛ ei ſe mulierem tradidiſſe veriſimile ſit/
que quum

que quum omnibus locis qui incidunt vſqꝫ ad
qui cōſequuntur loci quiqꝫ incidunt ex vtraqꝫ
pleruqꝫ ſolet:vt quū vna cauſa ad diſſoluendam
prout vtraqꝫ cāꝛum applicatur:ſibi ipſi opponat
ita inuertit. Atqui ſi adulter fuiſſet:nō occidiſſe
re ſciebas:ne te in ſimilē ſuſpitionē conijceres:e
us eſſem:ne me ſuſpectum facerem:etiam adul
ne queſtionibus fides adhiberetur prouidiſſem
accuſator in incidenti defenſoris perſonaꝫ indu
viderit:vbi viderit:quando viderit:ꝛ ſimilia.
cta dicitur:quum antequam ad pncipalē cām v
pediendā:ſit hoc mō Imperator pauperis inim
os cruciabat:eorum duo in queſtionibus perier
cere venebat:donec ex cōſuetudine patris arbit
is quū nihil contra filiū fateretur:aut diceret:a
nis conſcius accuſatur .hic principalis eſt cauſ
cuius cōprehenſio qꝺ filiū proditionē confeſſum
negat eum proditorē fuiſſe:quoniā neqꝫ fratre
ait:vt quū mori neceſſe dolore ſibi vidiſſet:ſine
tē elegerit:hec ergo coniecturalis antequā ad p
mamus:ab vtraqꝫ parte tractabitur:deinde ad
ſator per aſſeuerationē faciet:defenſor per obſi
rint:hic tamē omni proditiōis crimine caret. A
tiam facimus concedendo:ſed ſuperiora confir
tia:vt hic accuſator ꝛ eos proditores ſꝑ dicet:ꝛ
rit qꝺ illi.ſ.non prodidiſſent:quid aget poſtea n
quibus ſuſpitio conflatur:nō vt in ceteris per ſ
tur:hoc modo. Cōſuetudo erat ſeruos ligatos
tus ſerui cū vxore adulteriū:ſeruum ligauit:ipſ
ſeruus dimittitur:poſtero die dominuſ rure in
ꝛ viri cedis conſcia eſſe mulier dicitur:hic.ſ.al
uo dominus interfectus ſit a ſuſpitione adulter
qꝺ adulterium cōmiſiſſet arguitur:quoniam d
rem conſciam fuiſſe confirmatur quod ſeruum
credimus:quod ſeruum dimiſerit:dimiſiſſe ſu
mitteret:ꝛ propter adulterium conſciam cedie
ſpicienda ſunt ꝛ ita diſponenda:vt ex vno alter
tius in diſpoſitione dicemus. Inuenitur ēt nō
αϑοτης γνωμυσ nos vocemus:latini forſitan
appellabunt:ea ſit.quū:ꝛ factum pateat:ꝛ qui
fecerit ſolū perquiritur. Ea eſt huiuſmodi. LE
rit homicidam non eſſe. Mulier quedam quū
ſit:priuignum interfecit:ꝛ ſanata in iudicium
dam putant:nam in conceſſione ſemper id com
tum fuiſſe dici:hic nihil aliud in iudicio quer
latione inſanie filium leuiter percuſſerit:priuig
modos in diuiſione conſtitutionum non poſuim
ralis:ſed modos eſſe putamus . Nihil enim a
generi/quod ſpeciem faciat. Quare non alijs:

tionis crimine defenderet:ſecū habere ab alterutro cōſpectus ſit. hac in cauſa oēs lo-
ci qui a perſonis fluunt:oīno deficiūt. Ceteri pter petitionē teſtium eodē mō vt in ſu
periori cauſa tractandi ſunt. Imperfecta duplex ex parte rerū eſt:cui perſone inſunt
geminate res nulla:nō q̄d nihil cōſtet eſſe factū (cauſa enim nō cōſiſteret) ſed quoniā
nullum ſignū proprium affertur:quod aut hunc aut illū reū demonſtret hoc modo.
quidam ſeruam ac nouercam habebat:is ſignis veneni mortuus eſt: mulieres ſe in
uicem accuſant:in hac cauſa omnes locos:qui a re hoc eſt a ſigno profluunt:⁊ effice-
re neceſſe eſt:hi ſolū inſunt:qui a perſonis trahuntur. Quare qualitatē perſonarum:
hoc eſt voluntatem ⁊ poteſtatem/nil aliud querere oportebit/que cauſam habebat:
cui locus:occaſio cōmoda:cuius vita ſuſpecta:cui facultas opportuna: huiuſmodi
eſt fere illa coniecturalis. quā in oratione illa pro Milone tractauit Cicero/vter v-
tri inſidias fecerit:nam qualitate perſonarum per contentionem multa conficit/ac
primo a cauſa dicit Clodium vt pretor eſſet neq̃ a Milone cōſule impediretur:quo
minus que vellet faceret:cedem facere voluiſſe: Miloni aſſerit non modo nihil pro
fuiſſe:ſed obfuiſſe interitum Clodij:deinde antequam cauſe vitam adiungat dupli
ci vtitur confutatione/quam inde incepit. at valuit odium/fecit iratus/fecit inimi
cus:fuit vltor iniurie:punitor doloris ſui: Quid ſi hec non dico maiora fuerunt in
clodio quā in Milone:ſed in illo maxima:nulla in hoc: Quid vultis amplius:quid
enim odiſſet Clodiū Milo:ſegetem ac materiē ſue glorie: ille erat vt odiſſet primo
defenſorē ſalutis mee/⁊ cetera. Vitā ēt dupliciter hoc mō deridēdo proponit:nihil
vnquam per vim Clodius:omnia per vim Milo. qua in re diligenter enā illud ad-
uerti aut vnam partem per totum vnum locum confirmare oratores:deinde per cō
tentionem vt diximus alteram aggredi ſolere:vt in predicta oratione Cicero facti-
tauit: aut ſi cauſa patitur ⁊ rationes multe vno ex loco ita fluunt: vt particulatim
per collationem dici poſſint ſingula ſingulis opponere: hoc modo. quum cauſa ho-
mines impellat:nulla hic:multis ille ad maleficium commotus eſt: odio ille maxi-
mo in hunc exardebat/nullo iſte in illum:huius viri virtus peſſimam inuidiam mū
di hominis incitabat:in eo nihil erat: cui plus hic vir inuidere poſſet: morte hu-
ius magnum ille aſſequebatur commodum eo mortuo ſegetē:ac materiem ſue glo
rie hic amittebat:que non ſic exigue vt nos exempli gratia dicimus/ſed rationibus
etiam ſubiectis/pro vt cauſa poſtulat exponemus/vel ſi longis rationibus cogi-
mur totum locum ex vna parte/deinde ex altera occupabimus/poſtea maxime ſi lō
gior oratio facta eſt in vno quoque loco concludendo: hac per ſingula contentione
per repetitionem vtemur. Illud etiam non pretermittam medias inter perfectas:
atque imperfectas inueniri duplices qualis illa pro Milone mihi videtur: altera
enim pars:⁊ quod dixerit:⁊ quod fecerit Clodius indicium putat ab eo factas inſi-
dias:altera fere nihil:niſi rem ipſam preter hos coniecture modos tres alios poni-
mus:quos coniunctos appellamus:incidentem:preprobatam:comprobatam. In-
cidens eſt quum in tranſpoſitione principalis cauſe alia quedam coniecturalis inci
dat:quam neceſſe ſit ſuis locis diuidere/deinde ad principalis cauſe inuerſionē re-
uerti hoc pacto. LEX. proditionis ſuſpectus quouſque de conſcijs indicium faci-
at in domo imperatoris cuſtodiatur/⁊. LEX ſi cum vxore adulterum inueneris
vtrunque liceat occidere. proditionis quidam accuſatus/quum in domo imperato
ris cuſtodiretur/ab eo tanquam adulter interfectus eſt/⁊ eiuſdem proditionis cō
ſcius fuiſſe accuſatur. Cauſa coniecturalis eſt/cuius ſignum/quod eum interfeciſ
ſet/ne de conſcijs indicium faceret:tranſpoſitio cauſe. Adulterum interfeci/ad q̄d
accuſator/At neque ille tanti criminis reus adulteria quereret neque mulier infa-
mi viro cruciatu cito perituro ſeipſam traderet. Incidens coniecturalis conficta vi
rū adulteriū cōmiſiſſe tanti criminis reū/⁊ ei ſe mulierem tradidiſſe veriſimile ſit/
que quum

que quum omnibus locis qui incidunt vſq̃ ad tranſpoſitionē abſoluta fuerit:ſimul
qui cōſequuntur loci quiq̃ incidunt ex vtraq̃ parte tractabuntur. Qua in re fieri
pleruq̃ ſolet:vt quū vna cauſa ad diſſoluendam alterā incidat: idem quoq̃ locus:
prout vtriq̃ cāuſarum applicatur:ſibi ipſi opponatur:Atq̃ ſeipſum diſſoluat. Nā qui
ita inuertit. Atqui ſi adulter fuiſſet:nō occidiſſes:quem maiores cruciatus expecta
re ſciebas:ne te in ſimilē ſuſpitionē conijceres:ei reſponderi poterit. Immo ſi cōſci-
us eſſem:ne me ſuſpectum facerem:etiam adulterum non occidiſſem:ſed alia rōne:
ne queſtionibus fides adhiberetur prouidiſſem qua in cauſa etiā illud ſciendū: q̄d
accuſator in incidenti defenſoris perſonā induitur:⁊ petitionē habebit teſtiū quis
viderit:vbi viderit:quando viderit:⁊ ſimilia. Preprobata coniecturalis coniun
cta dicitur:quum antequam ad pncipalē cām veniamus:alia q̄dā coniecturalis ex
pediendā:ſit hoc mō Imperator pauperis inimici tres filios tanquā proditōis re-
os cruciabat:eorum duo in queſtionibus perierūt tertiū qui cōfeſſus fuerat:in car-
cere tenebat:donec ex cōſuetudine patris arbitrio proditor filius interficeretur. At
is quū nihil contra filiū fateretur:aut diceret:ab eodē imperatore: vt eiuſdē crimi-
nis conſcius accuſatur. hic principalis eſt cauſa. an conſcius pater proditionis ſit:
cuius cōprehenſio q̄d filiū proditionē confeſſum ex cōſuetudine nō cōdēnaſſet:reus
negat eum proditorē fuiſſe:quoniā neq̃ fratres ſui: fratrum morte permotū fuiſſe
ait:vt quū mori neceſſe dolore ſibi vidiſſet:ſine maximo cruciatu per cōfeſſionē mor
tē elegerit:hec ergo coniecturalis antequā ad principalis ſtatum cōfirmationē ve-
niamus:ab vtraq̃ parte tractabitur:deinde ad principalē tranſitus fiet: quā accu-
ſator per aſſeuerationē faciet:defenſor per obſiſtentiā dato ēt q̄d illi proditores fue-
rint:hic tamē omni proditōis crimine caret. Aſſeueratio eſt:quum nō vt per obſiſtē
tiam facinus concedendo:ſed ſuperiora confirmando pertranſimus ad cōſequen-
tia:vt hic accuſator ⁊ eos proditores ſp dicet:⁊ patrē cōſciū. nā ſi ſuperius conceſſe-
rit q̄d illi. ſ. non prodidiſſent:quid aget poſtea nō habebit: Cōprobata fit:quū ſigna:
quibus ſuſpitio conflatur:nō vt in ceteris per ſe conſtant:ſed vnū ab altero cōproba
tur:hoc modo. Cōſuetudo erat ſeruos ligatos die ſaturnaliū dimitti. quidā ſuſpica
tus ſerui cū vxore adulteriū:ſeruum ligauit:ipſe rus iuit. Interi diē feſto ab vxore
ſeruus dimittitur:poſtero die dominus rure interfectus inuenitur:ſeruus profugit
⁊ viri cedis conſcia eſſe mulier dicitur:hic. n. alterū alterius ſignū eſt. Nam q̄d a ſer
uo dominus interfectus ſit a ſuſpitione adulterij propter quā eū ligauit cōprobatur
q̄d adulterium cōmiſiſſet arguitur:quoniam dominum ſeruus interfecerit: mulie-
rem conſciam fuiſſe confirmatur quod ſeruum dimiſerit. Item adulterā mulierem
credimus:quod ſeruum dimiſerit:dimiſiſſe ſuſpicamur quod adulterium cu ea cō
mitteret:⁊ propter adulterium conſciam cedis arguimus. his in cauſis omnia per
ſpicienda ſunt ⁊ ita diſponenda:vt ex vno alterum conſequi videatur:quam rem la-
tius in diſpoſitione dicemus. Inuenitur ēt nōnunquā alia cōiecturalis: quam quū
αζοτης γνωμυσ nos vocemus:latini forſitan commode ex ſententia vel ex animo
appellabunt:ea ſit. quū:⁊ factum pateat:⁊ qui fecit nō ignoretur: veru quo animo
fecerit ſolū perquiritur. Ea eſt huiuſmodi. LEX. mente captum:ſi hominē occide-
rit homicidam non eſſe. Mulier quedam quū mente capta videretur. filiu percuſ-
ſit:priuignum interfecit:⁊ ſanata in iudicium accerſitur:hec conceſſio non eſt:vt q̄-
dam putant:nam in conceſſione ſemper id conuenit:ac conſtat quo reus ſe per mo-
tum fuiſſe dicit:hic nihil aliud in iudicio queritur niſi mēte ne capta fuerit:an ſimu
latione inſanie filium leuiter percuſſerit:priuignum interfecerit:hos coniecturalis
modos in diuiſione conſtitutionum non poſuimus:quoniam non ſpecies coniectu-
ralis:ſed modos eſſe putamus. Nihil enim additur per huiuſmodi coniecturales
generi/quod ſpeciem faciat. Quare non alijs:ſed eiſdem locis quibus omnis cōie-

turalis tractatur: ⁊ confirmantur: ⁊ improbantur: diſpoſitione quadam ac tractatione quod facile omnibus patere arbitror: inter ſe differētes: que res facit vt ⁊ ad paſſorum oratorum orationes intelligendas: ⁊ ad omnem vim artemque dicendi non parum vtiles eſſe videantur. preterea non ſum neſcius nonnullos alias quoq; coniecturalis diuerſitates tradere voluiſſe. Uerum ſi quis ea que nos hermogenem ſecuti poſuimus: bene tenuerit: cum putamus omnia que ad coniecturalem pertinēt facile intellecturum. Nam cetera quidem: que ponunt nullo pacto a superioribus differre mihi videntur. Ea enim duplex: cuius exemplum mox ponam: quam putant diuerſam eſſe: quod petitio teſtium in ea incidat: quū in aliis duplicibus: quoniam eque ab aduerſario peti teſtes poſſint: non incidat nullam facit difficultatem. Non enim quod aliquis locorum incidat: nec ne diuerſitatem quandam conſtitutiones accipere putamus. Sed diſpoſitione quadam locorum: ⁊ tractatione differre arbitramur. Quare ſi quis hec precepta in diſpoſitionem tranſtuliſſet: nō fortaſſis extra rem facere viſus eſſet. Nunc coniunctim ea hic interſerere non alienum videbatur. Uerum eorum quod ponere pollicitus ſum: exemplum hoc eſt: Medicus vna cum aliis duobus viuebat: Alter eorum ſignis veneni mortuus fuit. Alter cū medico recriminationem habet quam nos αντικαθηγοριαν appellamus. hic quis nō viderit: quod ille alter petitione teſtium vtetur: hoc pacto. oſtēdas quis mihi venenum dederit: vnde emerim: quomodo confecerim: que omnia medicus dicere non poterit. Quare hoc iam ſatis: hic cautum ſit locos qui eque ab aduerſario: atq; a nobis tractari poſſunt: pretereundos eſſe: eos querendos: qui non eodem modo ab vtroq;: ſed diuerſo proferri poſſint. hec igitur a ſuperioribus non differt. Imperfecta enim duplex ex parte rerum eſt Fruſtra enim alium modum coniecturalis dicemus quū penitus eodē mō tractare ipſam conueniat. Quod ſi quoniā aliquis locus vel incidit: vel non: alium modum coniecturalis putauerimus. In infinitū nobis hec modorum inutilis procedet diuiſio. Preterea quum omni in conſtitutione: tam eūdē quā diuerſum ſtatū poſſe incidere arbitremur: ac quomodo idē incidat dictū eſt: diuerſum quoq; intercurrere exēplo demōſtremus. Formoſus adoleſcens: ac pauper: aut eo anno ſe diuitē fore: aut pudicitiā ſuā vēditurū predicabat. Interi; quidā mortuus teſtamēto eū heredē reliquit: reus eſt prodite pudicitie: hic tranſpoſitionē cauſe reus ꝑ diffinitiuā cōſtitutionē abſoluet: quū dicat ꝑdicationē illā proditionem pudicitie nō fuiſſe: quā accuſator quū in his fuerit: que ab initio ſunt occupabit: ⁊ quum vterq; q̄cunq; a diffinitione de qua nūc dicemus: ad vtilitatem ſue cauſe cōmode trahi poſſint pertractauerit principalis ſtatus locos: ſi qui ſunt: perſequetur.

## ¶ De diffinitione.

Diffinitiōis rō in hos locos diſtributa eſt. Expoſitionē: diffinitionē: oppoſitā diffinitionē: ratiocinationē: Intētionē legiſlatoris: Ampliationē: cōparationē: Aſſumptionē: q̄ ſi incidet: ⁊ repulſio: ⁊ abſolutio conſequentur: qualitatē: ⁊ trātionē. Expoſitio in hac cōſtitutiōe fere idē eſt quod in coniecturali: ea que ab initio ſunt. Nā ſtatim ſecundū narrationē exponimus cū quadā amplificatiōe. que a circunſtantiis circunſtātialq; cōſequentibus inuenitur: hoc modo. quidam a templo vaſa argentea cuiuſdam priuati ſuſtulit: reus eſt ſacrilegij. Expoſitio conſulto templum petiſti: ingreſſus quā maxime occulte es vaſa inde argentea abſtuliſti: deinde negare audes ſacrilegium cōmiſiſſe. hec expoſitio ab his que ab initio in cōiecturali dicuntur differt: quod hec ea exponit: que condemnationē nō fugiunt: ſed comprehenſio quantū in ſe eſt: nullam ſuſcipit cōdēnationē. Ad hec expoſitio diffinitiōis fundamentum eſt. ad expoſitionē accuſatoris defenſor diffinitionem affert. ¶ Diffinitio eſt: qua totam vim ⁊ poteſtatem vocabuli breuiter ad noſtre cauſe commodum comprehendimus. Ea ſemꝑ ab his ſolet inueniri que derelicta ſunt: vt ingreſſus templum ſum: nullam tamen ſtatuam ſacram violaui: nulla vaſa ſacra tetigi: nullam rem templi ſubſtuli. A quibus poſtea infert diffinitionem: hoc modo. ſacrilegium enim eſt rem ſacram tangere: violare: ſurripere: Oppoſitam diffinitionem appellamus: que contra diffinitionē defenſoris ab accuſatore affertur. Eam ab iis que in expoſitione dixerat: breuiter colliget: qua ex re manifeſtum eſt defenſoris diffinitionem ab iis que ab reo derelicta ſunt: accuſatoris ab iis que facta ſunt: non a genere: ⁊ differentiis: vt nonnulli huius artis totam vim ignorantes crediderunt ſemper fere inueniri. Nam etſi oratorē huiuſcemodi eſſe volumus: vt etiam eas diffinitiones que a genere ac differentiis conſtant inuenire facile poſſit: tamen quoniā vehementiores: atq; faciliores intellectu a quouis auditore videntur he: que aut ab hiis que derelicta aut ab his: que facta ſunt: tanquam a partibus conſtituuntur: his oratorem potius: non illis vti debere cenſuerimus. Conſulto templum vt aliquid inde auferret: introiuit: ne videretur cauit: quecunq; citius ſurripere potuit hec abſtulit: hec ab reo facta videntur: hec accuſator ſacrilegium eſſe dicet. At reus his: que ab eo facta non ſunt: vt iam expoſitum eſt: diffiniet ⁊ derelicta ſicut ille expoſitionem vt res poſtulat ad diffinitionem accōmodabit. Ad oppoſitam autem diffinitionem ratiocinationem accuſator adducet: que per obſiſtentiā vtraſq; diffinitiōes ita colligit: vt nihil differre hanc ab illa confirmet: vt ſi poſſet dicere nihil differre: vt enim tunc imaginibus deorum in mortalium violatis ſceleſtus eſſes: ſic nunc tanquam qui religionem contempſiſti profanus es/ ac a templis deorum expelleris vel non differre: ſic enim deos contemnis quauis re a templo ſurrepta: ſicut cum imagines indigne tanguntur. Quod ſi quid tale a conſequentibus non inuenitur/ quod fieri poſſe arbitror. conſulto dicet tēplum petiſſe: clam ingreſſum eſſe: Argentea vaſa inde ſubſtuliſſe: nihil differre quaſi imagines aggreſſus eſſet/ ⁊ hoc aut illud feciſſet. Qua in re curandum eſt/ vt quum nō nimis a re geſta/ ea que derelicta ſunt diſtare videntur/ tamen idem hoc illi eſſe contendamus/ vt ſi idem eſſe contenderes crebro in aliquem manum attuliſſe/ ⁊ verberaſſe. Eadem enim contumelia eſt/ quod ſi nimis diſtarent/ aut nihil aut parum differre dicemus/ hoc modo. aut illo iniuriari/ verbis etiā amplioribus hoc/ anguſtioribus illud amplectemur/ hec ratiocinatio/ que loci vim obtinet/ a conſtitutiōe differt/ quoniam hic ea/ quibus ratiocinatio conficitur. Imperfecta ſunt/ ibi perfectum quid ex perfecto conſequitur. Item notandum arbitror vbicunq; diffinitio inuenitur/ eo ratiocinationem neceſſario conſequi. Nam ſicut vbiq; abſolutioni oppoſita depulſio eſt: ſic diffinitioni ratiocinatio. Quare neceſſe eſt ſi horum vno accuſator vtetur/ Alterum defenſori relinquatur/ Quum vero ⁊ oppoſita diffinitio diffinitioni contraria ſit/ in eo maxime ratiocinatio ab ea differt/ quod illa per inficiationem/ hec per obſiſtentiam nititur/ a qua in hoc differt/ quod obſiſtentia non colligit/ illud etiam ne aliquem lateat volo quod vtile eſt/ ⁊ fortaſſis neceſſarium diffinitionem aduerſarij refutari: quod aut falſa/ aut turpis/ aut inutilis ſit. Primum ex opinione doctorum hominum/ aut conſuetudine loquendi/ aut ſcribēdi probabit. Cetera honeſtatis vtilitatiſque partibus aperientur/ de quibus poſt dicemus. Uerum ne quis quoniam raro fit: fieri quoq; non poſſe arbitretur/ ſcire oportet has diffinitiones defenſoris. ſcilicet. ⁊ accuſatoris quam oppoſitam nuncupauimus/ ⁊ ſi a factis derelictiſque tanquam a partibus conſtituantur/ ethymologica tamen vocabuli interpretatione nonnunquam abſolui poſſe. Ea autem que a genere ⁊ differentiis conſtat fortaſſis erit vtendum. Si aut auditores doctiores eſſent/ aut maxime ſi more ciuitatis. quū huiuſmodi res accidit/ que doctorum hominum ſententia poſſit diffiniri/ ſoleant hec ad doctores reiici/ ac eorum opinione diſſolui/ Uerum quoniam de ſolutione quoq; ratiocinationis dicendū eſt/ ne cū cō

fuſio accidat: etiā ſuperiora clarius repetantur. hec igitur omnia diffinitio: oppoſita diffinitio: ratiocinatio: ratiocinationis ſolutio: quāuis quattuor quedam eſſe videātur: vi tamen ⁊ poteſtate duo ſunt: iiſdem enim fere rationibus diffinitionem ⁊ ratiocinationis ſolutionē defenſor conficiet. Nos autem diuiſimus: vt quod vnicum re ipſa eſſe videretur propter vſum atqꝫ vtilitatem dicendi duo faceremus: quāuis q̄ tempore concurrunt tractatione differant: que tractatione conueniunt temporibus diſtent: quod ⁊ ſi ratione exercitatis pateat: breui tamen ſi exemplum poſuero omnibus palam erit: vt diffinitio ergo vtraqꝫ ea continebit que rem antecedere ſolēt: cuꝫ ipſa geſtione negocii: ſic ratiocinatio ac ratiocinatiōis ſolutio ab his: que reꝫ aut natura aut conſuetudine conſequuntur conficientur: hoc modo. inſanus interfecit tyrannum ⁊ ſanatus premium petit: cōtradicitur: diffinitio defenſoris a derelictis q̄d tyrannicida ſit: qui conſilio quum ſciat quantam rem acturus ſit pro rei.p. libertate tyrannum occidit. Tu conſilio vti non potuiſti: tu quid quantāqꝫ rem aggrediebaris ſentire non poteras: tu rei.p. libertatem tibi non proponebas: hec eniꝫ omnia ratione fiunt: quam inſanis nullam eſſe neceſſe eſt: oppoſita diffinitio: que accuſatoris eſt: cuius locū qui petit obtinet. tyrannicida eſt: qui aſcendere arcem: ⁊ tyrannū occidere auſus eſt: Ego arcem aſcendi: tyrannum occidi: neqꝫ differt: ſi nullo conſilio vſus ſum. Quecunqꝫ enim ſi ex conſilio tyrannum occidiſſem/ conſequerentur bona omnia conſecuta ſunt. Tyrannus interfectus eſt: res.p. libera: In arce nullus queꝫ timeamus: hec a conſequentibus ratiocinatio eſt. Ratiocinationis ſolutio ab iis q̄ conſequi oportuiſſet: multum differt: multa enim conſecuta eſſent: ſi prudens interfeciſſes: que nunc nulla fuerunt. Qui enim conſilio tyrannuꝫ interfecit laudibus illico extollitur: triumphis decoratur: vt poſt cedem medicis: ⁊ magis ſubiectus ligatus iacebas. que a factis fluit ratiocinatio vehementior eſt: ei derelicta: vel cōſequētia/ vel eius rei auferende: quam abſtulimus: intentionem opponemus/ Si lex incidit/ intentio legiſlatoris ab vtroque ad commodum ſuum explicabitur/ vt tyrannicida premium petat. Orator perſuaſit tyranno liberam ciuitatem dimittere/ petit premium/ queritur/ ſi tyrannicida ſit hic orator: tyrannidem ſe expuliſſe dicet/ libertatem peperiſſe: leges ciuitati reſtituiſſe: quod tyrannicidium eſſe legiſlatorē voluiſſe nullus dubitat. Ad hunc enim finem tyrannus occiditur: ⁊ idem dicet ex perſuaſione ciuitatem aſſecutam: quod ex tyrannicido conſequeretur/ defenſor noluiſſe legiſlatorem tyrannum impunitum diſcedere: vidiſſe: quod cuique intellectu facillimum eſt: tyrannum multis modis expelli poſſe: tyrannicide ſolum premium cōſtituiſſe: quod ⁊ vltus tyrannum eſſet: ⁊ omnem in poſterum ab eo viro tyrannidis inferende ſuſpitionem remouiſſet. Unde infert perſuaſionē ab interfectione multuꝫ diſtare: neque aliqua re differt hec diffinitio: que id diffinire videtur: quod i ſcripto poſitum eſt ab illa que ſine ſcripto venit in iudicium: niſi quod ad ſuam diffinitionē vterque intentionem ſcriptorum accommodat: ⁊ ab aduerſarii diffinitione ipſam inquantum poteſt diſtare oſtendit: quod vt clarius pateat: breuiter repetendum videtur: expoſitio petitoris tyrannidem depoſui: premium volo: diffinitio defenſoris: nullum capies premium: tyrannicidium enim eſt: ⁊ diffiniet ab iis que d̄relicta ſūt.

¶ Deinde intentionem ſcriptoris diffinitioni ſue: ⁊ ſolutioni ratiocinationis accōmodabit: hoc illum voluiſſe dicet: vt tyrannus penas penderet: vt nulla ſuſpitio inferende tyrannidis remaneret: ⁊ ſi quid huius petitor oppoſitam diffinitionem ducet. Non enim hoc eſſe tyrannicidium dicet: quod ille diffinit: ſed tyrannidem quouis modo deponere: ciuitatem oppreſſam deliberare: neqꝫ differre perſuaſionem ab occiſione: quum ex vtriſque leges ciuitati reſtitute ſint: quod ſcriptorem voluiſſe oſtendet. ¶ Quare patet ratiocinationi: ⁊ eius ſolutioni intentionem legis applicandam: quod ſi non quereretur vtrum quod factum ſit: idem eſſe videatur: at-

qꝫ illud quod

qꝫ illud quod i lege ſcriptum eſt Uerum lex allata omnino dubia eſſe videretur legitima locis: qui incidunt: hic pertractanda eſt. Stultum autem eſſe cenſemus: aut quia nonnunquam legitima cauſa: diffinitioni complicatur. Quod ⁊ ceteris omnibus conſtitutionibus accidere ſolet: aut quia nunc hunc locuꝫ a lege ortum habere videatur: Legitimam eſſe diffinitionem putare Non enim hoc cōſyderādum eſt ſi a lege adiuuatur: nam hoc ⁊ aliis accidere poteſt: ſed ſi tota controuerſia eius a lege proficiſcatur perſpiciendū eſt: que res vt clarior ſit. exemplum propoſitum in cōiecturalem trahamus hoc modo. Expuli tyrannidem: premium mihi dandum eſt: non expuliſti coniecturalis eſt: cuius ſignū liberam eſſe ciuitatem. Legitima huc ēt incidit. Attamen propter hoc coniecturalem legitimam nemo vnquā dixit acceſſorium autem legitimum aut incidentem poſſe in coniecturali. ſtatu inueniri nullus dubitabit. Quod ſi locus legitimus eos terret: illud me magis terret. Ceteros omnes diffinitionis locos non a lege: ſed inde potius oriri: vnde ⁊ tota queſtio proficiſcitur. Nam is quem diffinitionem appellamus: ſic totam cauſam continet: quēadmodū coniecturalē ea que ab initio appellamus. Unde ⁊ ab eo cauſa diffinitiua appellatur: ⁊ eo deficiente diffinitiua cauſa nunquam conſiſtet. At diffinitio hoc eſt locus ipſe qui cauſam continet: nunquam a lege: ſemper autem ab his/ que geſta ſūt: aut a derelictis/ vt iam planum fecimus. inueniri ſolet. Quare quum is locus qui cauſam continet: ⁊ ſine quo nunquam diffinitio erit a rebus aut derelictis: aut actis naſcitur: relinquitur: vt qui diffinitiuam in legitimis ponit: ⁊ legitime conſtitutiōis ſpecies ⁊ hanc diffinitiuam parum intelligere videatur. Preterea omnis ſtatus vt etiam ſuperius dictum eſt: non ab eo quod probat: ſed ab eo quod probatur/ vel oritur ⁊ denominatur. Quare hic ſi principaliter de intentione legiſlatoris quereretur ſcriptum ⁊ ſententia fortaſſis eſſet: nunc autem non id queritur ſed ſit ne tyrannicidium res ab oratore confecta an non. Uerum de his hactenus. Nunc ad precipiendum redeamus. Si ergo lex incidat dubitanda incidens ſtatus legitimus occupandus eſt. Quod ſi ſola intentio exquirenda ſit. locus tunc ab intentione ſolū queritur: qui tum incidit cum queritur vtrum id quod in lege ſcriptum ſit. tale quid ſit: quale factum dicatur nec ne. Uerbi gratia quum in lege tyrannicida ſcriptum ſit: oporteat ne hunc: qui perſuaſione tyrannum depoſuit: tyrannicidam arbitrari: aut non: ex quo etiam facile perſpicitur non ex vi legis hunc locum: quem intentionē appellamus proficiſci: ſed quod factum eſt legi acommodari debere: quam accommodationem nonnunquam per incidentem fieri legitimam non incongruum eſſe iam diximus. Quare nil iam diffinitiuam legitime conſtitutionis habere manifeſtuꝫ eſt Illud etiam hic dicendum videtur: quandocunqꝫ lex: que affertur nos magis quaꝫ aduerſarios iuuat: plurimum in lege commorabimur: eamqꝫ ſingulatim cum commoratione ſi opus fuerit exponemus. Uerum ſi ex aduerſariorum cauſa lex eſſet: eam quum recitauerimus: non per ſingulas particulas: nec cum commoratione: ſed totius legis ſimul ſententiam comprehendemus: ⁊ breui ad firmiora recedemus: q̄d preceptum hic dictum etiam quum legitimas tractamus memoria optime tenendum eſt. Quod ſi nulla lex incidit: aut hunc locum omnino pretermittemus: aut ex vniuerſalioribus aliquid trahemus hoc modo: que lex vnquam hoc voluit? quis legiſlator hoc ſenſit: nonne hec vna omnium legum intentio eſt: vt mali puniātur/ boni premiis honorentur. Item ex alia parte tam peccatorum quam eorum que fortiter geſta ſunt diuerſitates legiſlatores viderunt: quod ⁊ punitionum ⁊ premioruꝫ oſtendit varietas: ⁊ ex effectu potius quam pro intentione hominis cum pena aut p̄mio afficiunt. ſed plura fortaſſis quam opus ſit: de hoc loco dicta ſunt: non eniꝫ que dici poſſunt inuenire: ſed ipſos locos oſtendere propoſuimus: nunc ad reliqua tranſeamus. Amplatione rem magnam eſſe oſtendes ſi accuſas: paruam ſi defendis: ⁊

non ſolum a circumſtantijs: ſed a quantitate ⁊ qualitate rei cõfirmabitur: vt ſi dicas
multa ciuitatez hinc incommoda aut commoda recepiſſe. Cõparatio ad ampliatio
nem ita ſequitur: vt multo maius aut minus oſtendere coneris: quod factũ eſt: quã
quod aduerſarij dicant: hoc pacto. maiuſ etiam atqz diuinius: ſine cede: ſine ſangui
ne: ſine armis: quã prelio aut manu rẽ. p. liberare: Quum aũt quattuor modis cõpa
ratio fieri poſſit ad equale: aut ad maius accuſator: ad minus aut ad contrarium de
fenſor cõfert: hoc modo. Non eſt minus perſuaſione tyrannuz deponere: quã gladio
immo eſt maius ſine ſanguine: ſine cede: ſine tumultu libertatem parere: quã cũ pe
riculis omnia plena redundent ciuitati exagitate vix iam deſperatam quietem red
dere. Item multo minus hoc eſt quã interficere: neceſſe eſt. n. nunc vnũ timere: quo
interfecto ſecurus viueres. Aut etiam in contrariũ: ſi diceret preparare potius hoc
ac conſtituere tyrannidem eſſe: quod coniectura approbabit ſi poſſet oſtendere / de-
ſtituto armis aut pecunias non habenti facilius perſuaſum. Interim timendum eſ
ſe: ne melius rebus confirmatis ſuis nos opprimat: quam rẽ facile confirmabimuſ:
ſi in tyrannorum naturam amplificando inuehamur / ac oſtendemus quanta cupi-
ditas dominandi ſit: vt ex hoc appareat illum: quoniam ſuis copijs deſperaſſet tyrã
nidem depoſuiſſe: hic ⁊ ſuſpitionibus terreri orator poterit. Aſſumptio prout hic ſũ
mitur eſt locus / qui per comparationem / aut conceſſionem / aut remotionem / aut
relationẽ rẽ purgat / que ab huiuſcemodi differt ſtatibus / quod vno loco ſolum ab-
ſoluitur / qui etiam aſſumptiue diuerſas conſtituit ſpecies. poſſumus tamen plerũ-
que totam aſſumptiuam interſerere / ac omnibus locis ſuis niſi predictis ijdem eſ-
ſent / aſſumptionem hanc approbare. quoniam vero non ſemper aſſumptio inueniri
ſolet. ne fruſtra laboremus in his inquirendis / que rei natura minime prebet / decla
randum puto / quibus in diffinitionibus inueniatur. Omnis ergo diffinitio / aut pe
titionem / aut accuſationem continet / hec rurſus vltima aut ad perſonam infertur /
aut rem quampiam immiſcet actiõi / aut in pura actione conſiſtit / his igitur habitiſ
ſciendũ nec quũ de petitione agitur / nec quũ accuſatio in pura actione conſiſtit / aſ-
ſumptionẽ inueniri / vt in oratoris cã / qui premium petit / aut eius qui priuata vaſa
a templo ſuſtulit. Quum aũt res immiſcetur actioni / aut diffinitio ad perſonam tranſ
fertur / ſemper inuenietur hoc modo. Eunuchuz in lecto cum vxore inuenit quidã /
⁊ vt adulterum interfecit / hic quum ad perſonaz queſtio transferatur / quid ſit adul
ter quod non eunuchus / aſſũptio relatiua cadit / quod dignus erat interfici / hic eti
am dicendum / quod qñ ſic ad perſonam diffinitio transfertur / totus ordo cõmuta-
tur. Nam quum in alijs accuſator a factis / defenſor a derelictis / econuerſo hic a de
relictis accuſator / a factis defenſor diffinitionem conſtituunt / Quãuis ⁊ reus eu-
nuchi accuſatione ſe defendit / ⁊ accuſator eunuchum defendendo / reum condẽnan
dum oſtendit / res actioni ſic immiſcetur. Eduxit ĩperator ad prelium e caſtris exer
citum cum fere manum cum hoſtibus inſeruiſſet / vi pluuie impulſus cum exercitu
ad caſtra fugit. Accuſatur rem. p. tradidiſſe / hic quũ alijs locis diffinitionibus de-
monſtratum fuerit quid ſit. r. p. tradere aſſumptiõe per conceſſionẽ criminis nõ eiuſ
quod eſt. r. p. tradere / ſed eius / quod eſt fugere defenſor vtetur. In hac ipſa cã et cõ
paratiua inuenitur aſſũptio ſi dicet ſe tẽpeſtate coactũ cõmodius cepiſſe conſiliuz / qđ
ex eo loco vñ hoſtes irruebant nimbi incidentes hoſtes iuuarent / ſuorum proſpectuz
eriperent. Non ignoro hanc cãm ſine diffinitione / vel per comparationem ſolaz vel
etiam per conceſſionem agi poſſe. Verũ qñ ſemper diffinitio incidit ad propoſitũ no
ſtri exemplũ eã traximus. Eſt aũt ſciendũ cum multis cõſtitutionibus cã agi facile
põt optimũ factũ eẽ oẽs occupare. Vnamqz earũ principalem facere / alias acceſſo-
rias / vel ſi non multũ iuuarent omnia / que ab vna quaqz earum inueniuntur in hu
ius loci cõmoditatẽ diſtribuere. De diſpoſitione vero iſtiuſmodi ſtatuuz / qui locorũ
vim ad

vim ad principalẽ afferunt conſtitutionẽ / aut ei accedũt / quũ de ipſa diſpoſitione di
cemus prout res poſtulabit denodabimus. Verũ quoniã tres aſſũptiuas incidere
diffinitioni oſtendimus: quo incidit idemtidẽ / vt locus remotio nũc aperiamus.
Lex. timidus puniatur / ad Philippũ quũ legationẽ ageret Demoſthenes timore
vocẽ amiſit / ac pene cecidit / reus eſt timiditatis / quũ locis diffinitiõis vſus fuerit.
remotiõe vtetur / Si dicet Eſchynẽ cauſam huius rei habuiſſe / qui prope ſtans irri
debat / Ad aſſumptiuũ locũ ſequitur repulſio / q̃ hic huiuſmodi eſt / At nõ cecidiſſe
debebas ꝑpter eſchynem / quem licebat poſtea iudicio condẽnare. Ad repulſionem ſe-
quetur oĩno abſolutio / aut in cõiecturali docuimus / per quã hic defenſor natura id
ſibi licuiſſe oſtendet. Qualitas vt hic ſumitur eſt locus / qui perſone rationibus cõ-
munem locum adauget. Nam ſicut cõmunis locus vniuerſam rei alicuius qualita
tẽ cõſyderat / ita hec qualitas ipſius / qui reus eſt / priuatam diſpoſitionẽ inquirit /
Quare vt plurimum cõmuni loco hec qualitas coniungi ſolet / que ſi certa perſona
in iudicium trahitur / ab omnibus fere que perſonis attribuuntur copiã dabit. Sin
perſona certa nõ eſſet / nec tamen omnino infinita vt pater: orator: dominus / ſeruuſ
quecunqz ad has perſonas antecedere / aut conſequi ſolent diligentius exponemuſ
quod ſi omnino infinita perſona eſſet per coniecturam a re preſente: quiſnam in pre
terito tempore fuerit / quis erit: ſi impunitus abierit: aut ſi punietur dicemus: nam
is locus per tria tempora diuiſus eſt: preteritum: inſtans: conſequens: quod ſolum
dupliciter proferri ſolet. Nam ⁊ quid vtilitatis: ⁊ quid damni ex punitione: aut im-
punitate illius cõſequi poterit aperimus: quã vtilitatẽ vel publicã dicemus: qđ oẽs
hoc iudicium expectent: vt videant quod ſibi ſequendũ ſit: vel priuatam. qđ is ipſe
melior: ſi caſtrabitur: aut pernicioſior: ſi dimittetur futurus ſit. Intentio eſt quũ conſi
deramus qua voluntate id egerit: ut ſi ſacrilegus eſſe nolebas. quare igreſſus tem
plum es: quare inde pecunias abſtuliſti: Defenſor aũt ſi cõmode fieri põt: aduerſa-
riuz criminabitur: vt ſi dicat: quũ rei. p. furti ſe penas dare ſufficiat: quare ille volũ
tate ſacrilegij accuſat: qđ vel ob nimiam crudelitatez: vel ob priuatas ſimultates fa
cere dicet: aut per deprecationem ideo magis in templo furtum cõmiſiſſe: quod faci
lius latere ſperaſſet. hi duo vltimi loci his in conſtitutionibus ſolent inueniri: in qui
bus rei vita quẽadmodum in cõiecturali ad probationẽ cauſe nõ accipitur Quos
vltimum poſuimus: quoniam parum a communi loco differre videntur: Nam ſi-
cut per locum communem generaliter omnium huiuſcemodi hominum voluntas
queritur: ⁊ preterita vita conſyderatur: ⁊ euentus proſpicitur: ſic per hos omnia
eadem priuatim queruntur. Vnde quamuis hic eos a communi loco ſeparauimus:
vt clarior preceptio fieret: ⁊ oratoris iudicio diſiunctim ne aut cõiũctim: tã hi quaz
alij loci tractari debeãt relinquẽdũ putamus. Sciendũ tñ vna cũ communi loco in
agendis cauſis cõmodius poſſe abſolui. Locus cõis vna cũ qualitate ⁊ intẽtione vt
diximus ab accuſatore maxime tractabitur. Defenſor ꝑ cõmiſerationẽ idignatiõis
partibus vtet: qđ quũ rẽ cõfiteatur / in maius tñ periculũ accuſatoris iniquitas ip-
ſum trahere conetur. Quẽadmodũ aũt plures cõiecture modi: in quibus nõ facilis
argumentorũ inuentio eſt: niſi quis eos cognouerit: ſic diffinitionum plures modoſ
eſſe cõſtat: vt facilius que incidũt inueniamus: ⁊ diſponamus. breuiter eos tange-
mus. Diffinitionũ alie ſimplices: vt illa oratoris petitio: ⁊ eunuchi quaſi adulteri
cedes: alie duplices: quas quinqz modis cõprehẽdimus: pronominatiõe: collectiõe
ꝑſonarũ duplicatiõe: incidẽte: duabus diffinitionibus. Pronominãs eſt quũ a reo
nomẽ nomini opponitur: vt ſacrilegũſ es: ⁊ dabis penas capite: imo fur: ⁊ dabo qua
druplũ. Hãc ita tractamus: vt de cõiecturali duplici dicebamus: dupliciter locos
oĩs occupãtes. Expoſitio accuſatoris hoc mõ: Cõſulto tẽplũ vt aliquid ſurriperes
ingreſſus es: ⁊ argentũ inde ſubſtuliſti / ſacrilegiũ cõmiſiſti. Defenſoris expoſitio hu-

iuſmodi eſt. Templum introiui imaginem nullam tetigi: rem ſacram nullam viola
ui: priuati cuiuſdam argentum ſubſtuli: furtum commiſi: furtum enim eſt: ⁊ diffini
et ab his: que facta ſunt. Sacrilegium autem non eſt: ⁊ diffiniet a derelictis. Diffi-
nitio accuſatoris: quam oppoſitam appellauimus. Sacrilegium a factis diffiniet:
⁊ per ratiocinationem nihil differre hoc ab illo vt diximus oſtendet. furtum deinde
a non factis diffiniet: Verbi gratia ſi diceret furtum eſſe priuatam domum ingredi
inde priuatam aut quamcunq; auferre pecuniam. Defenſor multum differre a fa-
ctis que derelicta ſunt comprobabit: hec aūt nō vt dicta ſunt diſponētur: ſed ad mo-
dum cauſe diſtribuentur / ⁊ alijs ſimiliter dupliciter vtendum. In pronominā̄ti no-
tandū eſt: quū vtrunq; fieri debeat rem quam admittis a factis / quā renuis a dere
lictis tibi diffiniendam. Item pronominationē ita fieri poſſe: vt qui pronominat me
ritum adducat: vt in hoc exemplo. Quum. L. Saturninus legez frumentariaz fer
ret: ſenatus a Cepione: qui per id tp̄s queſtor vrbanus erat: doctus tantam largitio
nē erarium pati nō poſſe: decreuit ſi eam legem ferret aduerſus. r. p. videri eum face
re. Saturnino nihilominus ferre cepit: eū cōcionantem cepio impetu cū bonis vi
ris facto deturbat / acceſſitur leſe ma. dicit ſe nō mō non diminuiſſe ſed conſeruaſſe.
Accuſator ergo tollere ſuffragia populi: ⁊ magiſtratus conſiliū / quibus ex rebus ci
uitatis amplitudo conſtat: id quod intendit eſſe dicet contra conſeruationē eſſe po-
pulo poteſtatē deliberandi reddere / eorū potentie obniti / qui populi auctoritatē di-
minuunt. At defenſor / qui erariū conſeruauit: qui libidini malorum reſtitit / cū am-
plitudinem ciuitatis conſeruaſſe affirmabit. Verum pecunias publicas cuiuis ir-
rogare / erarium ſpoliare / ſenatus voluntati non obtemperare / hoc eſſe ciuitatē de-
trimento afficere: hoc maieſtatem diminuere / hoc bonos omnes euertere. Nō ſum
neſcius quamuis nos ad propoſitum traximus alio etiam ſtatu hanc cauſaz agi poſ
ſe. Nam ⁊ per ſe relatio criminis ſuſcipi poteſt / ⁊ iuridiciali abſolute coniungi. Ce-
terum illud imprimis memorie commendandum in huiuſmodi pronominatiōe dif
finitionem a factis eius / qui aut accuſationi / aut petitioni reſiſtit / violenter tracta
ri poſſe / ſed locos aperire rhetoris / ordinem locis / ⁊ tractationem nature rerum ido
neam accommodare. id vero grauis oratoris putandum eſt. Colligens eſt cū reus
pronominat / Accuſator autem tam huius quam illius criminis reum eſſe affirmet
hoc mō. Lex: Si. r. p. iniuriam afferas occiditor. Lex: Qui virginem vitiauerit
prebeat dotē / Quidā quū in legationē proficiſceretur: imperatori filiā cōmēdauit /
eā īperator vitiauit: pater reuerſus iniurie publice imperatorē accuſat: qđ filiā lega
ti vitiaſſet / ipſe dotem defert. Is diffinitiōis modus vehementer pronominanti ſi-
milis eſt / qui vt ille locos dupliciter occupat / differt aūt quod ibi ex negatiōe vnius
alterū ponitur: vt ſacrilegus es: non fur: ⁊ econuerſo fur ſum non ſacrilegus: hic niſi
vtrunq; ſimul accuſator cōprehendat nihil ſibi quod agat relinquetur: vt vitiaſſe vir
ginē cōfiteor. r. p. iniuriā attuliſſe nego: immo ⁊ virginē vitiaſti dicet accuſator: ⁊. r.
p. leſiſti / quia legati filiam. ¶ Perſonas duplicans eſt / quum vna res ad duas per
ſonas refertur: hoc modo. Lex: Primus regis filiū regnū habeat / Dario mortuo
xerſes cū fratre diſceptat: qđ ſimiliter primus filius eſſet. xerſes qđ primus rege da
rio natus: ⁊ is ſimiliter duplicatis locis tractatur / hinc duplicationi perſonarū pro
nominantē ſi quū ex merito pronominetur recuſatio fiat: poſſe nonnunquam ſubij-
ci manifeſtum eſt hoc modo. perſuaſit orator tyranno eum exeuntem ex arce / quam
liberā dimiſit quidam vt tyrannum occidit / ambo petunt premium / orator prono-
minat homicidium hoc eſſe non tyrannicidium. In duplicante per perſonas acriter
conſyderandum eſt: vt ſi vni finis ⁊ alteri principium accommodatur: aut ſi vtriūq;
vni / alterum alteri: vt in ſuperiori regni contentione. Alterū vero alteri / hoc modo.
Sacerdotium ſucceſſione habeatur: fortis vir cui premiū ex lege debebatur / petijt
cuiuſdam ſacerdotium:

de ſacerdotio filij contendunt. hec conſyderatio ad intentionem legiſlatoris explicā
dam adhibenda nobis videtur. Incidens eſt: quum vt in cōiecturali inter agendū
cauſam alia incidit diffinitio perfecta: hoc modo. Lex: Si quis in conſilio acta ho
mini neſcio cui dixerit capite penas ſoluat. Quidam in ſomnijs que acta in eo die a
ſenatoribus eſſent videre viſus eſt. Senatori cuidam ſibi amico que vidit narrat:
deinde interrogat ſi ita ſe habuit vt vidit. annuit ille: ⁊ quaſi edixiſſet: accuſatur. hic
quum queratur an annuere ſit ea dicere: que in conſilio acta ſunt: Conſtitutio diffi
nitiua eſt: ea vſque ad comparationem procedit. deinde alia perfecta incidit diffini
tio: quid ſit neſcius: que ſimiliter per omnes locos vſq; ad comparationē confirma
tur. Reliquis locis poſtea ſimul vtrumq; amplectemus. Illud bene notandum ve-
lim: quod in incidenti a derelictis accuſator: a factis defenſor diffinitionem rimabi
tur. Cōmutata enim queſtione: ille defenſoris: hic accuſatoris officio vtitur: due dif
finitiones ſunt: quum duo nomina ad vnicam perſonam ita referuntur: vt non pro
nominent hoc pacto. Vir mundus: ⁊ a mundo natus habeat ſacerdotium. Quidā
patrem adulterum interfecit: ⁊ repellitur a petitione ſacerdotij: hic non vt in prono
minanti vnum negatur: alterum infertur: ſed quum accuſator vtrunq; neget: defen
ſor vtrunq; confirmat. Quare non vt ibi locum loco: aut rationem rationi oppone-
mus. Verum quia queſtiones diſiuncte ſunt: nec vna confirmat alteram. primo p
omnes locos quid ſit vir mundus explanabimus: in quo accuſator conabitur oſten-
dere eum: qui hoīem ⁊ maxime patrē interfeciſſet: mundum eſſe non poſſe reus mū-
dum ſe dicet: quod ſecundum leges interfeciſſet: qua diffinitione perorata: ad alte
ram veniens: quid ſit natum eſſe a mundo quod non ab adultero defenſor natū a mū
do ſe dicet: quoniam pater eo tempore quo natus ipſe fuerat: adulter non erat. Non
ignoro hanc ſecunndam queſtionem per ambiguum poſſe abſolui: ſed tamen quum
hic legitima a diffinitione proficiſcatur: queritur enim primo quid ſit natum eſſe a
mundo: deinde accedit vtrum legiſlatoris ſententia eſſet quaz accuſator aut ea quā
defenſor interpretatur. Duas diffinitiones hic eſſe nemini dubium eſt.

## ¶ De abſoluta.

Nunc quoniam abſoluta cōplures diffinitionis locos ſuſcipere videtur: vt
facilior preceptio fiat antequā de negociali dicamus: de abſoluta prius quo
modo nobis tractanda videtur dicendum eſt. Abſoluta igitur his locis
abſolui ſolet: Expoſitiōe: partibus iuris: perſona: diffinitione: ratiocinatione: inten
tione legiſlatoris: ampliatione: cōparatiōe: abſolutione repulſione: aſſumptiōe: alte
ra repulſiōe. infinitiōe: qualitate: ⁊ ītētiōe. hi loci fere oēs inueniri ſolent: quū cā hu-
iuſmodi ē vt magnū ex ea dānū p̄ſertim publicū ſecutū eē videatur: quū aūt vilis: ⁊
priuata eſt plerūq; partibus iuris ſolū abſoluitur: vt in hoc exemplo. Mimus qui-
dam Accium poetā noīe appellauit: ille iniuriā agit: qm̄ cauſa priuata eſt: nec cala-
mitas quedā factū inſecuta eſt: partibus iuris ſolum agi facile poterit. ¶ Expoſitio
eodē mō hic: ⁊ in diffinitione tractatur. ¶ Partes iuris. M. tulium ſecuti ſex eē pu
tamus: Naturā: legē: cōſuetudinē: iudicatū: equum: ⁊ bonū: ⁊ pactum. Nature ius
eſt quod nobis non opinio: ſed quedam innata vis inſeruit: quod in ſex partes rur-
ſus diuidimus religionem: pietatē: gratiam: vindicationem: obſeruantiam: verita-
tē. Religio eſt vis inſita: que deorum metu: ⁊ cerimonijs hominē ducit. Pietas eſt
in patriā: aut in parētes: aut alios ſanguine coniunctos officium. Gratia eſt offitio-
rū: honoris. amicitiarū memoria: ⁊ remuneratio. Vindicatio eſt: que vim ⁊ contume
liā defendendo aut vlciſcendo propulſat: ⁊ per quam peccata punimus. Obſeruan-
tia eſt per quā etate: aut ſapientia: vel aliqua dignitate antecedētes veneramur: Ve
ritas eſt q̄ nos monet: vt facta pro factis: infecta pro īfectis dicamus. Lege ius ē qđ
populi: aut īperatoris iuſſu ſancitū eſt. Conſuetudine ius eſt quod ſine lege propter

vetuſtatem eque ac ſi legitimũ ſit vſitatum eſt. Judicatum eſt ſententia: que ſimili
de re lata eſt. iudicata plerumqʒ inter ſe diuerſa inueniuntur: ⁊. n. eadẽ de re põt ali-
ud alius iudicare: quum euenerit iudicem cum iudice: tempus cum tempore: nu-
merum cum numero iudiciorum conferemus. Equum ⁊ bonum eſt quod ſine lege
ac conſuetudine ab omnibus comprobatur. Pactum eſt quod aliqui īter ſe pepige
runt. Uerum vt facilius cetera exponamus: exemplum quoqʒ proponatur. Pictor
naufragium diligenter ī tabulis depinxit: tabulas apud portuʒ impoſuit: naufragij
periculo moti aliarum ciuitatuʒ mercatores non nauigabant. Res pu. que maxime
rebus aduẽtitijs iuuabatur ſummis incommodis affecta eſt. expoſitio accuſatoris
manifeſta eſt. breuiter. n. exponet quod pictor fecerit: quid factum eius conſecutum
ſit: partes iuris quod equo: ⁊ bono: ac cõſuetudine vnicuiqʒ artifici facere: ⁊ pictori
ſimiliter pingere: ac quo velit imponere licet id accuſare non potes. Item qd̕ nulla
lex vnquã vetuit/ nullum iudicatum vnquam reprobauit. ⁊ ſi que cetera incidunt. ꝑ
ſonam hic appellamus locum quo a qualitate quadam perſone rei per obſiſtentiam
ad partes iuris reus defenditur/ hoc mõ. quod ſi etiam ea in iudicium trahi poſſẽt/
que nulla lex vetuit/ nulla conſuetudo deiecit/ nec equo ⁊ bono reprobantur tamen
publice iniurie pictor penas non dabit. Nam hi vniuerſam rem publicam afficere ī
commodis poſſunt: qui rem. p. gerunt: vt oratores: legati: imperatores: priuati aũt:
quod non gerũt nec bene nec male id geſſiſſe vnquã credẽtur. Js locus deficit: quũ
perſona huiuſmodi eſt: vt facile videatur rem patraſſe potuiſſe: vt ſi imperator leſe
maieſtatis accuſetur. Diffinitio ſic ad perſonam per obſiſtentiam refertur: ſicut ip-
ſa perſona ad iuris partes referebatur: hoc modo. Et ſi pictor rem pub. violare poſ
ſit: non tamen in pingendo. Non enim pingere incommodis afficere rempublicam
eſt: ſed naues hoſtibus tradere: menia deijcere: ſocios abſtrahere: erarium depilare
hi tres loci proximi defenſoris ſunt: ⁊ coniunguntur vt plurimum. Alius enim aliũ
quodãmodo confirmant: ⁊ primus per inficiationem: ceteri per obſiſtentiam profe
runtur. Quare vim recuſationis quoniam iudicium ſubire recuſant habere viden-
tur: hoc modo: non oportet cauſam in iudicio eius rei dicere: quam nulla lex vetuit:
nulla prohibet conſuetudo. Quod ſi etiam rei non prohibite cauſam dicere equum
eſſet pictorem tamen. p. cauſe non oportet: nec eni pictor vnquam rem publi. ledere
poſſet: quod non poſſet: non tamen pingere: rem. pu. ledere eſt: ſed hoc: aut illud. Ra
tiocinatio vtrunqʒ colligit: hec enim que reus fecit: ita pernitioſa rei. p. dicet: quem
admodum ⁊ ea: que ab ipſo reo pernicioſa eſſe conceduntur: nec differre affirmabit
pingendo: aut hoſtibus naues tradendo. r. pu. ledere. ſi lex incidit: intentio legiſlato
ris ab vtroqʒ ex re ſua explanabitur: ¶ Ampliatio accuſatoris magnum quod eſ
ſe cõmiſſum oſtendet. ¶ Comparatio qd̕ ⁊ multo maius: quam ea que dicit hoc eſt
maius eſſe detrimentum approbabit rebus neceſſarijs carere: quam naues: aut me
nia hoſtibus tradere. Sciendum autem quod ampliatio ⁊ comparatio: per compre
henſionem: hoc eſt ab his: que ab initio ad finem ſunt comprobantur: nã tã perſona
quam re loco: tempore: modo: cauſa magis hos locos quam ceteros affirmare ſole-
mus: Ceteros enim ſepe vel vna circumſtantia ſtabilire contentamur: hos niſi vis
comprehenſionis approbauerit meo quidem iudicio potius pretereundi ſunt. Ue
rum quoniam perſona: ⁊ res maxime continent comprehenſionem exemplo demõ-
ſtremus: quo pacto ampliatio: ⁊ comparatio his efferuntur. Ex perſona igitur
magnam rem factam dicemus quod pictor vnus tam magnam ciuitatẽ tantis icõ
modis affecerit: ⁊ quod multo maius eſt a priuato ⁊ pictore ita oppreſſos eſſe: quaʒ
ab imperatore: aut aliquo magiſtratu: quoniam ad perniciem contempti ſpretique
ſumus: ex re magnum eſſe factuʒ dicemus/ quod rebus neceſſarijs priuati fame tor
quemur: ⁊ quod multo maius quã menia deijcere: naues hoſtibus tradere/ q̃ recu-
rari facile

rari facile ſolent: fames nos non noſtra conſumit: ⁊ vt noſmet hoſtibus ciuitatẽ tra-
damus plerunqʒ cogit. Jn quibus ẽt ſi ita placuerit coniunctũ ad maiorẽ vehemen
tiam reliquam comprehenſionem inſerere non incongruuʒ erit: hoc modo. At ī qua
hec ciuitate fecit: in quã ampla: ⁊ quã felici ⁊ quã maiore ac feliciore ceteris: ⁊ quo
tempore: ⁊ quod in anguſtiore cum penuria annone: ⁊ quomodo: depingẽdo: ad por
tum picta naufragia deferendo: vt quũ ex parua re magna pernicies ſequeretur nos
magis doleremus. Sed de his ſatis. illud nõ pretereundum puto: quod hi proximi
tres accuſatoris loci ad perſonam ⁊ diffinitionẽ duos defenſoris locos opponũtur: ⁊
ampliatio quidem ac comparatio comprehenſione approbantur. ¶ Ratiocinatio ve
ro ſola perſona ⁊ re nititur hoc modo. Nihil differt ſiue pictor ſis: ſiue imperator dũ
rem. p. ledas. Jtem idem eſt te hoſtibus ciuitatem tradere: ⁊ fame opprimere: que
plerunqʒ homines cogit: vt ſeſe hoſtibus tradant. ¶ Abſolutio a partibus iuris ca-
pitur: ⁊ tribus poſitis locis maxime opponitur: vt nõ eſt maius hoc quã naues pro
dere: nec etiam magnum vt fingis. hoc enim natura ⁊ lege: ⁊ cetera licet illud pro-
hibetur. differt tamen abſolutio a partibus iuris maxime in duobus. Nam abſolu-
tio ex partibus iuris. partes iuris aut inter ſe: aut adductis alijs rationibus appro-
bantur: ⁊ partes iuris: quum in principio confirmationis ponantur: in reiectionem
iudicij accipiuntur: hoc modo non licet id accuſare: quod nulla lex: nulla conſuetu-
do prohibuit: quod natura prebet: omnes factitant. Abſolutione autem non dice-
mus: non licere aduerſario id accuſare. ſed eſſe tale negabimus: aut natura: aut lege
aut conſuetudine: aut equo ⁊ bono: aut pacto: aut his omnibus: aut pluribus: qua-
le aduerſarius ratiocinatione ampliatione: ac comparatione oſtendit: hoc modo.
Multum differt: hoc ab illis: hoc enim licet: illa vetita ſunt. Abſolutione inuĩcta ne
ceſſario repulſio per obſiſtentiam quidem ſemper: per inficiationem vero quũ aut
natura: aut lege: aut pacto abſolutio nititur: impudentiſſimum eſt dicere non licuiſ-
ſe. Sin autẽ a conſuetudine illa confirmatur: poterit repulſio etiam per inficiationẽ
inueniri. ¶ Aſſumptio hic locus eſt repulſioni oppoſitus: qui aliquid extra aſſumẽ-
do rem licitam oſtendit. Eam quadripartito ſicut omnem aſſumptionem partimur
Eſt enim omnis aſſumptio aut conceſſionis: aut relationis: aut remotiõis: aut cõpa
ratiõis. Quare conſyderandũ eſt: qua ratione aſſumptio ad abſolutam conſtitutio-
nem trahitur/ nec negauerim aliquam aſſumptiue ſpeciem omnibus ſuis locis/ qui
tamen ab abſolute locis differant. hac in conſtitutione poſſe inueniri/ quod etiam
quum de diffinitione diceremus: latius diximus. Ea igitur aſſumptio huiuſmodi
eſt: depingere in portu naufragia pro his ſtatui qui pro cupiditate lucri ſepe preter
tempus nauigare feſtinant. Quare in propoſito themate comparatiõis eſt. Nã reʒ
talem dicit eſſe: vt emolumenta ex ea non damnũ ciuitas perſequi poſſet. Non ſum
neſcius coniectura quoqʒ propoſitam cauſam poſſe defendi: ſi diceret non quoniam
ille naufragium depinxit: ſed alia de cauſa aut noluiſſe venire/ aut tardaſſe nauigã
tes/ ſed iam dictum eſt/ quod etiam Cicero ſepiſſime in vetere confirmat/ vnam at
que eandem cauſam multis nonnunquam conſtitutionibus tractari poſſe/ ⁊ ad v-
nam conſtitutionem alias quoque accedere/ quod quum accidit/ quid faciendum
ſit in diſpoſitione dicendum videtur. Uerum vt nullus dubitet alijs quoqʒ tribus
modis aſſumptionem in abſoluta inueniri exemplis id explanare non grauabimur
Quidam fortem virum ſummum imperatorem liberatorem patrie vt adulterum ī
terfecit/ accuſatur leſe reipublice defendit lege licitum. Aſſumptio relationis ẽ: iu
re enim interfectum adulterum dicet. Jtem ſoror trium oratorum interfectis
curiatijs tres fratres ouantis/ ac hoſtium ſanguine cruentos vidit/ lachrymas
effudit. Accuſatur quod iniquo animo ferat ciuitatis victoriam/ defendit natu-
ra licitum. Aſſumptio conceſſiõis eſt/ amplius quedaʒ ciuitas crebro deficiebat

eius menia deijcere imperator perſuaſit: ceteri deide ſocij ab ea ciuitate que rerum
potiebatur deficiunt. Imperator leſe reipublice acceſitur: defendit lege cōſuetudi
ne: equo ⁊ bono licuiſſe in cōtione proponere: quicquid reipublice vtile arbitraretur
quod ſocij defeciſſet ſe penas dare non oportere. Aſſumptio remotiōis eſt: transfert
enim culpam ad ſocios: altera repulſio aſſumptioni oppoſita eſt: ſi nauigātibus pro
deſſe volebas alio mō: quo rei.p. non obeſſes: illis conſulere debebas. Unde manife
ſtum eſt hanc alteram repulſionem nunquā per inficiationem. ſemper per obſiſten=
tiam niti. Concedit enim reus: qꝺ .ſ. in vtilitatem nauigantium feciſſet/ſed tempus:
aut locum aut modū/aut omnino aliquam circumſtantiam reprehendit/hanc repul
ſionem/tamquā altera ſequitur abſolutio/is locus/quem nos ΘΕΣΙΝ : latini infini
tionem appellare poſſunt. Ea eſt huiuſmodi: oporteat ne vnumquemqꝫ vt poteſt rei
p. pro virili parte conſulere. Cuius affirmatiuam partem hic defenſor habebit. Al=
teram accuſator: quamuis nonnunquam parum per eam commutet hoc modo. nul
la oportet in perniciem rei.p. arte vti. Sciendum autem qꝺ ſemper vterqꝫ aduerſa
riorum hac infinitione vti poterit: ſi cauſa dubia eſt: ideſt inter honeſtatē: ⁊ turpitu=
dinem media. Nam in re honeſta defenſoris: in re turpi accuſatoris infinitio vehe=
mentior eſt. Qualitas: ⁊ intentio quomodo conſyderentur iam dictum eſt: Abſolu=
te modos quattuor ponimus. omnis enim abſoluta: aut ſimplex eſt: aut duplex: rur
ſus ſimplex: vel propter rem geſtam in iudicium venit: vel propter aliquem euentū:
qui rem geſtam conſecutus eſt: duplex vero aut per coniunctionem aut per diuiſio=
nem fieri ſolet. nonnulli plures abſolute modos arbitrati ſunt: ſed oēs ad hos redu=
ci manifeſtum eſt. Quare pretermittendi omnino viſi ſunt. fruſtra enim in hac dicē=
di ac inueniēdi pceptione dicuntur: que ſolum numerum faciunt. Ceterum ac dicē=
dum nihil amplius afferunt. Quod vero hi quattuor modi neceſſario a nobis poſiti
ſunt exemplis melius proſpicietur. Simplex que ex re geſta in iudicium venit huiuſ
modi eſt. C. pompilius quum a gallis obſideretur: venit cuꝫ hoſtiuꝫ ducibus in col
locutionem ita diſceſſit vt exercitum educeret: impedimenta amitteret: poſtea hanc
totā rem in anulis ⁊ proculis celauit. Accuſatur qꝺ aduerſitate rei. pu. gaudeat. hu
iuſmodi ſimplex abſoluta incidentibus locis. quos expoſuimus agetur: Altera fuit
que ab euentu: qui rem geſtam conſecutus eſt: in iudicium venit: In qua ſi quod cō
ſecutum dicitur: non eadem ratione eueniſſe probabile ſit: conjecturalis accedit:
quale illud fuit pictoris: ſin res geſta huiuſmodi eſt: vt plane poſſit dici/niſi id feciſ=
ſes/hoc non accidiſſet. locus conceſſionis omnino incidit: vt in hoc exēplo. Philip=
pus athenienſibus optionem dedit: vt vel duo milia captiuorum/vel mille: qui in p̄
lio ceciderunt acciperent: perſuaſit demoſthenes mortuos accipere: captiui a Phi
lippo interficiuntur: accuſatur leſe reipublice: huiuſmodi abſoluta recuſationem ha
bet perfectam: quam ſi placebit partibus iuris perſone: ac diffinitioni cōiungemus
meo autem iudicio po.. comparationem collocabimus: ea eſt huiuſmodi: non poteſ
me huius rei accuſare: quid enim accuſas: Utrum quod poſtea conſecutum eſt: ſed
non oportet eius rei penas pendere: que ab alijs geſta eſt: non ſi familiares: nō ſi pro
pinqui: non ſi fratres eſſent qui geſſerunt. an fortaſſis accuſas/ que in cōtione popu
lo conſului: at tunc vel ſi contra dixiſti iudicio populi repulſus: nunc non me ſolum/
Uerum vniuerſum populum accuſas/vel ſi non cōtra dixiſti/aut habebas optimū
quid dicere: quod conticuiſti/⁊ tu potius huius mali cauſa quam ego eſſe videris/
aut nil aliud dicere habebas: ⁊ hoc ipſo ignorantie futurorum crimine: quo me ac=
cuſas ſimiliter accuſandus es/ſed hec longius iam proceſſerunt quā oporteat. Nā
hoc libro locos ſolum inuentionis/non quid ab vno quoqꝫ loco inuenire poſſumus
docere propoſitū eſt ⁊.n. oia q̄rere: q̄ dici poſſūt/quū artē doceas ſtultū mihi vr̄/qua
re ad propoſitū redeamus. In huiuſmodi ergo abſoluta poſſumus etiā aſſumptiōe
conceſſionis optime

conceſſionis optime vti: hoc modo. ſi nullus vnquā hominū futura ſciuit: quare ſi
hac natura hominū ego q̄z futurorū euētū ignoraui rep̄hendendus non ſum. hec aſ=
ſumptio in hoc maxime ab ea: que ferme ſemper incidit differre videtur: qꝺ illa ad
rē qū ꝫ reus fecit: hec ad id quod cōſecutū eſt cōmode refertur. ¶ Duplex abſoluta
per cōiunctionē ſit: quum duo crimina inter ſe ita coniuncta afferuntur: vt alterum
ab altero ſeparatum crimen non ſit: ⁊ tamen vtrunqꝫ cuꝫ altero culpabile videatur:
hoc pacto. quidā in contione oībus ſe cōtradicit: ipſe quid fieri ſentiat nunquā dicit
is leſe reipublice acceſitur. hic duas eſſe abſolutas nemini dubiū. Licet.n. vnicui=
qꝫ dicere que velit in contione. Item ſilere licet: huiuſmodi abſolute illud maxime
propriū eſt: qꝺ accuſator vtrūqꝫ cōiūget. Nā ſi ſeparabit nihil vnquā cōfirmare po=
terit defenſor: qm̄ vna queqꝫ res ab altera ſemota nullā habet culpā ſeparabit. Et
quemadmodū accuſator neutrū per ſe: ſed cōiunctim ambo conſyderat: ſic defenſor
alterum ab altero diuiſum tractabit. duplex abſoluta per diuiſionem ſit: quum duo
huiuſmodi crimina cauſe inſunt: vt etiam vtrunqꝫ per ſe crimē videatur: hoc modo.
Crebro quidā quas habuit vxores expellebat: ac non ſoluꝫ denuo alias ducebat: ſꝫ
etiā adoptiōe ſibi filios multos cōparabat. Accuſatur turpis vite: defendit licere di
uortio dimittere vxorem: aliā ducere: ac filios quoſcūqꝫ velit adoptiōe aſciſcere. hic
ſciēdū eſt duplices nos eas appellare cauſas/que ſimplices non ſunt. Si etiam am=
pliores quā due q̄ſtiones in ea inuenirentur. huiuſmodi abſoluta a ſuperiore differt
qm̄ vnūquodqꝫ per ſe venire in iudiciū pōt. Quare tā ab accuſatore quā a defenſore
ſeparatim hec oia orari poſſunt. Quāuis vehemētior ſit accuſatio: ſi quēadmodū in
ſuperiore cōiunctim agentur oia/nō dico vt in cōiecturali duplici fit. vnū prius ab
aliquo loco: deide alterū cōfirmetur antequā ad aliū locū tranſeamus/ſed quū ab a
liquo loco propoſitiones trahis: eas ad omnia: que incidunt crimina ſimul accōmo
dabis. Ut verbi gr̄a: ſi ampliatiōe magnā rē oſtēdere velis ſumme illū rē publicā of
fendere dices/qui oratione ſua populo perſuadet ne quid earum rerū fiat: quas alij
fieri oportere aiunt: quum quid faciendum ſit nullo modo aperiat. Deinde a circun
ſtantijs ad hoc confirmandum inuenies rationes/aut in tertio libro dicemus/qui
putant alios quoqꝫ modos abſolute inueniri: id maxime a ſuperioribus differre ar=
bitrantur: Quidam ſe inuicem adulterij accuſabant: inter moras iudicij dimitte
re accuſationem: ⁊ vxores commutare placuit. Accuſantur turpis vite. hic due per
ſone ſunt: que in iudicium trahuntur: ⁊ ab vtraqꝫ quadrupliciter abſoluta ſumitur:
hoc modo. Accuſare aliquē licet: dimittere accuſationem nullus prohibetur/diuor
tio a ſe vxorem ſeparare nemo vetatur. Aliam etiam ducere licet: que quamuis ita
ſint: tamen quoniam a ſuperioribus ⁊ agende ⁊ dicende cauſe huius artificium fa=
cile intelligitur: hos abſolute modos/qui ad dicendum neceſſarij non ſunt: omnes
ſilentio tradere vtilius viſum eſt. Nunc de iuridiciali aſſumptiua dicemus.

## ¶ De iuridiciali aſſumptiua.

Quoniā iuridicialis aſſūptiue cōſtitutiōis ſpēs/quas quattuor eē in primo
libro declarauimus eiſdē fere locis pertractantur/ne lōgiores quā opus ſit
eſſe videamur/ſimul de oībus dicemus. Oēs igitur his locis abſolui ſolēt:
expoſitiōe/diffinitiōe/nōnunquā his que ſequuntur diffinitionē vſqꝫ ad cōparatio
nem/intentione/ipſa aſſumptione/qui locus quoniā cauſam denominat totā q̄ſtio=
nē cōtinet/ac ideo cauſam. aut comparationis/aut remotionis/aut relatiōis/aut
cōceſſiōis appellamus. Itē intētiōe/repulſiōe/cōparatiōe/diffinitiōe. violēta infi=
tione altera repulſiōe/abſolutiōe/qualitate: intētiōe. Expoſitio eorū que facta ſunt
breuis cum amplificatiōe/quāuis modica/hoc modo. Arma/equos/ceteraqꝫ mi=
litaria inſtrumenta hoſtibus tradidiſti. R. pu. leſiſti. Item in cōceſſiōe ſepultos ho

mines: qui vitam. r. pu. condonauerant dimiſiſti: effeciſti ne alij pro. re. p. mori velit.
Quare. r. pu. leſiſti: ⁊ ſimiliter in alijs hic diffinitione ſimiliter: ac in diffinitiua vte-
mur. deinde ceteris que diffinitionem ſequi vſqꝫ ad comparationem dicimus/ hoc
modo. Non eſt ledere. r. pu. exercitum ſeruare: ac milites e magno periculo incolu-
mes omnes educere. Item econtrario: quippe hoc eſt ledere. r. pu. Arma hoſtibus
tradere: equos amittere: infirmos milites ac ſub iugum miſſos educere. Item in re
motione indebitam legationem nõ proficiſci: hoc eſt rem pub. ledere. Defenſor ſi op
poſitam diffinitionem afferre non poſſit non hoc dicet: ſed detrimento afficere: exer
citum perdere: menia deijcere. In conceſſione negabit peccatum eſſe commiſſũ im-
prudentia: aut neceſſitate. Item in relatione: hoc eſt parricidium conſulto indemna
tam matrem occidiſſe. Item econtrario: non eſt parricidium adulteram: ac patris
interfectricem occidere. Nam cum res patrata duplex eſſe videtur/ quod compara
tioni ac relationi criminis accidit vtrũqꝫ a factis diſcribendũ quis non viderit?
¶ Ratiocinatio ſemper accuſatoris eſt: ⁊ vtranqꝫ diffinitionem ita colligit: vt nõ dif
ferre hoc ab illo: ſed idem contendet. Caute tamen in comparatione agendum ẽ: ne
dicas idem eſſe incolumes milites educere: ⁊ arma hoſtibus tradere ſed potius taꝫ
hoc: quam illud leſionem. r. p. appellabis. Tractatio enim locorum in dicendo par-
uaqꝫ immutatio adeo neceſſaria eſt/ vt nonnunquam quom eundem locum tracte-
mus: tamen alio modo tractationis nunc aduerſarium vehementer percutiamus/
modo noſmetipſos cauſamqꝫ noſtram ſubuertamus. Quare hoc vel ſepius admo-
nendum parua commutatione tum propoſitionis tum etiam rationum que ad pro-
poſitionem afferuntur ſepius totum locum aut vtilem/ aut non ſolum inutilem/ ve-
rum etiam pernitioſum nobis fieri. ſi lex profertur. Intentio legiſlatoris ad commo
ditatem vtriuſqꝫ poterit explanari/ ¶ Ampliatio magnum eſſe commiſſum/ exerci
tum nudum reuerſum infamem/ qui nihil amplius ad prelia valeat/ aut vires. r. p.
arma ⁊ equos tradita eſſe. Item ingentem rem eſſe cõmiſſam/ contemptum eſſe po
pulum/ qui ad decimum diem exire iuſſerat ſpretas leges/ euerſam conſuetudinem
bonam legationis occaſionem/ commodumqꝫ tempus amiſſum. Item magnum eſ
ſe facinus parricidium/ ⁊ maioribus ſemper maxime fuiſſe cure/ ne quis vnquam
parricida impunitus euaderet/ ne deorum iram que parricidis debetur in ſe cõuer
terent/ ⁊ vtetur comprehenſione/ cui intentionem opponet defenſor/ quod ſi hi loci
non incidunt/ poſt expoſitionem comprehenſionem locabimus/ hoc modo. Modeſ-
ſtus/ ac fortis vir filium quod pudicitiam prodidiſſet interfecit. Hic quoniam diffi
nitio non incidit poſt expoſitionem/ accuſator ex comprehenſione multa adducet/ de
fenſor comprehenſioni intentionem opponet/ quod non ſolum ſi interfecerit cõſide
randum eſt/ ſed qua intentione/ quo animo/ qua voluntate/ ⁊ quod inuitus vitijs
ſuis coactus/ ⁊ veniet ad aſſumptionem que hic relationis eſt/ iure. n. interfectũ pu
dicitie ſue corruptorem dicet/ quod tantũ degeneraſſet quod dedecori eſſet ſuis/
⁊ vtetur loco comuni contra eum qui pudicitiam ſuam prodidit. In omnibus enim
aſſumptiuis aſſumptio/ que ſpeciem aſſumptiue declarat/ aut per locum commu-
nem/ aut per infinitionem plerunqꝫ abſoluitur. Poterit autem ⁊ aſſumptione com
parationis vti/ quod cum mori multo honeſtius ac vtilius eſſet/ non ſolum ſibi pa-
tri/ ſed etiam ipſi filio/ quam corrupta pudicitia viuere. Nam aſſumptiue vt pluri-
mum inter ſe ita coniunguntur/ vt facile vna cum alia/ ⁊ omnes nonnunquã ſimul
inueniantur/ quod vt clarius fiat: Alia quoqꝫ congeramus exempla/ Milo clodi-
um qui rem pu. vexabat/ interfecit. relatio iure interfectum vexatorem patrie. Cõ-
paratio/ vtiliorem mortem eius. r. pu. quam vitam fuiſſe. Item plebiſcitũ iubet ne
minem vrbis portas nocte aperire a perſequentibus hoſtibus ceſi ad vnum ſũt om
nes/ remotio criminis in plebiſcitum. Comparatio/ melius fuiſſe/ ſimul enim ho-



ſtes igreſſi fuiſſent: cõceſſio: ignorabam eos perituros. Relatio: merito ſibi accidiſſe
quod ita male in p̃lio pugnaſſent: vt viui caperẽtur. Semper ergo querẽdũ eſt vna
ne aut plures aſſũptiue ſpecies incidunt. Nam magni intereſt: vna: an pluribus re
lationibus quicquam infirmetur. Verũ quoniam perutile ad dicẽdũ eſt principali
orem in his cognoſcere: nunc quidem id ne longiores ſimus pretermittere cõſtitui
mus. In quarto vero libro quoniam ad diſpoſitionem ptinet: diligentius declarabi
mus. Id aũt etiam memorie commendandum puto: quod aſſumptiuis multo faci
lius cedere quam aſſumptiue illis immiſcentur. Quare cum ad confirmandum tuꝫ
maxime ad ſoluendum vnumquemqꝫ locum diligenter conſyderabimus/ ſi quid
ab alijs conſtitutionibus: ⁊ a coniecturali maxime incidere videtur. Altera inten
tio accuſatoris eſt: locus defenſoris intentioni oppoſitus/ quod non propter hoc qđ
dicit: ſed propter aliud fecit/ quod quam multis ⁊ firmis coniecturis poterit com-
probabit. Nam id vniuerſaliter in omnibus iam dictum velim: intentionem eius:
qui fecit ſemper coniectura queri: ⁊ ſi bona ſunt: que a reo facta dicuntur: ſic accuſa
tori ad intentionem eius confugiendum eſſe quemadmodum ſi mala videntur que
defendimus intentionem ſpectari oportere demonſtremus: vnam coniecture locis
vt diximus/ probam fuiſſe aperiemus. Repulſio aſſumptioni oppoſita eſt. Nã om-
nis aſſumptio repulſione ſoluitur: ⁊ aut per inficiationem: vt diximus: aut per obſi-
ſtentiam tractatur: p̃ infinitionem quũ eam rem omnino negamus quam defenſor
per aſſumptionẽ adduxit: hoc modo. At nullã ignominiã tibi adducebat: aut nõ ab
ſe omnino degenerauit. per obſiſtentiam: ⁊ ſi degenerauit: alio modo ignominia re
pellenda erat: caſtigatione: exilio: abdicatione. Item in comparatione: at inutile oĩ
no fuit: arma ⁊ equos: ceteraqꝫ impedimenta hoſtibus tradere: ⁊ ſi vtile: attamen
nõ ita fedus fieri oportebat: vt exercitus ſub iugũ miſſus magnã romano imperio
contraheret ignominiam: hec locis vtilitatis: ac honeſtatis: de quibus in quarto li
bro dicemus cõfirmabuntur. Quare inde que cauſe cõmoda videbuntur diligẽter
trahemus. Si neceſſitudine quapiam/ aut ignorantia veniam querimus ſimiliter
aut per inficiationẽ negabimus id cauſe fuiſſe: aut per obſiſtentiam dicemus igno
ſci non conuenire: vel quia non ſit data opera. vt ſciretur: ⁊ conſilio in neceſſitudine
venerit: vel quia potuit illa vis omnino euitari: aut diminui ratione: aut tantã nõ
fuiſſe: aut culpa ſua eueniſſe: ⁊ ſi que ſimilia ſunt. In remotione criminis ſimiliter:
aut non vere crimen remouerit: ⁊ ſi vere non equo ⁊ bono: non ex vtilitate. rei. p. nõ
ex conſuetudine: ⁊ que huiuſmodi ſunt. Preterea conſulto eum feciſſe: quod ſi vo-
luiſſet antequã dies legationis tranſacti eſſent: ad maiores magiſtratus queſtores
appellaſſet. Comparationes vterqꝫ vtetur: ⁊ accuſator multo maius dicet hoc
quod reus commiſit: quam illud in quo filium criminatur deliquiſſe: defenſor econ
tra in comparatione criminis. Utrum vtilius conducibilius honeſtiuſqꝫ fuiſſe con
tendetur. In conceſſione vis neceſſitatis: ac imprudentie facto comparabitur: ⁊ di
cetur tantam rem: tam pernicioſam: ac tam tetram atqꝫ tyrannicam: vel ſi morien-
dum eſſet non ſuſcipiendã fuiſſe. In remotione autem criminis: ſimiliter accuſator
culpam ⁊ crimen auget: quod a reo aſſumitur extenuabit: defenſor econtra culpã di
minuet: aſſumptionis vim amplificabit. Is locus in quo ab ampliatione differat
manifeſtũ eſt: ibi enim magnum eſſe cõmiſſũ oſtendimus ſine collatione. Hic eius
quod aſſumitur: ⁊ criminis comparationem peragimus. Ab ea vero comparatiõe
que poſt ampliationem in diffinitiua inuenitur: quam ⁊ in aſſumptiuas icidere poſ
ſe non negamus: hanc comparationem ſeparamus: quod ibi non criminis: ⁊ aſſum
ptionis collatio fit: ſed diffinitionis ⁊ rei. Violenta diffinitione ſimiliter ambo v-
tentur: que quoniam non ita aperte in propoſitam incidit relationem: alio declare-
tur exemplo. Obſidione ſimul ac fame ciuitas laborabat. Imperator Senatui per-

ſuadere conatus armis hoſtes expellendos non perſuaſit: nocte clam eam partem
murorum deiecit: quam minus hoſtes obſeruabant: conflixit cum hoſtibus: repor-
tauit victoriam accuſatur leſe re.pu. Violenta diffinitio: non eſt victoria hoc/ſed to
tius ciuitatis captiuitas atqꝫ ſubuerſio. Jacent.n.menia: vndiqꝫ hoſtes irruere poſ
ſunt. Item econtrario non eſt hoc dicere menia: ſed deiecta erigere ꝛ firmiter muni
re. Hoſtes enim victi expulſiqꝫ ſunt: ciuitas obſidione ac fame liberata. Ex hoc pa-
tet violentam diffinitionem ideo appellari: quod vim violationis habere: aut quod
vi orationis ipſam naturam rei retorquere videatur. Nam aut id quod factum eſt:
aut id quod conſecutum eſſe conceditur: in oppoſitam partem retrahitur. Quare
quoniam maximam vim huic loco in eſſe arbitramur: ꝛ diligenter querendum cen-
ſemus: ꝛ quum inuenitur vehementi orationis genere pertractandum. Verum ſi
non ita accidit: vt oppoſitum inferre poſſimus: non inutile erit diſparatum: aut diſſi
mile inferre hoc modo. Non eſt parricidium hoc ſed adulterij euerſio domus aga-
memnoniace reſtitutio ac reparatio. Item non eſt dedecus: aut contemptus militũ:
qui pro r.pub. ceciderunt: eos tempore tempeſtatis inſepultos relinquere ſed hoc
eſt viuos milites non ſepelire: eos incolumes. r.pub. conſeruare. Non enim erat du
bium ſi cadauera militum ſepelire voluiſſem: quin viuos milites obruiſſem. Itẽ nõ
eſt hoc non proficiſci. Nam ſi abſqꝫ his rebus: quibus legatio: ꝛ confici ꝛ decorari ſo
leat: profectus eſſem: vt aduerſarius vult: que nã illa legatio fuiſſet: omnes videtis
Verũ id quoqꝫ ſilentio pretereundum non puto: qđ violentia diffinitio in compara
tione criminis ſemper inuenitur: ꝛ quum oppoſitum inferat fortaſſis rectam eam
nominare non incongruũ eſſet. Quod etiam vt plurimum in remotione accidere ſo
let. In conceſſione vero ac relatione quum inuenitur: nõ recta: ſed obliqua fere ſem
per: quam ϖλατιαν dicimus repetitur: non enim recte oppoſitum: ſed diſſimile aut
diſparatum/vt dictum eſt: ꝛ exemplo demonſtratum inferri poteſt. Infinitio: o-
portet imperatorem omnimodo quo poteſt ciuitati conſulere ꝛ parum nonnunquã
officere: vt multum prodeſſe poſſit. Item ecõtrario non oportet imperatorẽ ſine cõ
ſilio ſenatus quicquam agere: preſertim cum multum res officiat: paruꝫ proſit: qua
tunc vtendum quum oppoſitus infinitioni locus partibus iuris nequaquam a na-
tura infinitiõis remotis non corroboratur. Item oportet vlciſci parentem. Item o
portebat ſaluti viuorum conſulere: vel neceſſitati nullam penam: ignorantie paratã
veniam eſſe oportere. Altera repulſio rurſus accuſatoris eſt: que per obſiſtentiã:
non ad omnem circunſtantiam: ſed ad perſonam fertur hoc modo: Attamen nõ tua:
ſed aliorum iudicandi poteſtas fuit: quod omnibus aſſumptiuis pro re accommo-
dabimus. Senatus enim aut populi iudicium: cui ſoluꝫ attributa poteſtas eſt: vel
de pace: vel de bello arripuiſti aut ſine legatorum ac tribunorum vel militum con-
ſenſu contra mores maiorum tuo ſolum conſilio vſus fuiſti. Item quum pecunias
a queſtore non acceperis: decreuiſti nõ proficiſci: quum poteſtas huiuſmodi decre-
ti ſenatus: aut populi ſit: vel ſic oportebat tamen te: quod pecunias non acceperis
rem claram Senatui facere: ꝛ ſimiliter paucis pro re comutatis vt in alijs. Abſolu
tio repulſioni oppoſita eſt: ac ideo ad eandeꝫ hic perſonã neceſſario referri ſolet: hoc
modo: licet imperatori exercitui conſulere. Ea enim conditione milites ei traditi ſũt
vt quoad poſſit: ſibi ac vite ſue prouideat. Item patri licet conſulere filio: ꝛ ſi dignũ
morte inueniat ſuo iudicio eum condemnare licet. Item licet imperatori: quod ſibi
melius ac vtilius re.p. videtur facere: tempeſtatem huiuſmodi fuiſſe: vt ſi in ſepeliẽ
dis mortuis occupatus eſſet: de ſalute militũ dubitandum eſſet. Verum hoc modo
abſolutionem proponere poterimus: quum dignitas perſone: ac auctoritas facit: vt
ei licere res videatur. Nam cum auctoritas ꝑſone hãc nobis poteſtatẽ nõ ꝓbet calli
de vt res patitur inuenietur abſolutio. Non.n. aperte dicemus Oreſti licuiſſe ma-
trem interficere:

trem interficere: ſed quoniam aut propter potentiam ipſius Clytemneſtre: aut pro
pter Aegiſthi amicitias: aut qđ tẽpus nõ poſtulabat: aut propter aliquid huius imu
tile fuiſſet: eam in iudiciũ accerſire: propter hec omnia dicemus licuiſſe: quoniã nõ
poterat rem in iudiciũ afferre. Id tamen ſciendũ naturã huius eſſe abſolutionis au
ctoritati rem attribuere: quod cum fieri non poteſt propter rei magnitudinem: aut
aduerſariorum crudelitatẽ aut tpſ. locum: modũ licuiſſe afferemus: cuius rei copi-
am non ſolũ hic ꝛ vbiqꝫ e ſequentibus locis plerunqꝫ inueniemus: neqꝫ enim abſqꝫ
ratione coniunctionis: que ſimilitudine: ac propinquitate conficitur: Loci nobis di
poſiti ſunt: Sed ne quis putet non videre nos huius cauſe abſolutionem quoniam
propinquam in rem traximus. Illam quoqꝫ quã breuiter exponamus: vt nec hoc ta
cere: ꝛ illud ſignificare voluiſſe videamur. Licuit ergo mihi Oreſtes dicet ſoli aga
mẽnonis filio: ꝛ regni heredi iudicium de adultera: ꝛ cede agamẽnonia facere. Hic
etiam illud diuinum dicam: ſi ſequentes loci aut is ipſe quo aduerſarius vtitur ſi cõ
munis eſt: minime nos iuuat/eo confugiendum: vnde locus nominatur: nam idcir
co locorum plurimos a conſtitutionibus nominauimus/vt vel vno verbo ꝛ quid in
cidere poſſet/ꝛ quid ſi propria deeſſent facere oporteret: oſtenderemus: ex obſiſten-
tia: ergo abſolutionis abſolutionem oppugnabimus: ex iure hic gentium per violẽ-
tiam obſiſtentie reſpondebis: huic ius nature opponetur/ac demum comparatio
partium iuris ſequi poterit hoc mõ. ſed non antequã hereditatem adireſ: at defun-
cto patre filius paternarum rerum omnium ius tenet/ꝛ qui hereditatem regni
iure habet: is rex eſt iure quamuis rem non teneat/mihi ne rem tenerem nihil pre-
ter Clytemneſtram obſtabat. At mater erat/ꝛ illud tibi conſuetudo quedam con-
cedebat. ab hoc natura deterrebat: cui potius parendum/aut non tamen proprium
doloreꝫ manu propria vlciſci debebas. At iudex vnuſquiſqꝫ ſue iniurie eſt/ſi in alio
rum iudicium reſpicere non poteſt/ſed non in parentem/at ius neceſſitudine poti-
us/Unde ꝛ ſcelerati parentes bonis odio/nihil enim virtute homini coniunctius:
a qua qui diſcedunt alieni putandi/hec diximus non vt omnia inueniſſe videamur
multa enim pretermiſſa ſunt. Verum vt rem ſub aperiamus que illi ſoli clare pate-
bit/qui cõmunia ꝛ differentia optime tenebit. Qualitas ꝛ intentio locis commu-
nibus coniungentur. Nam accuſator in his cauſis loco communi vtetur contra eũ:
qui inutile vtili prepoſuerit/cum ſtatuendi non habuerit poteſtatem. Item in rela-
tione contra eum/qui plus voluit vim/aut iudicium ſuũ cõſtitutis iudicijs valere.
In conceſſione contra eum: qui plus ignorantiã ſuã legibus antecellere velit. In re
motione contra eum: qui cum peccaſſe confiteatur tamen ſe aliorum culpa velit de
fendere. hec diximus: nõ vt oſtenderemus diuerſos in aſſumptiuis cões locos inue
niri: verum vt rem exemplis clariorem redderemus. Naꝫ citius vnuſquiſqꝫ his ita
dictis videre poterit: vnum his oĩbus vt cetera oĩa ꝑter aſſumptionẽ que ab ea relu
mitur: que diuerſas aſſumptiue ſpecies cõſtituit cõem locum paucis pro re mutatiſ
accomodari quibus locis cõmunibus: quum in qualitatẽ propriã trahuntur: inten
tionem quoqꝫ propriã coniũgemus/ꝛ ex congerie incõmodorum: que crimen ſuuꝫ
conſequi dicimus cũ amplificatiõe ita ipſos facere voluiſſe dicemus: vt hec conſe-
querentur: quod item amplificando a qualitate propria rei. hoc eſt a vita ſua proba-
bilius faciemus: nam vbiqꝫ hec qualitas perſone de qua dicimus intentionem pro
bat: ꝛ ambo hi loci cõmunibus iunguntur: ꝛ quum vnus alterum exaugeat: per cõ-
munes locos latiſſime amplificatur. Defenſoris locus cõis cõtra eum: qui cenſeat
rem pernicioſam vtili preponi: ac in alijs ſimiliter paucis verbis pro re vt dictũ eſt
cõmutatis. id tamen ſciendum ita in remotione defenſorem indignatiõe magis per
locũ cõem vti poſſe: quod culpa aliorum in iudicium: ac in penam iniuſte trahatur:
quemadmodum in conceſſione: non conqueſtione: ſed commiſeratione magis vte-

tur. De humanitate eniꝫ fortuna: miſericordia: rerũ cõmutatione: volũtatẽ in oĩbus
dicet ſpectari oportere: q̃ ẽt in ceteris occupare poterit: quã voluntatẽ / ſi põt quali-
tate propria probabilem reddet: quum is rem: tempus: locum / ante oculos ponet /
vt qui audiunt: exiſtiment aut non potuiſſe / aut inutile fuiſſe aliter facere.

## ¶ De negociali.

Quoniam de coniecturali diffinitiua iuridiciali. ⁊ partibus eius: quam
breuiter ac dilucide potui dictum eſt / nunc antequã ad legitimas ve-
niam / de negociali / ⁊ tranſlatiua diligenter diſſerere placuit / quas id
circo inter legitimas ⁊ rationales poſuimus / q̃ꝺ ſole medie ſunt / quip
pe tam legitime quam rationales inueniuntur / quod exẽplis paulopoſt
vel digito tangi poterit. preterea. non ignoro nõnullos ita negocialẽ ſub iuridiciali
ponere / quemadmodum ſub generali tranſlationem. Quod etſi ratione non careat:
tamen nos optima cauſa contra feciſſe tunc apparebit: quum tempus dabitur vt ꝺ̃
differentijs tam conſtitutionum: quam locorum diſſeramus. ¶ Negocialis conſtitu
tio: que ſic futurum tempus complectitur: vt etiam ad preteritum retorqueri poſſit
finalibus locis tractari ſolet: lege. ſcilicet equo ⁊ bono: vtili: poſſibili: laudabili: ⁊ euẽ
tu: que qualia ſint breuiter exponemus / ſi prius aperiemus quo nã modo nunc legi
timo ſtatu modo per ſe negocialis abſoluatur / vt quẽadmodũ duplex eſt / ita duplici
tractatione complectatur. Legitimo negocialis ſtatu abſoluitur / que a ſcripto na-
ſci videtur / ea eſt huiuſmodi / tribus de bello diebus conſuli lex iubebat. Gallorum
in Italiam audito aduentu / eodem die conſulit camillus exeundum. per ſe tractatur
que nõ a ſcripto / ſed a re naſcitur hoc modo. Pacato orbe Octauianus a. p. r. petit.
Auguſtus vocari / his ita dictis ſi a lege negocialis naſcitur / eam aliqua / vel pluri-
bus / ſi plures incidere videntur legitimis agemus / quod ſi ex re orietur conſuetu-
dinem in loco legis diſponemus: hoc modo rem nouam petis: quam nullus vnquã
optare auſus eſt. Econtra autem defenſor per inficiationem: ⁊ obſiſtentiam non eſ-
ſe noua dicet que petit: quoniam ⁊ Valerius publicola: ⁊ Pom. magnus cognomi
natus eſt: quod etſi rem inuſitatam petere videretur: tamen ſibi concedi conuenire
⁊ quoniam res ab eo geſte incredibiles magnitudine ſint. Equũ ⁊ bonum aliquam
iuridicialium obtinet. Quare dabimus diligenter operam vna vel pluribus parti-
bus eius: quod equum ⁊ bonum ſit: aut econtra enodare. Verum in his finalibus
locis ſepe quum non poſſumus rem ex lege: aut ex equo ⁊ bono aut commodo: ⁊ lau
de noſtra poſſe fieri oſtendere / oppoſitum addita negatione ⁊ proponere: ⁊ con-
firmare ſolemus. vt ſi nec commodis noſtris abeſſe: nec contra equum ⁊ bo-
num / nec contra ſtatutas leges fieri quid doceas. ¶ Vtilitatem in duas partes
diuidimus quarum vnam vſum / alteram neceſſarium appellamus. Vſus
eſt qui etſi quum adeſt iuuat / tñ cum abeſt non plurimum obeſt. Neceſſarium eſt /
quod niſi faciamus calamitatẽ allaturum eſt hec dupliciter inueſtigari ſolent / nam
etſi hoc facimus / quid nobis vſui futurum ſit / ⁊ quid neceſſarium aduenict aperie-
mus / etſi non facimus / ſimiliter quem vſum amiſſuri / que neceſſitas aberit oſten-
demus / quorum vtrunqꝫ rurſus quadripartito diuidimus. Nam ſi facimus cum
vſum / eas commoditates / ea neceſſaria nos obſeruaturos dicemus / que in preſen
tiarum poſſidemus / multa quoqꝫ affore nobis / quorum in pñtia idigemus / incom
moda ẽt que modo vrgent / expellemus / futura prius quam veniant euitabimus.
Item ſi non facimus: bona que nunc habentur e manibus amittemus / futura non
ſperabuntur: mala que adſunt inerunt: ⁊ alia quoqꝫ conſequentur: hac ratione ſiue
hortemur: ſiue dehortemur commoda: ⁊ incommoda inſtãti / ⁊ futuro tempore con-
ſiderabimus: que omnia triplici ratione perſpiciuntur. Nam ⁊ bona quedam ani-
mi eſſe dicimus: vt religio: vt pietas: virtus: ⁊ corporis vt ſanitas: robur: pulchritu
do: ⁊ rerum

do: ⁊ rerũ externarũ: vt diuitie: poteſtas: gloria: de quibus latius ſuo loco dicemus.
Cauendũ aũt ne id quod palam obeſſet: aut prodeſſe videtur iure huiuſmodi eẽ ne-
gemus. Nihil enim eſt q̃ꝺ magis auditoris animũ offendat: quã manifeſta certaqꝫ
ratione cõprobata negare: Quare multo tutius eſt: ſi que aduerſarij faciẽda dicũt:
vtilia eſſe videtur: vtiliora dicamus ea: q̃ nos proponimus: ac ita per comparatiõeꝫ
cõmodi: ⁊ incõmodi. ⁊ aliorũ agamus: vt tã ex lege ⁊ cõſuetudine: quã ⁊ equo ⁊ bo-
no facilitate: cõmoditate: laude: ceteriſqꝫ ſimiliter que incidunt: hoc potius quaꝫ il
lud faciendum hortemur. Poſſibile vtilitati adiũctum eſt: nam neqꝫ quod vtile ẽ
niſi poſſibile: neqꝫ q̃ꝺ poſſibile niſi vtile videatur: ſuſcipere ſolemus. Poſſibili due
partes ſubiecte ſunt: facile: ⁊ difficile: ſi facile fieri põt: q̃ꝺ dicimus: dicemus huiuſ-
modi eſſe: vt etiam ſi difficile videretur: tñ nõ cõtẽnẽdũ eſſet: Nũc vero quũ ſit facil-
limũ: ⁊ afferemus rõnes: ſin difficile eſt: per inficiationem: ⁊ obſiſtentiã tractabitur.
Non enim eſſe difficile argumentabimur: deinde ⁊ ſi difficile eſſet: tñ oportere pro
laude: ⁊ honeſtate labores: ⁊ pericula libenter ſufferre: ⁊ maxime ne grauioribus op
primamur: hoc aũt facile ac leue eſt: quod ſi belli aut pacis deliberatio eſſet poſſibi-
le ab his: que perſonis attributa diximus inueſtigaremus / nam tum animi: tũ cor-
poris: ⁊ externarũ rerũ cõmemoratiõe noſtras vires cũ aduerſariorũ cõparabimus
Quorũ vnũ quodqꝫ vnicuiqꝫ conferemus: niſi forte anguſtijs accideret cauſe / vt v
tilius ad dicendum videretur / non ſingula ſingulis / ſed vniuerſa vniuerſis expo-
nere / hac in contentione ſi non oĩbus antecellimus id quo preualemus efferenduꝫ:
⁊ omnibus preponendũ. Si contradicimus / facile difficile: difficile impoſſibile fo-
re cõprobabimus / que ſimiliter ſi commode fieri poteſt inficiatione: ⁊ obſiſtẽtia ab-
ſoluemus. Hic locus ab his ſemper fluere ſolet: quibus res qua de cõtrouerſia eſt:
tanquã inſtrumentis conficitur / que ſi alijs apparantur ea quoqꝫ cõſideranda ſunt:
vt bellũ militibus ⁊ claſſe. he ambo pecunia. laudabile eſt: quod conficit honeſtaꝫ ⁊
preſentem: ⁊ conſequentẽ cõmemorationẽ / id ex officio ⁊ virtute naſcitur / que quat
tuor: ſunt / prudentia / iuſticia / fortitudo / modeſtia. de quibus loco ſuo latius dice-
tur / hunc locum his modis / quibus vtile conuenienter tractabimus. Naꝫ quid fa
cientibus / aut non facientibus laus / aut ignominia nobis attribuetur oſtendemuſ
⁊ vtrumqꝫ inſtanti / ac cõſequenti tempore laude ⁊ ignominia quadripartito diui-
demus hoc modo. Si facimus quã iam nacti exiſtimationem videmur / conſerua-
bimus / ⁊ meliorem conſequemur / ſi qua ignominia ſit / aut falſa omnino putabitur
aut diminuetur / aut ſi que conſecutura erat / penitus euaneſcet. Ceteraqꝫ ſimiliter
ac de vtilitate dicebamus excogitare cõueniet. Item quod de equo ⁊ bono / ⁊ cete-
ris dicebamus in poſſibili maxime ac in laudabili fieri ſolet. Nã q̃ꝺ clare honeſtum
appellare non poſſumus / id non turpe. quod non facile videtur / id non nimis diffi-
cile / quod non vtile id non obeſſe probabimus ad quod aduerſarius infinitione ob
ijciet non debere ad eam rem faciẽdã ciues hortari: que non officiat / ſed ad eam que
pro futura ſit. Euentus eſt conſecutio laudabilis / ⁊ vtilitatis poſtremo conſidera-
ta / is a laudabili ⁊ vtilitate re parũ / tractatione multũ differt / ⁊ re quidem differt
quoniã conſequitur / nunquã antecedit hoc modo. Vtile eſt florentinis opem ferre.
Sic. n. non in Venetia / ſed in lyguria bellum erit / quod ſi non facimus / nõ in lygu
ria / ſed in Venetia pugnabimus. Item laudabile erit liberam ciuitatem tutari / ne
in ſeruitutem deueniat / quod ſi negligemus / libertatem italie non iniuria prodere
videbimur. Euentu poſtea oſtendes / amplificando. que lucra / quas diuitias / quã
laudem quod nomen conſequemur / ſi pro libertate in lyguria pugnabimus. Item
econtrario que damna / quas iacturas / quam ignominiam nobis ⁊ poſteris noſtris
hac negligentia preparabimus. Qui euentus / etſi nonnunquam ad confirmãdos
eos locos / quos conſequere adhiberi ſoleat / tamen quia in dicendo ſeorſum etiã po

nitur ſeparandus fuit. In hoc igitur maxime a ſuperioribus differt euentus: quoni
am ibi ſolū tangitur: loco ſuo ampliſſime exponitur. Preterea ibi ſine complexione
fere ſemper: hic ſine complexiōe fere nunquā tractatur oratio. Amplius ibi ad pro-
bationē aliorū inducitur: hic ad cōprobandū euentū alia afferuntur. Complexione
igitur tractatur euentus hoc modo. ſiue vincamus ſiue non: vtile ſimul ac laudabi-
le eſt libertatem tutari: cui addere poterimus ſolum decretū ferendi auxilij confer-
re multum poſſe: vt ꝛ timore abſtineat: cum paratos nos eſſe ſentiat: ꝛ periculi ma-
gnitudine deterreatur. Item ſiue nobis: ſiue vincāt ſiue vincantur: qui ad defendē
dam libertatē nos rogāt: cū inutile eſt: tū ignominia plenum. Id preterea ſciendū:
qḋ ſi cōplexionibus q̄ in euentu ſunt vim in dicendo magnā aſſequi poſſe videmur:
poterimus quum ſeparatim euentum per complexionem tractauerimus: concluſio
ne poſtea vti plurimis ante rem geſtam exemplis locupletiſſima: quod ſi aut paruꝫ
exemplorum copia ſuppetit: aut que ab euentu dicuntur firma: non ſunt ab euentu:
ꝛ exemplis ſimul totam orationem concludemus.

¶ De tranſlatione

Tranſlatio ſimiliter ac negocialis: aut ſcripto abſoluitur: aut non: ꝛ eā qui-
dem: que ſcripto abſoluitur perfectā preſcriptionem appellamus. Que eſt
huiuſmodi: LEX. ſi lex fertur in centeſimo die poſtquā ferri cepit/
ſanciatur: eiqꝫ vſqꝫ ad nonageſimum diē ſolū cōtradicere liceat: Quū pauper qui-
dā legatus miſſus eſſet: quidā virtuti eius inuidus legē tulit. Neminē. r. pu. gerere
cuius cenſus quinqꝫ talentis pluris non eſſet: poſt nonageſimū diē rediit a legatio-
ne pauper: ac late legi contradicere ſtudet. Hec preſcriptio duas ſemper ſuſcipit q̄-
ſtiones: quarū prima: vel legitimo ſtatu: vel diffinitione: altera rōnali abſoluitur. nā
ꝛ in propoſito exēplo: primo ſcriptū ꝛ ſententia incidit: quū is qui legi cōtradicit: aſ-
ſerat legis intentionē eſſe: ne hi qui cū lex ferebatur: preſentes erāt vltra nonageſſi-
mū diē cōtradicant: ſibi abſenti eum debere intelligi primū diem: quo in ciuitatē ap
plicuit. deide per negocialē cōſiderabimus/ ſi ex vtilitate noſtra laude equo ꝛ bono
ea lex ſanciri poſſit. Preterea pſcriptionis locus: quē ſuperius recuſationē appella
uimus: propoſito themati poterit accōmodari hoc modo: quū quinqꝫ talētū cenſuꝫ
non habeas lege lata: cui preter te nemo ciuiū contradixit. dicere non potes: nec om
nino aliud in re. p. reprehendere: ad quod ſi id dicetur: quod non cōueniat ea lege tā
quā ſancta vti: de qua an ſanciri debeat: queſtio ſit. Tranſlatio aūt nō ſcripta: in hoc
maxime a preſcriptione differt: qḋ illa ex lege ipſam rem eijciendam eſſe oſtēdit: hec
quum rem ipſam per ſe non poſſit reijcere: ex aliqua circumſtantia eam reprehendit.
Quum autem ꝛ recuſatio: vt in coniecturali latius dictum eſt: aliqua in circumſtan
tia: que in geſtione negocij ſit: fundari videatur tamen ab hac tranſlatione que a ſcri
pto non naſcitur: maxime diſtat. Nam recuſatio quū per ſe in iudicium non veniat:
non ſtatus ſed locus eſt. hec igitur non ſcripta tranſlatio in hos locos diſtributa eſt.
Expoſitionem recuſationem a ſcripto: repulſionem: ratiocinationem. diffinitionem
aſſumptionem: alteram repulſionem abſolutionem: infinitionem: qualitatem ꝛ intē
tionem: hoc modo. Fortis vir cuiuſdam ciuis interitum petijt: ac habuit: poſtea cla
rum factum eſt ciuem illum ab eo interfectū fuiſſe. Ante petitionem reus eſt cedis.
Expoſitio occidiſti hominem: quā cū amplificatione multo maiorem dicemus: quā
in his facere ſtatibus ſolemus. In quibus amplificatio: ꝛ comparatio: inueniūtur.
Recuſatio. non debeo rōnem eius cedis reddere: q̄ mihi a populo cōceſſa eſt. Inter
hāc recuſationē: illāqꝫ q̄ in cōiecturali nōnūquā inuenitur: hoc intereſt: qḋ illa nūquā a
ſcripto: hec ip a ſcripto oritur: nā hic fortis vir nullo pacto exceptionē totius accuſa
tiōis faceret: niſi petitio eius cedis plebiſcito firmata eſt. Repulſio rem que per re
cuſationē affertur cōcedit. Sed ex aliqua circūſtātia reprehēdit. Nō erat tunc tibi
hec cedes

hec cedes conceſſa: cum patrata eſt: quare quum homini vis cōtra rem pu. illata ſit
non effugies: nā ſi quum petebas: viuus contradiceret: nō traditus fuiſſet: ꝛ q̄ hu-
iuſmodi ſunt: is locus in tranſlatione vehementiſſimus eſt: quum aut in tempore:
aut in loco fundatur quum vero ab alijs circumſtantijs ducitur: multo remiſſiorem
vim habet: Ratiocinatio nā aut parum differt poſt impetratā a populo cedem: aut
paulo ante interfeciſſe: hec ratiocinatio vt etiam ſuperius diximus: quum ea que p
eam colliguntur multum diſtare videntur: niſi cautius pertractetur: peruertit defē
ſionem quod ꝛ ceteri loci nonnunquā faciunt. Nā ſi quis quoniam licet comprehen
ſum adulterum interimere: adulterum in templo interficiat: ꝛ reus cedis ſit: non be
ne rōcinationē exponet: ſi dicet nihil differre ſacro ne in loco: an in profano adulter in
terficiatur: non enim parū differre videtur. Quare non ita: ſed aut multo preſtanti-
us hoc illo dicet: quoniā decet: coram dijs adulterū penas pendere: aut ad euentuꝫ
illum confugiet: qui quoniam eadem ex circumſtantia naſcitur: repulſionem conſe-
quitur hoc modo. Nam ſi adeo hoc differre iudicatur vt in templo non liceat comp-
henſum adulterum interficere: adulterijs templa deorum adimplebitis. Diffinitio
ne multum diffiniēdo differre probabimus: que ratiocinatione non differre collige
bantur Poſt ratiocinationem diffinitio in tranſlatione ſequitur: quoniam accuſa-
tio: ꝛ defenſio inter ſe commutate ſunt. Obtinet enim accuſator defenſoris: defenſor
accuſatoris vim in tranſlatione. quare mirum videri non debet: ſi ad cōmutationeꝫ
perſonarum: loci etiam cōmutentur: quibus illud addam: diffinitionem: que antece
dit ab antecedentibus: que conſequitur a cōſequētibus frequentius inueniri: Qua
re ſi ex diſpoſitione tempore differūt: ꝛ ex inuentione tempore diſtabūt. Aſſumptio
in his relatiōis eſt: Iure enim ceſum adulterum dicemus: aut dignum cede: populi
etiam iudicio viſum: hec cōi loco vt in aſſumptiuis diximus approbatur Altera re-
pulſio aſſumptioni oppoſita eſt. atqui te oportebat vere rem populo expoſuiſſe: tui ḋ
licti veniā petere vel qḋ dignū cede occidiſti. hec a ſuperiore differt: quoniam illa to
tam tranſlationem continet: ꝛ ab omnibus circumſtantijs inuenitur / ſine hac tran-
ſlatione conſiſtere poſſe manifeſtum eſt: ꝛ ab eo modo proficiſcitur: qui eam circun-
ſtantiam ſequitur: vnde prima repulſio inuenitur. Abſolutio. licebat quod volebaꝫ:
ꝛ quō volebam petere. Infinitio non particulatim: ſed generaliter proponitur / ꝛ tā
accuſatoris quā defenſoris inuenitur / hoc mō. Oporteat ne huiuſmodi rem iudiciū
effugere / vel oporteat: ne virū fortem populum calumniari. Ex his iam patet quan
ta obuoluantur ignorantia: qui tranſlationem in conſtitutionibus non ponāt. Nam
ꝛ ſi nihil aliud eſſet: quod eos moueret / tñ propter cōmoditatē dicendi / quā in hac
facultate ſequimur accipiēda eſſet. verū eos hec ratio fugit / ac quoniā legitimis ra-
tionalibuſqꝫ preſcriptio implicatur / eiſqꝫ abſolui poteſt / tranſlationē illis oio accō-
modarunt. Alterā. n. eius partē videre non potuerunt que quū locos ſuos / locorū-
qꝫ diſpoſitionē propriā teneat / ad alias reduci qui pōt: Nos vero nō hāc partē ſolū:
ſed illam etiam a ceteris ſeparamus / quoniam que accedunt / queqꝫ incidunt loco
rum vim ad principales habere omnino videntur.

¶ De ſcripto ꝛ ſententia.

Legitima conſtitutio eſt / que de ſcripto vno vel pluribus naſcitur / Eam in
quatuor partes diuidimus / ſcriptum / ꝛ ſententiam contrarias leges am-
biguū / ratiocinationē. Scriptū ꝛ ſnīa in hos locos diſtribuūtur. Expoſitio-
nem / intentionem / inſcriptionem / intentionem legiſlatoris / rōcinationē / diffinitio-
nem / aſſumptionem / repulſionem / comparationem / violentam diffinitionem / infi-
nitionem / alteram repulſionem / abſolutionem / qualitatem / ꝛ voluntatem. Ex-
poſitio eſt ipſius rei / que contra ſcriptum facta eſſe videtur / cum breui amplificatio
ne propoſitio / hoc pacto. LEX. peregrinum murum aſcendere capitale ſit / tem

poꝛe belli quidam murum aſcendit:hoſtium ducem interfecit. Expoſitio aſcendiſti
murum contra legẽ:hic ſcripti recitatio nunquã fere pretermittenda eſt. Intẽtio
dupliciter intelligitur:nam ⁊ ſcriptoꝛis ſententia circunſtantijs enodabitur:quẽ pe
regrinũ:quo tempoꝛe/quo modo/qua de re poſſe aſcendere legiſlatoꝛ intelligit:⁊
rei voluntas aperietur:hoc modo:nõ eſſe tantum perſpiciendum quod aſcendit:ſed
qua voluntate:⁊ qꝺ vt ciuitatẽ defenderet:hoſtes propulſaret. In ſcriptio nihil ho
rum addit legiſlatoꝛ:ſed ſimpliciter dixit qꝺ voluit peregrinum in murum non aſcẽ
dere.⁊ vtetur breui collaudatiõe ſcriptoꝛis:quod cõmode plane:nil ambigue ſcrip-
ſiſſet:⁊ ſcripti cõmemorationem faciet. Altera intentio communis eſt. Nam qui a
ſententia dicit:eam ad inſcriptionem opponet.hoc modo: Idcirco nihil hoꝛum ſcri
ptoꝛ addidit:quoniam que ita clara ſunt:vt per ſe intelligantur:ſcribenda nõ duxit
⁊ vtetur collaudatione ſcriptoꝛis:quod illud ſolũ ſcripſerit:qꝺ neceſſe fuerit:qꝺ du-
biũ nõ eſſet id nec ſcribendũ duxerit. Accuſatoꝛ dicet non propter hoc id legiſlatoꝛẽ
omiſiſſe:qꝛ̃ ꝑ ſe intelligi poſſe putauit:ſed quoniã omnino noluit peregrinũ muruꝫ
aſcendere:hic ⁊ aduerſarioꝛũ ſñia contemnetur ⁊ infirmabitur ſi nihil dicemus ſcri
ptoꝛi obfuiſſe:ſi illud voluiſſet aſcribere. Uerum noluit:quoniã aut iniquũ:aut con
tra iura communia:aut inutile:⁊ quod clare ſcriptum eſt:equum ⁊ vtile:⁊ dicemuſ
cauſam quare id ſcriptoꝛ ſenſerit quod ſcripſerit:hanc ſententiam oppoſitam appel
lamus.⁊ ſcripto nõ rei geſte accõmodari cenſemus:⁊ ex re ſententie oppoſita inueni
ri putamus:⁊ quũ aliquid aſſumitur:in quo cõuenire effectus vrget euerſionẽ quo
qꝫ legis ea re ſequi demonſtramus:ac ⁊ emũ contentionẽ preſẽtis ſalutis cũ futuro
incõmodo adhibemus:que res aſſumptionẽ:quã per oẽs partis inſcriptum:⁊ ſentẽ
tiam ſicut econtrario incidere non negamus:vehementer probat. Ratiocinatio in-
ſcriptionẽ:ac intentionẽ ſcripti in vnum colligit hoc modo.nihil differt additũ eſſe:
niſi ſalute rei.p.aſcendit:vel non eſſe additum:nam ⁊ abſqꝫ additiõe hac clariſſimũ
eſt. Is locus exẽplis cõpꝛobari ſolet:ſi quã plurimas leges breuiter ſcriptas eẽ oſtẽ-
demus/que tñ cũ exceptionibus quibuſdã:ſiue expoſitionibus:tũ cõſuetudine re-
cta ex vtili.r.p.ſententia intelliguntur. Que omnia ſi vt verba ⁊ litteras ſequaris:
cõtemnere inſtituiſti calũniatoꝛes nõ boni ciuis officium obtines. Nam ſi ex equo ⁊
bono moꝛe:natura legẽ nõ intelligis:ipſum legiſlatoꝛem:aut iniquũ:aut ſtultũ:aut
inuidũ calũniaris/cũ aut iniuſtũ/aut impoſſibile:aut pugnantia.i.nõ cõuenientia cũ
ſuperioꝛibus ⁊ inferioꝛibus/aut inutile ſcripſiſſe eũ aſſeueres. Diffinitio ad rõcina-
tionẽ fertur/⁊ quod plurimũ inſcriptio a ſcriptionẽ differat:diffiniẽdo oſtendet/quã
diuerſitatẽ etiã a diuerſo euentu probabit/quid ex hoc/quod ex illo conſequi poſſet
breuiter aperiet. Aſſumptio hic cõparatiua eſt/que per cõceſſionẽ differentie/quaꝫ
is/qui a ſcripto dicit inferre ſolet/introducitur hoc mõ. etſi hec vt dicis differant/
tamen in vtilitatẽ/⁊ tutelam ciuitatis feci. Repulſio ex aliqua circunſtantia aſſum
ptionem refutat/hoc modo.ſi huic rei.p.vtilitati eſſe volebas aliter ſibi nõ preuari
catione conſulere debebas/ Comparatio vtrũ maius emolumẽtũ ne qꝺ ex preuari-
catione ſecutum eſt/an ipſa preuaricatio ⁊ conferemus id quod ſcriptum eſt/cũ eo
quod factum eſt/ac oſtẽdemus quid iudicem ſequi opoꝛteat. ſi a ſcripto dicemus/
ſcriptum potius quam id quod aduerſarij acute excogitarint quoniam periculoſiſ-
ſimũ ſit/a ſcripto diſcedere. Sin a ſententia econtrario hoc multo tutius atqꝫ hone
ſtius dicemus/qꝺ iã ſalutẽ peperit.hec cõparatio vt certis regulis cõpꝛehendatur
tempoꝛe/perſona/multitudine/honeſtate/ac euentu tractari ſolet/quod iã diu ſen
tentijs potiuſquam ſcripto vtamur/vel econtrario/quod ſolon maxime auctoꝛita-
tis vir ita iudicauerit/quã plures ciuitatum ſic vtantur qꝺ iuſtius/ac melius ſit qꝺ
vtilius futurum. Uiolenta diffinitio non eſt hoc preuaricatio. Sed conſtitutio legũ
⁊ firmamentum. Itẽ econtrario immo nil aliud quam preuaricatio murum te non
aſcendere lex

aſcendere lex iubet/tu aſcendiſti. Infinitio. opoꝛtet vnũquẽqꝫ pro virili parte ciuita
ti vbi viuit cõſulere. Itẽ nõ opoꝛtet niſi leges conſerues. Altera repulſio vt in aſſum
ptiuis accuſatoꝛis eſt/⁊ infinitioni defenſoꝛis per obſiſtentiã opponitur:hoc modo.
Et ſi tibi licet pro virili parte.r.p.cõſulere:non tamen omni modo quouis niſi rẽ po
pulo aut Senatui pateferis. Abſolutio licet quecunqꝫ.r.p.conferre videris:vel
non cõmunicato conſilio cõficere:⁊ ſi ẽt non liceret:tamen quũ ꝑꝑ breuitatem tpis
hoſtiumqꝫ impetum:ac cetera huiuſmodi differendũ nõ eſſet.mihi tunc ꝓfecto licu
it. Qualitas ⁊ voluntas ꝑ cõmunes locos tractantur:qui ſunt a ſcripto quidem in
eum qui quũ fateatur:contra id quod ſcriptũ eſt feciſſe:tamen audeat facti querere
defenſionem a ſñia contra eum:qui ſcriptum recitet ſcriptoꝛis ſenſum:⁊ voluntatẽ
contemnat.

De contrarijs legibus.

Legitimã conſtitutionem ꝑ contrarias leges dicimus:vt in pꝛioꝛi libro de
clarauimus/quũ due leges/aut etiam vna:que diuidatur:inter ſe pugna-
re videntur.hanc poſt ſcriptum:⁊ ſententiam collocauimus/quoniam eiſ-
dem geminatis locis tractaẽ. Unde nonnulli nõ diuerſam a ſcripto ⁊ ſententia legi-
time ſpeciem hanc/ſed modum eius quendam putarunt ſicut duplicem coniectu-
ralem:aut diffinitiuam non cõſtitutiõis ſpeciẽ:ſed modũ coniecturalis ẽt nos in pꝛi
mo poſuimus. Uerũ hanc ſegregandam omnino intelligent:ſi vt ẽt ſupius dictũ eſt
diligenter conſiderare voluerint oẽm ſtatum ab eo:qꝺ probatur fluere ſolere.deinde
in ſcripto ⁊ ſñia vnum ſcriptum affertur:de quo queſtio fit:hic plura. quare quum
vnius ⁊ multoꝛum eadeꝫ eſſe diffinitio non poſſit:diuerſas legitime ſpẽs has eẽ nul
lus dubitauerit. Preterea nõ ſolũ ad veritatem rei:verum etiam ad dicendũ mul-
tum intereſt. Unã ne aut duas putemus:nam in ſcripto ⁊ ſententia:vnus ſcripto:al
ter ſententia ſemper contrarijs in legibus vterqꝫ ſcripto eius legis/qua nititur/⁊
ſententia contrarie legis vtitur. Poſtremo in contrarijs legibus:etiam is locus in
cidit:quem continentiam latine appellare placet:qui tunc inuenitur:quũ aut plura
per ſe aut diuiſione quadam plura ſcripta videntur. Locus autem diuerſus ſi ab
ea re:de qua queſtio eſt naſcitur quoniam diuerſitatem eoꝛum que pꝛobantur oſtẽ-
dit/aliam conſtitutionis ſpeciem conſtituit. Quare contrarie leges a ſcripto ⁊ ſen-
tentia diuerſam legitime ſpeciem omnino conſtituunt:que locis ſcripti ⁊ ſententie
geminatis vno tantum addito tractatur expoſitione.ſcilicet eius quod pꝛeter ſcrip
tum factum eſſe dicitur. Intentione:altera expoſitione:ſcripti altera intentione.
Uerum inſcriptio ratiocinatio:⁊ diffinitio in contrarijs legibus idcirco rariſſime in
ueniuntur:quoniam quicquid ex his locis ab vno dicitur ab altero ſimiliter pꝛofer-
ri poteſt:hac equalitatis rõne etiam abſolutio deficit:niſi quum ea lex que a defen-
ſoꝛe pꝛoponitur eum locum poſſidet/quem continentiam nominamus/ergo poſt
diffinitionem:vt in ſcripto:⁊ ſententia aſſumptio repulſio:comparatio. Uiolẽta dif-
finitio infinitio altera repulſio deinde qualitas/⁊ voluntas ſequuntur. Locus ve
ro quem in contrarijs legibus inueniri diximus:quem cõtinentiam latine/qꝛ̃ nos
περιέχον dicimus noiare placuit poſt comparationem collocabitur/que vt diluci-
dius intelligi poſſint/in hoc themate conſyderetur. LEX. abdicato non lice-
at quicquã paternarũ rerum poſſidere:⁊. Lex qui tempoꝛe tempeſtatis in na
ui ꝑmanſerit is nauẽ habeto.abdicatus tempeſtate ꝑmanſit in naui paterna. Expo
ſitio accuſatoꝛis ſic agitur/vt in ſcripto ⁊ ſñia:quũ ſis abdicatus:rem paternaꝫ poſ-
ſidere nõ potes: Intẽtio hic legiſlatoꝛis eſt:ꝑ quã defenſoꝛ expoſitioneꝫ accuſatoꝛis
refutat:dicet enim legem abdicatos hereditate:ac ſucceſſiõe quadam paternarum
rerũ pꝛiuare filios/ſe nõ vt filium:ſed vt alienum nauem poſſidere:cui loco ſubiun-
get alteram expoſitionẽ:quod ſcilicet lex iubeat eum nauem habere:qui tempoꝛe tẽ

peſtatis in naui permanſerit/huic expoſitioni alterã ĩtentionẽ opponet aduerſarius.
Nam id nobis vniuerſaliter preceptum ſit ſcriptum ſemper quum contra nos eſſe
videtur: Intẽtiõe hoc eſt ſententia/⁊ voluntate ſcriptoris ſolui debere/hec igitur al
tera intentio hic erit qḋ legiſlator eos voluit/ſi permanſerint poſſidere/qui abdica=
ti non ſunt/⁊ tunc quũ alia lex nõ contradicat/⁊ ſequitur indeterminatio/quã ⁊ in
ſcriptionem nominamus. Sed quoniã exequari videtur/vt diximus difficillime in
uenitur. Poſſet aũt tunc incidere/quũ vna lex ⁊ dilucida/altera obſcurior eſſe vide=
tur/aut cum vna lex iudicatis confirmatur. hoc eſt qḋ ea lege plerunqꝫ vtantur iu=
dices altera fere nunquam/tunc enim huiuſmodi legum diuerſitate/quod vna cla
rior/aut vſurpata ſit/altera obſcurior ⁊ vſui parum accommodata, poterit hi loci
fortaſſis ita pertractari/vt non videantur ex vtraqꝫ parte omnino eadem/ſed diuer
ſa dici. rõcinatio diffinitio ſimiliter: atqꝫ indeterminatio difficillime: ac fere nũquã
incidere poſſunt: quãuis magni oratores etiam que difficilia ſunt orationis vi faci=
lia reddãt. Verũ nos quod ars intentiõis oſtẽdit: nõ quod grauis orator efficere po
teſt nunc ſequimur. Altera intentio eſt: qua ſnĩa ⁊ volũtas ſcriptoris ab vtroqꝫ ac in
vtroqꝫ ſcripto inquiritur. accuſator dicet: ideo legiſlatorẽ abdicatũ rebus paternis
priuaſſe: quod nõ dignũ putaſſet turpem: ac odioſum patri filiũ quicquã qḋ patris
eſſet poſſidere. Defenſor nõ ꝑ ꝑ hoc: verũ vt coacti filij labore ſuo ſe ipſos ſuſtentare
velint: vt quũ ſe ipſos nihil habere intelligant: pericula ſubeant: honeſte queſtũ in=
quirant: ocium ⁊ delitias procul abijciant: qḋ is fecit. Nam vterqꝫ poſt eam inten=
tionẽ: quã ſcripto accõmodat factum ſubiunget ei conueniens: vt accuſator hic tur=
pitudinẽ vite/defenſor factum periculũ ſuum tempeſtatẽ breuiter ſupponet. Item
ideo ei: qui in tempeſtate ꝑmanet: nauẽ dari iubet: vt nauigãtes pericula tẽpeſtatuꝫ
libenter ſufferant: ⁊ ex hoc quã pauciores ciues naufragiũ patiantur. Ex parte accu
ſatoris huius legis intentio in propoſito themate: vel non incidit. vel infirma eſt.
Nam etſi noluiſſe legiſlatorem duplici pena eos affici: qui nauem reliquerunt con=
ſtat: id tamen dicere preſertim inuidioſum eſt. Si alius ageret nõ veriſimile. Qua
propter multo infirmiores: etiã cetere ſue rõnes eſſe videntur: nã qui contrariam le
gem intẽtiõe infirmare non põt/is quaſi concedere videtur: illa potius quã ſua lege
vtẽdũ eſſe/hec ſcripti intẽtio in ſcripto ⁊ ſententia ad ĩſcriptionẽ afferri ſolet: hic ad
ipſum ſcriptum. aſſumptio accuſatoris hic relatiua incidit: ⁊ intentioni defenſoris
opponiꝰ/hoc mõ. Sed abdicatus/es ⁊ nihil patris poſſidere potes: ⁊ vtetur breui
amplificatiõe ꝑ locũ cõem cõtra abdicatos. In omni. n. relatiõe aſſumptio loco cõi
approbatur. defenſoris aſſumptio: ſed permanſi in naui: in qua comparatiuꝫ quid
incidit melius atqꝫ vtilius ſint in naui permanſiſſe: ac ita ſubire periculũ: ⁊ perpeti
tempeſtatem: vt nauis ac omnia que in ea erant ſalua ſint: quam ſi omnia ſimul per
dita eſſent. Itẽ vtilius eſſe. r. p. mihi nauẽ adiudicarier: hoc. n. exẽplo: ⁊ alij ſuo peri
culo conabũtur a tempeſtate naues conſeruare: hic tempeſtatis vis magnifice ante
oculos ſubijcietur. Repulſio defenſoris ad aſſumptionem accuſatoris per inficiatio
nem prius/deinde per obſiſtentiam refertur. ⁊ ſi is eſſem: quẽ tu putas/ac ita tur=
pis: ita infamis vt tu dicis: nunquam tamen iure naui ea priuarer: quã ſeruaui: ne=
qꝫ tempus nunc preteritam vitam accuſare. ſed hac de re qua de agitur diſputare:
quam tu virtute: ac labore meo confectam eſſe negare non potes. accuſatoris repul
ſio. alijs in rebus: non in his que lege prohibentur: virtutem tuam oſtendere debe=
bas/Comparatio: qḋ nam ſcriptum legis oporteat potius ſeruare: ſi vna iam pri=
dẽ ⁊ ſpꝫ altera nuperrime: vel raro vſi ſumus/⁊ que lata prius. Si hec a publicola/
illa a decẽ viris/ſi multi hac: pauciores illa vtãtur: aut ſi hoc pro. r. p. Illud pro pri=
uatis agi cõueniẽs quibuſdã ſcriptũ ſit: ſi hec iuſtior: ac cõi iuri equior: ⁊ bono magis
cõueniẽs: Si vtilius: cõducibiliuſqꝫ ſit hãc: quã illã ſeruare: quoniã ſi hec reuocet:
multa incommoda

multa incõmoda res. p. perpeſſura eſt: illa ſi contemnetur: aut nihil: aut multo mi=
nus incõmodoruꝫ adducet/ad comparationẽ continẽtia proprius huic ſtatui locus
preter eos qui ſcripto/⁊ ſnĩa attribuuntur ſtatim conſequitur. Continentia eſt locus
quo diuerſis quibuſdã poſitis ſcriptis diligenter quid contineat/quid contineatur
conſyderamus: hoc eſt ſi poſſumus huiuſmodi earum legum naturam oſtendere. vt
ſi vna obſeruatur. altera ẽt ſimul obſeruetur: ſi reuocatur/altera ẽt contemni videa
tur/hoc modo/ſi nauem poſſidebo nulla iſtarum legum deſpicietur: vtraqꝫ obſer=
uabitur/permanſi in naui/ſecundũ legem eã habebo/que iam patris non erat/nec
paterna amplius dicenda ex quo tempeſtate relicta fuit. Verum qm̃ is locus non
plane nec aperte in propoſito exemplo incidit: vt eius vis omnis clarius appareat:
hoc etiam thema huius ſcripti ponatur. LEX. vitiata virgo vitiatoris aut in
teritum: aut connubium optet. quidam qui duas ſimul vitiaſſe dicitur vna interitũ:
alia connubium optat. hic vtranqꝫ partem legis integraꝫ fore dicet: ſi capite plecta
tur. Nam hoc modo vtraqꝫ vita iniuriã erit: que ſi alteram in vxorẽ accipiet: alterĩ
nullo modo ex lege penas dabit. per hunc locum ⁊ abrogatio ac derogatio conſyde=
rantur: ⁊ vtrum vna iubeat: altera permittat: nã illa lex: que iubet: aut cui nihil ab=
rogatũ: aut derogatum fuit: quum plus valeat: cõtinere eam videtur: que permit=
tit: ⁊ cui abrogatum ſiue derogatum ſit. qḋ ſi quid in cõtinentiam ab aduerſario af=
fertur: non alienum erit vtriuſqꝫ rei vti collatione: vt ſi humanitatem: ⁊ miſericordi
am ita continentie opponat vt ſimul conſeruari quoqꝫ legem dicat. collatio honeſto
⁊ euentu fieri poteſt. Violenta diffinitio continentiam confirmat hoc modo. Nihil
paterni poſſideo: nõ erit hec nauis quum in media tempeſtate relicta eſſet amplius
patris: ⁊ ſic ſuum alicuius eſſe dicet: quod in tutela illius ac gubernatiõe eſt: ſponte
aut deſperatione relictum alienum eſſe: quod ⁊ legiſlator ſenſit: quiꝫ eos: qui nauẽ
in tempeſtate relinquunt amittere iubeat. Item econtra non poterat nõ eſſe patris
quod nullius alterius erat. Item non eſt conſeruare legem: ſed contemnere ſi viuus
vitiator relinquitur neceſſe eſt enim ſedeat vitiata deſpecta omnino: ⁊ abiecta puel=
la: quum nullam ſibi vltionem ſecundum leges factam eſſe videat. Item ecõtrario
hoc eſt conſeruare legem. maritum vitiatorem vitiate concedere quum optet. Infi
nitio ⁊ ceteri loci qui in ſcripto ⁊ ſententia infinitionem ſequuntur: quum incidunt:
vt in aſſumptiuis diximus tractabuntur.

### ¶ De ratiocinatione.

RAtiocinationis hi ſunt loci expoſitio: accommodatio: diffinitio: ſcriptoris ĩ
tentio ampliatio: violenta diffinitio: comparatio: aſſumptio/que ſi incidet
etiam repulſio inuenietur: quam abſolutio ſequetur: deinde qualitas ⁊ in=
tentio: que vt clarius pateant: breuiter exempli cauſa in hoc themate conſyderetur
in correctionẽ ciuiũ nominatim ledere: quos volebat conſueuerat vetus comedia:
quod etſi perutile foret tamen quum vitioſi preualerent: lege cautum eſt ne quis in
comedia ciues amplius noĩatim ledat: quidam in imaginẽ eorum: quos noĩare nõ
licebat hiſtriones ꝑſonatos adducebat: reus ſit: legis expoſitio ledis ciues contra
legẽ in comedia/accõmodatio eſt locus. quo rem noſtrã non diſcrepantem a ſcripto
demõſtramus/hoc mõ. atqui neminẽ noĩaui. Hoc. n. eſt/quod lege prohibetur. Ra
tiocinatio. nil differt perſonatim ciues vel nominatim ledas/vtroqꝫ enim mõ certa
rõne populus cognoſcit/quẽ vituperas/quod legiſlator fieri noluit. Diffinitio plu
rimũ differũt/⁊ diffiniet vtrunqꝫ/vt diffiniendo demõſtret/quã hoc ab illo differat
quã diuerſitatẽ oſtendet/genere/natura/vi/magnitudie/loco/tẽpore/perſona/opi
niõe/que quum in vtriſqꝫ fundari poſſint a cõſequentibus quoniã ratiocinationẽ ſe
quitur diffinitio tũ clariorẽ/tum vehementiorem habebunt/vim/ſcriptoris intẽtio

tam accuſatoris quā defenſoris eſt: ⁊ accuſator dicet legiſlatorem noluiſſe comedos quēcunqꝫ ipſi ciuium vellent iniuſta vituperatiōe afficere: defenſor: nō propter hāc cauſam latam legem: ſed quoniam perutilis comedia ciuibus viſa eſt: non expulſa: ſed prohibita eſt ledere nominatim: ne in eternam memoriam vituperatio ciuiū permaneret: aut ne quaſi commentarij vituperatiōis ciuiū comedia extaret: que ⁊ ad preſentes ⁊ ad poſteros homines turpem alicuius ciuis commemorationem faceret. Ego autem qui nominatim leſerim neminem. nec a me ſcriptum quicquā reliquit: quo aliquis vituperetur: ⁊ vtilitatem que ex reprehenſione fieri ſolet optime oībus contuli: ⁊ nihil vnquam contra legem feciſſe videbor. Ampliatio magnū quid ab reo cōmiſſum oſtendet. Violēta diffinitio nihil aliud eſt nominatim ledere: quam certo ſigno ſignificare: quem vituperas: quod tu feciſti Comparatio. quod maius etiam ſit eos ciues: quos ledere velis: ita adducere vt eoſdem ipſos populus videre exiſtimet: quam nominare. Aſſumptio hic meo iudicio: tam relationis quam cōparationis. incidere poteſt. Relationis ſi vehementer infames eſſe viderentur: qui leſi ſunt. dicet enim iure rei. publi. vexatores: aut quadruplatores ſicarios ⁊ huiuſmodi in ſpectaculo vituperatos fuiſſe: Comparationis: ſi conducibilius: atqꝫ vtilius cum rei. pu. vt ceteri a ſimili vitio ſe retraherent: tum etiam ipſis: vt quum ſe itelligant vitijs ſuis ignominiam conſecutos conentur virtute infamiam expellere. Repulſio non hoc modo ſed accuſatione potius eos a vitijs deterruiſſe: ⁊ rei. pu. melius conſuluiſſe: Abſolutio licet vnicuiqꝫ vt poteſt: vel vt vult: dūmodo leges non euertat. quod ſibi vtile futurum intelligant conficere. Qualitas: ⁊ voluntas ſimiliter ac in ſuperioribus. Scimus multos qui hermagoram imitati ſunt: omni in ſtatu conatos quam plures modos excogitare: qui id ſolum mihi agere viſi ſunt vt ars difficilior cognitu putaretur: ſed nos eos modos ſolū enodare nitimur: qui ad dicendum perutiles ſunt. Quare quoniam non nihil ad dicendum refert (facilius. n. inuenire poteris: ſi hec certa ratione intelligas) quattuor hos modos ratiocinatiōis memorie commendandos duximus/a ſimili. ſ. a maiore: a minore: quod antecedere deberet: ⁊ a contrario. ¶ A ſimili eſt quod propoſuimus: ⁊ id quod nunc dicemus. LEX. qui patrem interfecerit obuolutus corio deijciatur in profluentem: matrē quidam interfeciſſe conuictus eſt: ⁊ eadem affici pena recuſat. ¶ A maiore. LEX. furem inter fines deprehenſum liceat occidere: quidam verberauit ſolum accuſatur: qđ manus intulerit homini. ¶ A minore: quod antecedit deprehenſum adulterum liceat verberare: adulter verberatus poſt aliquot dies interit: Is qui verberauit reus eſt cedis. ¶ A contrario: viri forti premium quod petit. imperator deſertorem pugne necauit: reus eſt cedis. Hos modos ad dicendum non inutiles putauerimus: quoniā ⁊ ad ratiocinationem: ⁊ diffinitionem: qua quid quod factum eſt a ſcripto differat inquirimus: ⁊ ad intentionem ſcriptoris: ac ad violentiam diffinitionem inferendam: ⁊ comparationem non nihil afferre videntur.

¶ De ambiguo.

Quum ſcriptum ambiguum eſſe videbitur: quod aut redditione: ſiue cōſtructione ſcripti: aut diuiſione verbi compoſiti: aut defectu ipſius ſcripti: aut varia poteſtate verborum fieri ſolet: his locis vtemur: expoſitione: intētione legiſlatoris: continentia: aſſumptione: repulſione: infinitione: qualitate: ⁊ volūtate: que in hoc exemplo qualia ſunt breuiter conſyderentur. Meretrix ſi coronam auream habet publica eſto. expoſitio in ambiguo duplex eſt/accuſatoria. que quid lege faciundum ſit: breuiter proponit hoc modo. Lex te publicam eſſe iubet: defenſoria: que ambigui naturam ſtatim proponit: non me ſed coronam. intentio legiſlatoris eſt: qua ad vtilitatē noſtrā ſcriptū exponimus: hoc modo. atrociter legiſlator puniēdas meretrices putauit. Atrox enim facinus dicet meretricē hmōi corona ſe exornaſſe:

na ſe exornaſſe: qua ſola vtitur pudice. Item econtrario puniendas putauit: ſed non ita acriter vt tu exiſtimas. intētionē vtrūqꝫ alijs legibus natura: more: equo: ⁊ bono confirmabit: vt appareat hoc non illud: aut hoc potius ſcriptorem voluiſſe. Item ex vtilitatis: vel honeſtatis euentu: quod inhoneſtiſſimum ſit meretricem ſimilem pudicis videri: quod ⁊ inutile: quoniā hoc modo: dum que nam ſit ignoretur miſceri pudicis poterit: quibus de rebus atrociter eam puniendam cenſuit: ¶ Continentia perſpicitur: ſi diligenter conſyderabimus: que ſententia ex his/que ſcripto attribuuntur: alteram continet: qui locus in exemplo propoſito accuſatoris eſt: hoc modo. atqui ſi tu publica eris: ⁊ corona vna tecum publicabitur: ſi corona dabitur: tu tamē facinus impune ſuſcipies: qua de re dicet ſi ita fiet vt ipſe cenſet nullomodo iudices legem contemnere poſſe: ſi vt aduerſarij putant legem intelligant errare ipſos: ac ab intentione ſcriptoris longius recedere poſſe. ¶ Aſſumptio relationis eſt per locū cōmunem contra meretricem: repulſio ſufficit ignominia. ſatis eſt quod infamis ſum: quod tum a meis: tum a pudicis omnibus expulſa: quoniam meretrix ſatis punita his rebus impudicitia mea. ¶ Ad repulſionē ſemper abſolutio ſequi ſolet: niſi quū reus mali ſe quicquam feciſſe confitetur. Non enim poteſt dicere id ſibi licere: quod quamuis leuiore pena: tamen puniendum eſſe concedit ¶ Infinitio accuſatoris. oportet meretricem: que pudice ornamentum aſſumit acriter punire. defenſoris. miſereri oportet eiuſque paupertate coacta: vt aliquid acquireret: quo vitam ſuſtentaret/id auſa eſt: quod nemini obfuit. ¶ Qualitas ⁊ voluntas per communes locos vt in alijs diximus tractabitur: in quibus etiam id conſyderandum erit/ſi legem cōtempſerit/aut ignorauit.

¶ De deprecatione.

Hec paucis dicta de conſtitutionibus partibuſqꝫ earum: ac locis ſufficiāt. Nunc huius voluminis finem faciemus: ſi pauca de deprecatione dixerimus/nam etſi per ſe in iudicium non veniat/tamen quia vel apud imperatorem vel apud ſenatum ⁊/omnino apud eum: qui ſolutam legibus poteſtatem obtinet: agi facile pōt: nō viſa eſt pretermittenda: maxime cū veris cauſis. hoc eſt alijs conſtitutionibus cōmode immiſceatur plerunqꝫ: quod Ciceronem in orationibus factitaſſe videamus: nam ⁊ quū pro ligario dicit: neceſſitate factū defendit: ⁊ deprecatiōe vtitur aptiore: qm̄ apud imperatorē cauſa agebatur: ⁊ in diuina pro Milone oratione tunc ſe demum deprecaturum ait. Quum vel hac luce clarius iudices videbūt miloni inſidias a Clodio factas: quare ipſius quidē ſūmi oratoris iudicio etiam apud iudices hoc mō depcatiōe vtemur. quare ſi hoc eū feciſſe cōſtaret iudices tū pro ſūmis i. r. p. beneficijs ignoſci ei cōueniret: Nūc vero cū nihil tale ab eo factū vobis probatū ſit: dubitatis iudices eū innocētē abſoluere: quem ſi palā deprehenſus fuiſſet ob merita ſua liberare nō dubitaueritis: quā quidē deprecationē ⁊ ſi p totam nōnunquā orationē tangat Cicero: vt quū milonē defendit factitare videtur: tamen cum animaduertimus: poſt ea firmamenta: que ab alijs afferūtur cōſtitutionibus deprecationē plerunqꝫ collocare ſolere. Omnis vero deprecatio tū cōmodius tractari pōt: quū pro forti viro dicendū eſt: cuius beneficia: vel in rem. p. vel in eos ipſos qui audiunt nōnulla extiterunt: ex quo etiam ſpes amplior future vel vtilitatis: vel laudis haberi poterit. ſi in eū animaduerſuꝫ non fuerit: qđ ſi nulla eius extāt bñficia: vel ab his rebus: quas maiores ſi magnifice geſſerant: vel ab amicorū: agnatorū affiniū virtute deprecari poterimus: quiqꝫ vel ſua: vel ſuorū beneficia cū amplificatiōe dixerimus/inferemus vt dictum eſt: preſertim ſi apud iudices res agitur: quē igitur meritis ſuis ſi culpa teneret abſolueretis: eū inocuū cōdēnabitis: Nā vt diximus in iudiciū nūquā per ſe: crebro cū alijs habita ſtatibus venire ſolet

¶ Omnis ergo deprecatio queritur extenuatione: voluntate: comparatione: attribu
tione: euentu: commiſeratione. ¶ Extenuatio eſt: qua dabimus operam: vt minora
videātur: q̄ fecimus: quā aut multi credūt: aut aduerſarij dixerūt. ¶ Volūtas ē: quū
q̄rimus qua ſniā factū ſit: q̄d nō odio: neq; crudelitate: ſed humanitate vel ſtudio:
vel recto quodā officio: vt ſi dicas gratū te eſſe voluiſſe: ac ob ſua in te alicuius meri
ta negare nō potuiſſe. ¶ Cōparatio eſt: quum querimus noſtra/aut maiorū nroꝝ aut
amicorū: agnatorū: affiniū collata in rem. p. aut in auditores beneficia eē: vel maio=
ra. vel plura ijs q̄ deliquimus affirmare conamur. ¶ Attributio ex his locis capta=
tur quos perſonis attribuimus. Ea eſt duplex/nam partim eā q̄ reo: partim q̄ audi
tori attributa ſūt/p eā diligēter cōſyderamus. Ex ijs que auditori attribuuntur. de
precabimur/ſi eū miſericordē/ac humanū fuiſſe ſemꝑ magnāq; laudē ex ea re cōſe=
cutū dicimus/vt pro liga. Ci. nulla de virtutibus tuis plurimis/nec admirabilior:
nec gratior: miſericordia eſt. hoīes. n. ad deos nulla re ꝓpius accedūt/quā ſalute ho
minibus danda ⁊c. Sed ex his q̄ reo attribuūtur dicemus. Si nobilitatē generis/
dignitatē amplitudinēq;/ſuā/tum eorum/qui pro reo rogant/oſtendemus. ſi eū mi
ſericordem in poteſtatibus/patientem in periculis/oībus in rebus virtutem obſer
uaſſe/ſi aut nunquā: aut perraro lapſum/deinde non eſſe mirandū ſi ſemel humana
imbecillitate errauerit/ſi nunquā ſibi plurimū arrogaſſe/ſed mitem/māſuetumq;
fuiſſe/nunc aūt ⁊ ita ſupplicē eſſe dicemus/vt clare appareat i ijs ipſis qui ſibi igno
ſcere poſſunt totā ſpē habere. ¶ Euentus cōſyderabitur/ſi nihil ab eo periculi futu
rum demonſtretur/ſi qua ſpes erit/illi futura/ſi nulla vituperatio a ſubditis/ſo=
cijs/alijſq; ciuitatibus ſequetur. Si laudem aliquam conſequemur/ſi ſine ſuppli=
cio diſceſſerit. ¶ Cōmiſerationis precepta ſuo loco dicentur. Quare oportet omnia
inde que ad miſericordiam captandam pertinēt ad cām nr̄am trāſferre. Si quis ve
ro eſt aduerſarius eius/qui dep̄catur: oībus his locis incōtrariū cōuerſis vtetur.

¶ Que ſit inter ſtatus cognatio ⁊ que diuerſitas.

ESt autē quedā inter hos ſtatus cognatio. Nā ⁊ infinitione que ſit vo=
luntas nominis queritur/⁊ in ſyllogiſmo/quā ſecūdus a finitiōe ſta=
tus eſt/ſpectatur/quid voluerit ſcriptor/⁊ ex contrarijs legibus duos
eſſe ſcripti/⁊ voluntatis ſtatus apparet. Rurſus ⁊ finitio quodāmo=
do eſt amphibologia/cū in duas partes diducatur intellectus nomi=
nis/Scriptū ⁊ volūtas habet in verbis vocis queſtionē quod idem in antinomia pe
titur. Ideoq; omnia hec quidā ſcriptū ⁊ volūtatē eſſe dixerunt. Alij in ſcripto ⁊ vo=
luntate amphibologiā eſſe/que facit queſtionē. Sed diſtincta ſunt. Aliud eſt enim
obſcurum ius. aliud ambiguū. Igitur finitio in natura ipſa nōis q̄ſtionē h3 genera=
lem. Et q̄ eē ēt citra cōplexū cauſe poſſit. Scriptum ⁊ volūtas de eo diſputat verbo/
quod eſt in lege. Syllogiſmus de eo quod non eſt. Amphibologie lis in diuerſum
trahit. Legū cōtrariarū ex diuerſo pugna eſt. Neq; immerito ⁊ recepta eſt a doctiſ=
ſimis hec differentia/⁊ apud plurimos ac prudentiſſimos durat. Et de hoc quidē
genere diſceptationis etiam ſi non omnia tradi/tamē aliqua potuerūt. Sūt alia que
niſi propoſita de qua dicendū eſt materia/viam docendi non prebeant. Non. n. cau
ſa vniuerſa in queſtiones ac locos diducenda eſt. Sed ipſe he partes habent rurſus
ordinem ſuum. Nam ⁊ in prohemio primum eſt aliquid ⁊ ſecūdū ac deinceps. Et q̄
ſtio omnis ac locus habet ſuam diſpoſitionē/vt theſis/etiā ſimplices ac ſi forte ſa
tis erit diuidendi peritus/qui controuerſiam in hec diduxerit. An omne premium
viro forti dandum ſit. an ex priuato. an nuptie. an ea que nupta ſit. an hec. Deīde cū
fuerit de prima queſtione dicendum paſſim/⁊ vt quicquid in mentem veniet miſ=
cuerit: non primum in ea ſcierit eſſe tractandum. Verbis legis ſtandum ſit/an vo=
luntate. Huius

luntate. Huius ipſius particule aliquod initium fecerit. Deinde proxima ſubnectēſ
ſtruxerit orationem: vt pars hominis eſt manus. eius digiti. illorum quoq; articuli
Eſt ⁊ hoc quod ſcriptor demonſtrare non poſſit: niſi certa definitaq; materia. Sed
quid vna faciat aut altera: quin immo centum ac mille in re infinita: atque materia
preceptoris eſt in alio atque alio genere quotidie oſtendere: quis ordo ſit, rerum ⁊ q̄
copulator: vt paulatim fiat viſus/⁊ ad ſimilia tranſitus. Tradi. n. omnia que ars ef=
ficit non poſſunt. Nam quis pictor omnia: que in rerum natura ſunt adumbrare di
dicit. Sed ſemel percepta imitandi ratione aſſimulabit quicquid acceperit. Quis
enim non faber vaſculum aliquod quale nunquā viderat facit: Quedam vero non
docentium ſunt: ſed diſcentium. Nam medicus quid in quoq; valitudinis genere
faciendum ſit. quid quibus ſignis prouidendum docebit. Vim ſentiendi pulſus ve
narum. caloris. motus. ſpiritus meatum: coloris diſtantiā: que ſua cuiuſque ſunt:
ingenium dabit. Quare plurima petamus a nobis: ⁊ cū cauſis deliberemus: cogi=
temuſq; homines ante inueniſſe artem quam docuiſſe. Illa enim potētiſſima ē que
q; vere dicitur economica totius cauſe diſpoſitio: que conſtitui niſi velut in re preſē
te non pōt. Vbi aſſumendum prohemium. vbi omittendum. vbi vtendū expoſitio
ne continua. vbi partita. vbi ab initijs incipiēdum. vbi more homerico a medijs vel
vltimis. vbi omnino nō exponēdū quādo a noſtris. quando ab aduerſariorū propo
ſitionibus icipiamus. qn̄ a firmiſſimis probatiōibus. qn̄ a leuioribus. qua in cauſa
preponende prohemijs queſtiones. Qua preparatione premuniende. quid iudicis
animus accipere poſſit ſtatim dictū. quo paulatim deducendus. Singulis an vni=
uerſis opponenda refutatio. Reſeruandi perorationi: an per totam orationem diſ=
fundendi affectus. De iure prius: an de equitate dicendum. an ante acta crimina:
an de quibus iudicium eſt prius obijcere vel diluere cōueniat. Si multiplices cau
ſe erunt: quis ordo faciendus. que teſtimonia tabuleue cuiuſq; generis in actiōe re
citande. q̄ reſeruāde. Hec eſt velut imperatoria virtus copias ſuas partiētis ad ca=
ſus prelioꝝ. retinētis partes per caſtella tuenda: cuſtodiēdaſue vrbes. petēdos cō=
meatus. obſidēda itinera mari deniq; ac terra diuidētis. Sed hec in orōne preſtat
ois cui affuerint natura: doctrina: ſtudiū. Quare nemo expectet: vt alieno tantū la=
bore ſit diſertus: Vigilandū ducat iterū. enitēdū. pallendū eſt: faciēda ſua cuiq; vis.
ſua ratio. non reſpiciendū ad hec: ſed in ꝓmptu habēda: nec tāquā tradita: ſed tāquā
innata. Nā viā demōſtrare pōt velociter ars: ſi qua eſt. verū ars ſatis preſtat: ſi copi
as eloquentie ponit in medio. Noſtrum eſt vti eis ſcire. Reliqua partium eſt demū
diſpoſitio. Et in his ipſis primus aliquis ſenſus/⁊ ſecundus: ⁊ tertius: qui non mō
vt ſint ordine collocati elaborandum eſt: ſed vt inter ſe iuncti: atq; ita coherentes:
ne cōmiſſura perluceat. corpus ſit non membra: quod ita continget: ſi ⁊ quid quaq;
conueniat viderimus: ⁊ vt verba verbis applicemus: non pugnantia/ſed que inui=
cem complectantur. Ita res non diuerſe diſtantibus ex locis: quaſi inuicem ignote
non collidentur: ſed aliqua ſocietate: cum prioribus ac ſequentibus ſe copulaq; te=
nebunt: ac videbitur non ſolum compoſita oratio: ſed etiam continua. Verum lon=
gius fortaſſe progredior: fallente tranſitur ⁊ a diſpoſitione ad elocutionis precepta
labor: quod proximus liber incohabit:

¶ Sed huius voluminis modus nunc ſit. Cetera
in tertio proſequentur.

Voniam in ſecundo libro conſtitutionum: earumq; partiū
locos: quos κεφαλαια nos: hoc eſt capitula dicere ſolemus:
quam breuiter: & dilucide fieri potui explanauimus: nūc re-
liquum eſſe videtur de argumentatiōe pauca diſſerere: que
pars ita neglecta ē ab omnibus ſcriptoribus tā latinis quā
grecis: vt pene temporibus noſtris omnino ignoretur. quā
quidem partem non quod inutilem putarent. Nam omnes
fere nihil vtilius in hac arte inueniri poſſe confirmant. Ve-
rū q: ita difficillimū eſt id: qd a loco inueneris cōprobare firmiter: expolire ornare ab
ſoluere expolite: vt vix ſatis aperte doceri poſſit: aut oīno p̄termiſſā: aut ſolū ab anti
quioribus tactam argumentationē arbitramur. Nos aūt non quod multum nobis
attribuimus diligentius hanc rem tractare conſtituimus. Verum vt iā: qua mul
to plura ceteri inquirant aperiamus. Primo igitur dabimus operam: vt argumē
tationis ſpecies: quibus oratores vtuntur appareant: & quomodo vna queq; tracte
tur: nō ignoretur. Hec.n. res facit: vt neq; diutius: quā opus ſit eiſdem in locis cō-
moreris: neque incohatā argumentationē relinquas: nec eodē identidē reuoluaris
nec ad aliam incōpoſite tranſeas: deinde diuiſionem ſiue demonſtrationem locorū
tangemus breuiter: quam greci περι διαιρεσεως και αποδειξεως vocant: quā in
uentionis partem omnes maximam appellant: docet nemo: niſi cum principalibus
locis cōiūctim. verū de his ſatis: nūc ad rē veniamus ſi id primo dicamus principa
les locos hic a nobis appellatos eſſe: quos greci auctores vt diximus. κεφαλαια no
minant: alios quos latini vulgo locos appellant: vt confuſionem in dicendo effugia
mus approbatiuos: ſiue ſecundarios appellabimus. Locus principalis eſt propoſi
tionis ſedes: vel vnde ad propoſitam cauſam conueniens trahitur propoſitio. Lo-
cus approbatiuus eſt argumenti ſedes: vel vnde ad inuentam propoſitionem con-
ueniens trahitur argumentum. ¶ Argumentum eſt ratio rei dubie faciens fidem.
Argumentatio eſt argumenti per orationem explicatio eius decem ponimus mo-
dos: quibus oratores vtuntur: Complexionem: enumerationem: ſimplicem conclu
ſionem: expeditionem: ſubiectionem: oppoſitionem: violationem: inductionem: col-
lectionem: ratiocinationem.

## ¶ De decem argumentationibus:

Omplexio eſt argumentatio: in qua vtrum conceſſeris reprehenditur
hoc modo: aut ſciebas quod futurum erat aut non: ſi ſciebas: quare ī
cōſilio quod vtilius fore videbas nō exponebas? Sin neſciebas: qua
re alios accuſas/ qui eadem: qua tu inſcitia impediti ſunt: ne quid fu
turum eſſet perſpicerent? In hac complexione: quā nos διλημματον
appellamus: maxime inter ſe oportet oppoſitas eſſe interrogationes: & ad ſoluendū
aduerſarijs minime faciles/ vt quum auditores perſpiciant neceſſe eſſe aduerſari-
um alterum eorum concedere que preponuntur. facile hac ex re conuictum ſequa-
tur eum ſuſpicentur. ex complexione vna concluſio oportet: vt in ſuperiore patuit e-
xemplo. Sequitur enim accuſandum eum non eſſe: qui quod vtile fore putauit: id
populo perſuaſit. Item quid oportet iiſdem de rebus ſepius dicere. Nam ſi memi-
niſtis obtundam/ ſin obliti eſtis: quū rem nihil egerim/ quid eſt/ quod verbis efficere
poſſim: quod ſi non eadem concluſio/ ſed diuerſe ſequerentur/ aut ſi que proponun-
tur oppoſita non eſſent: complexionis quidem formam: ſed non vim haberet oratio:
quam orationem quoniam nos. διλημματον σοφιστικον appellamus: latine de-
prauata dicatur complexio qua tamen quum veram complexionē res non patitur:
vſi ſunt

vſi ſunt clariſſimi oratores: vel vt aduerſarios terreant: vel vt iudicibus facilius ar
gumentationis forma fidem faciant. vt Cicero pro planco quos tu ſi ſodales vocas
officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. ſin quia gratioſi ſunt: accuſādos
putas: noli mirari te quod tua dignitas poſtularit repudiandis gratioſorum amici-
tijs non eſſe aſſecutum. Complexio ſi vera eſt: nullomodo reprehendetur. ſin fal-
ſa duobus modis: Conuerſione: alterius partis reprehenſione. Conuerſione hoc
pacto hic tibi accuſandus non eſt. Nam ſi veretur quid eum accuſas qui probus ē?
Si non veretur: qui eum accuſas: qui id parui exiſtimet: quod per conuerſionē cō
futabis ſic: immo hic tibi accuſandus eſt. Nam ſi veretur propter accuſationem ſe
corrigetſi non veretur: tunc accuſandus eſt: quia improbus. Alterius partis reprehē
ſione hoc modo: immo qūi veretur: ideo accuſandus vt ſe corrigat. Item ex alia par
te. immo ſi non veretur: accuſandus eſt: quoniā improbus. Veram autem comple-
xionem: que nunquā vere reprehenditur: eam opinamur: in qua ea que opponūtur:
& vera & inter ſe oppoſita ſunt: & idem ex vtriſq; manifeſte conſequitur: vt illa ſuperi
or. Non ſum accuſandus tibi: ſi aliter euenit: quam ego putaueram: nā ſi ſciebas id
non profuturū: tu potius accuſandus es: qui qd. r. p. vtile videbas: preſens conticui
ſti. ſin neſciebas adhuc accuſandus tibi nō ſum. quū & tu eiuſdē futurorū inſcitie re
us ſis. ¶ Enumeratio eſt argumentatio: in qua plurimis rebus expoſitis: ac ceteris
infirmatis: vna reliqua neceſſario confirmatur hoc modo. Si illum ab hoc dicis oc
ciſum: quum ſine cauſa nunquā ſuſcipiatur maleficium neceſſe eſt: aut metu: aut o-
dio: aut ſpe alicuius commodi: aut amici cuiuſdam gratia ab hoc eſſe occiſum: qd
ſi nihil horum fuerit: ab hoc nō eſſe occiſum: ſed neq; odium neq; metum: nec ſpem
aliquā: nec ad aliquem amicum iſtius morte illius pertinuiſſe probare poteris. re
linquitur ergo ab hoc non eſſe occiſū. Hec argumentatio ſi oēs rōnes: quibus ali-
quid fieri poteſt: vere cōprehenderit refutari non pōt. refutatur aūt duobus modis
aut quū aliquid dicitur p̄teritum: quod concedere velimus/ aut quū aliquid eorū:
que dicta ſunt ita infirmū ſit: vt contra dici poſſit: hoc mō. quoniā hunc fundum cō
ſtat meū fuiſſe: quem nūc tu poſſides/ neceſſe eſt/ aut hereditate tibi veniſſe: aut te
hūc emiſſe: aut vacuū poſſediſſe: aut vſu tuū feciſſe/ aut me inde vi eieciſſe me viuo:
mea res tibi hereditate euenire nō potuit: emptio nulla profertur: vacuum qd meū
conſtat fuiſſe poſſediſſe non potes/ vſu tuū nō feciſti/ reliquitur ergo vt me vi a mea
poſſeſſione eieceris. hic ceteris cōceſſis/ tamē qd ſequitur/ negari poterit. Si dono
ſe ab eo ipſo habuiſſe oſtendet/ quod in enumeratione preteritum eſt/ Aut ſi aliquā
enumerationis partem negauit/ vt ſi emiſſe ſe ab eo dicet/ idq; oſtendere poterit.
¶ Simplex cōcluſio eſt argumētatio/ ex qua ex eo qd antecedit/ aliquid cōſequi ne
ceſſe eſt/ hoc modo. Si hoiem hoc tpe in prouincia conſtat occiſum/ quo iſta hic no-
biſcum erat/ relinquitur neceſſario ab hoc nō eē occiſum/ Simplex cōcluſio duobus
modis infirmabitur/ aut.n. id qd antecedit/ negabitur/ aut eo conceſſo conſecutio
ſibi nō cohercere dicetur. negatur quod antecedit/ ſi ſuperiore in exemplo dicat ad-
uerſarius eum hic nobiſcum non fuiſſe. conſecutio neceſſario non coheret/ hoc mō.
Si mater eſt/ diligit filium/ at medea dicet aduerſarius filium interfecit. Quare
oportet & id quod antecedit verū eſſe/ & concluſionem neceſſariam ad illud conſecu
tionem habere. non ignoro plura/ & ſubtiliora poſſe ad hanc rem precipi ſi quis ex
dialectica ad hanc dicendi facultatem precepta transferre vellet. Verum quantum
ad oratoris vſum ptinet/ his que dicta ſunt contentos eſſe oportebit. Cetera ex to-
picorū doctrina transferre licebit. Verum hos tres argumētatiōis modos/ quorū
vnus bipartita diuiſiōe/ alter partiū enumeratiōe abſoluta/ tertius ex eo qd vere an
tecedit cōſecutionē infert/ nō facile reprehēdi poſſe opinamur/ ſi recte cōfecti ſunt
quare quū eorū que dicimus: nōnulla ita vt dicuntur eſſe neceſſe ſit/ multa probabi

lia videantur/quecunqꝫ in neceſſaria demonſtratione verſantur:aliquo iſtorum ge
nerum potiſſimū abſoluemus.que probabilia vidētur:reliquis argumentatiōis ge
neribus exornabimus:qđ tñ nōnunquā contrafactum a clariſſimis oratoribus in=
ueniri confiteor. Nam quemadmodū his tribus generibus:que in neceſſarijs ver=
ſantur:deprauate:hoc eſt vt clarius grece loquamur ſophiſtice in probabilibus non
nunquā vtūtur:vt quū de cōplexione docebamus latius dictum eſt:ſic etiā quāuis
raro neceſſarias rōnes alijs quā his que prediximus argumentationis generibus
ab oratoribus tractari videbis:quod tñ ſine ratione fieri non arbitror. Nam ꝛ res
nōnunquā adeo late diffuſa eſt:vt breuiter ad ſupiora genera colligi nō poſſit:ꝛ au=
ditores huiuſmodi:vt parum proſit ita dicere/vt res expoſtulat.non.n. vt cetere fa
cultates:hec diuina dicendi copia rem ſimplicem ſolum conſyderat. Sed hoc ſuuꝫ
eſt:vt vna cum re locorum:tempoꝝ:perſonarū:nō paruā habeat diligentiā. Js.n.
bene dicit:qui non vt res ſolum:qua de agitur:Uerum vt res ceteris anneſa circun
ſtantijs ſimul expoſtulat:omnia complectitur: ſed de his hactenus: nec eni ad hoc
propoſitū ſed ad grauitatem dicendi pertinent:nunc de reliquis agamus.¶ Subie
ctio eſt argumentatio:in qua querimus quid pro aduerſario:aut cōtra nos dici poſ
ſit:deinde per ſingulas interrogationes propere ſubijcimus rōnē:qua id:quod di
ctum eſt:nō ita eſſe oſtendimus:hoc modo.quero igitur vnde iſte ex tenui tam pecu
nioſus factus eſt.patrimonium ſibi amplum relictuꝫ eſt:At patris bona venierunt
hereditas aliqua euenit:at ab oībus ſuis exheredatus eſt.ex mercatura quā agere
conſtituit:queſtum maximum conſecutus eſt:at ex ea re:ea etiā que habere videba
tur:oīno amiſit:quare ſi his honeſtis ratiōibus locupletatus nō eſt:relinquitur cuꝫ
vnde nō oportuit ſurripuiſſe. Js dicendi modus:quando neceſſariā imitatur rōnē
vehementer enumerationi ſimilis eſt. Nam hic facile oībus que interrogatione di=
cta ſunt ſimul prolatis:deinde ablatis ceteris:Si poſtremum reliqueris: enumera
tionē cōficies:hoc modo.qm̄ ex tenui pecunioſus factus es:neceſſe eſt vt aut aliqđ
patrimonij tibi relictum ſit:aut hereditas aliqua euenerit:aut ex mercatura ingen
tem queſtum conſecutus ſis/aut vnde non oportuit ſurripueris.patrimoniū nullū
habuiſti:a neceſſarijs oībus exheredatus es:ex mercatura multa damna perpeſſus
es.Ergo vnde non oportuit ſurripuiſti.quare imitatur quidem enumerationeꝫ: nō
tñ neceſſario:vt illā rem nō aliter eſſe arguit:niſi ea quo melius enumeratione dice
rentur:ſubiectione expedirentur.quare non dicendi quodam genere ſolū hanc ab il
la differre arbitramur:Uerū ēt qđ enumeratio ſp ſi benefit neceſſariam conficit cō=
cluſionem hec nō ſemp:preterea illā:niſi res patiatur:vt rōnes oēs quibus res fieri
poſſit:facile cōprehendas:nunquā vere cōficies.hanc:ſi ſolum hec:que ad rem per
tinent tollas:interrogando commode pronunciabis:hoc modo.quum tanta multi=
tudine numidarum circundatus eſſem:quid me facere oportuit:dimicare? at cum
parua manu prodiremus:virtuti militum confidere?at locorum anguſtie ab hoſti=
bus occupate vti virtute milites nō ſinebant:ſedere in caſtris?ac exercitus ſiti:ꝛ fa=
me cōficiebatur:caſtra relinquere?at obſidebar:vitā militū negligere? at id magno
detrimento reipub.futurū exiſtimabā:iugurte conditiones repudiare/at aliter ſalu
tem dare militibus non poteram.perutilis hic eſt dicendi modus. Nam cum loco=
rum:tēpoꝝ:rerūqꝫ rationes:ꝛ cauſas oēs ante oculos ponat:facit nōnunquā vt ēt
que probabilia ſunt neceſſaria eſſe videātur.Quare ille fons oīum dicendi generuꝫ
Cicero ꝛ frequēter hoc vtitur:ꝛ poſtremas duas interrogationes nōnunquā pcō=
plexionem complectitur. vt pro. P. Quintio:appellandi tp̄s nō erat:at tecū plus
annū vixit.in gallia agi non potuit:at ꝛ in prouītia ius dicebatur:ꝛ rome iudicia fie
bant. Reſtat vt aut ſūma negligentia tibi obſtiterit/aut inuita liberalitas ſi negligē
tiam dices/mirabimur/ſi liberalitatē/ridebimus.Sequebatur.n.ſi p ſubiectionē
dicere voluiſſet:

dicere voluiſſet:negligentia tibi obſtitit/At mirum erit ſi te vnquā in exquirēdis pe
cunijs dices fuiſſe negligentem.liberalitas īpedimento fuit/At ridiculū eſt te libe=
ralē nūc dicere.qui ſp auare vixiſti. verum vt vehementior ſimul ac velocior eſſet o=
ratio ſubiectionis vltimas iſtas duas partes in complexionē cōuertit:qđ nō in his
ſolum verū ēt in alijs fere omnibus tū vehemētie:tū vt ſe citius oratio expediat:tuꝫ
vt varie dicat:tum ſuauitatis:tum grauitatis ornatuſqꝫ cauſa:tum ēt vt iudices ex
citet diuinitus ſolet facere Cicero.Sed de his alias.¶ Subiectio duobus modis
reprehendi poteſt:aut quū aliquid pretermiſſum eſſe dicitur:aut quum vnum eoꝝ
ſatius facere fuiſſe confirmamus.¶ Summiſſio eſt argumētatio in qua nos metip
ſi a nobis petimus rationem quare quidqꝫ dicamus.quod genus commode confi=
citur ſi crebro vnius cuiuſqꝫ rationis rationem petamus hoc modo.Athenienſes
magnam philoſophie operam dare voluerunt.quare ſic:quoniaꝫ recte intellexerūt
liberales artes ſūme omnium appetendas eſſe.cur ita:quoniā per eas ij efficimur
vt quanto natura hominis animantibus excellit:tanto nos indoctis hominibus an
tecellamus. quare hoc:quia ingenium noſtrum niſi arte doctrinaqꝫ excolatur rude
ac omnino ſui ipſius diſſimile eſt.quare ſui diſſimile? Quoniam cum eruditus ſis:
natura ingenij multo acutior eſt quā eſſet:ſi omni eruditione carere voluiſſes/vnde
hoc:quia principia quedam quaſi ſemina natura nobis impoſuit:que niſi cura:ſtu=
dio:labore:ac vigilantia germinare feceris/parum ingenij bonitate frueris? mirum
quod ſic natura factum ſit.recte factum inquā.quāobrem:quoniam voluit nos nō
vt beluas ſine labore perfici:ſed induſtria:ꝛ opera noſtra eternitateꝫ mereri. hec ar
gumentatio:ꝛ auditores facile aſſentire facit:quū nihil in ea dicatur cuius rationē
non ſubijciamus:ꝛ feſtiuitatis crebratum interrogatione:tum reſponſione hꝫ pluri
mum. Quare illis ſuperioribus quum exuſcitare auditores,aut quum vehementi=
us dicere volumus:hac cum feſtiua attentione opus ſit diligenter vtemur. Jnueni
tur tamen ꝛ duabus interrogationibus abſoluta:vt Cicero pro. P. Quintio: non
fuit cauſa cur poſtulares/qui hoc intelligi pōt:quia Sext. Nemo neqꝫ ex ſocietatis
ratione:neqꝫ priuatim quicquam debuit. Quintius:quis huic rei teſtis eſt:idē qui
acerrimus aduerſarius. Summiſſio reprehendetur:ſi vna pluresue rationes in=
firmabuntur. Uerum ſi ſtatim ea ratio que primo loco expoſita eſt:aut improbatur:
aut omnino vera eſſe negatur:nil aliud amplius querendū eſt. qđ ſi aliqua de his q̄
poſtremum locum obtinent refutatur:facile ceteras ſi opus fuerit vſqꝫ ad propoſi=
tionem ipſam regrediendo infirmabis.¶ Oppoſitio eſt argumentatio:in qua ex op
poſito propoſitionis ad ipſam propoſitionem reuertimur:hoc pacto. quoniam dies
eſt:oportet operari:hoc iam propoſitum eſt.huius oppoſitum deinde capiatur:hoc
modo. Nam ſi nox eſſet:quieſcere oporteret deinde propoſitum inferatur. Nunc
autem quum dies ſit operari oporteret. cuius exemplum etiam in ciuili cauſa hoc
ſit.oportet nouo exemplo contra cimbros.C.marium imperium continuare. Nam
ſi pax eſſet:ꝛ nullus vos ad nouas excogitationes cogeret:liceret autem omnia no=
bis facere que volumus:nunquam ego vobis innouandum quirites aliquid dicerē
contra exempla:atque inſtituta maiorum.Contentus enim eſſem ijs moribus: ijs
legibus:eaqꝫ conſuetudine que vobis a patribus noſtris tradita eſt.nunc autē quū
bellum acerrimum ſit:ꝛ hoſtes italiam deuaſtent:quottidieqꝫ propius veniant: ac
vrbi iam imminere videantur:is qui omnibus imperatoribus antecedit.C. Ma=
rius vel contra inſtituta ciuitatis(ſilent enim leges inter arma)vt nos liberet nouo
quodam exemplo hoc etiam anno conſulatū:ac imperium cōtra cimbros accipiat.
hec oppoſitio inter alios modos argumētationis perutilis eſt. Nam tum acrimo=
nie:tum ornatus:ꝛ dignitatis habet plurimum.multis etiam modis tractatur:non
ſolū.n.productiōe ſpiritus:vt in hoc qđ expoſuimus:ſꝫ circuitu:ꝛ oībus fere dicēdi

modis profertur:circuitu vt in propoſito exemplo conſtituimus:hoc modo:Et enim
que nunquã faceremus ſi pax eſſet:hec nobis quum bellum ſit: neceſſaria ſuſcipien
da videntur. Oppoſitio a ſimplici concluſione differt: quoniam in ſimplici conclu-
ſione res ſole:que pretermitti non poſſunt:proferri ſolent. in oppoſitiõe maxime ea
que per productionem ſpiritus:quã nos πνευμα nominamus dicit plures ſemper
tum grauitatis:tum ſuauitatis cauſa/que in ſimplici concluſione ponende nõ ſunt
propoſitiones accipiũtur:hoc mõ. Si ego eo tempore:quo me hominẽ hic occidiſſe
dicitis in prouintia fui:relinquitur hominẽ eum a me occidi non potuiſſe. hec ſim-
plex concluſio eſt:que fiet oppoſitio hoc modo/ſi ego hic eſſem eo tempore:quo occi
ſum hominem eſſe conſtat:fortaſſis iudices illũ a me occiſum ſuſpicaremini. Nunc
autem quum eo tempore in prouincia fuerim:nihil eſt iudices quo a me occiſuʒ ho
minem ſuſpicari poſſitis. hoc iam ab illo ſuperiore plurimũ differt. quare quum di-
uerſo tractẽtur mõ:diuerſos modos etiã argumentationis hoc dicere placuit: pre-
ſertim quia multo clarius ad precipiẽdũ ſit oppoſitionẽ a ſimplici concluſione ſepa-
rare:quãuis ẽt in hoc differãt qꝺ ſimplex concluſio etiam per contrariũ infertur:hoc
modo. qui ſibi ipſi nunquã profuit:eum quomodo alijs profuturum ſperes? Sed ex
hoc oppoſitionem facies:ſi duo membra ſibi addideris:quare patet illam bimẽbreʒ
hanc ſi productiõe ſpiritus conficitur quadrimembrem eſſe:que vero per circuituʒ
profertur oppoſitio non facile videtur:in quo a ſimplici diſtet concluſione: que cir-
cuitu pronuntietur:niſi qꝺ vehementior ſimplex concluſio eſt. Exornatior oppoſitio
⁊ hec latius patet:illa tum conſtat:quum ex eo quod dictum eſt:aliquid conficitur.
ſi quis tñ nihil putabit differre:ac penitus oppoſitionem ſimplicem concluſionẽ eſſe
arbitrabitur. Ego de nomine nõ diſputo:dũ tractatio vt facilius hec cõficere poſſis
diuerſa intelligatur. Preterea non ignoro multos hec de quibus dicimus in nume
ro exornationum ponenda putaſſe:nos ab exornationibus ſeparauimus:nõ quia nõ
exornent orationẽ:ſed quoniã cõcluſionẽ cõmodiſſime inferunt:qꝺ argumẽtationis
propriũ eſt. Oppoſitio quattuor modis reprehenditur/aut quũ propoſitũ aliqua ex
parte infirmatur/vel ẽt omnino negatur/vt quum dicitur quoniam dies eſt opera-
ri oportet. pars aut totum infirmaretur/aut quum propoſiti oppoſitum non huiuſ-
modi eſſe comprobatur:aut oppoſitũ quidem eſſe conceditur ⁊ tamen aut infirma-
tur/aut etiam omnino negatur faciundum eſſe/vt ſi concederes in die operari opor
tere/nec propter hoc in nocte omnino quieſcendũ contenderes/non qꝺ totũ toti op
poſitum non ſit/Verũ quoniã fieri nõ oporteat/qꝺ tũ vtili/tũ honeſto/ ⁊ exemplis
approbabis/aut quũ cõcluſio ex his ſequi negatur. Hunc dicendi modum/ tunc
etiam oportune occupare poſſe videmur/quũ quod ſequitur tollitur aut quod ante
cedit auferatur. Nam in ſuperiore ex oppoſito/non ex negatione/quod antecedit ne
gare ſolemus/quod ſi ad idem redeat/tamen quoniam que propoſito ⁊ oppoſito ac
commodantur inter ſe modo aliquo opponi debent/propoſiti oppoſitum ſi inuen-
tur non negatio ponenda eſt/ſic enim ⁊ equalis erunt ambitus tam propoſitum ⁊
oppoſitum/quam accommodata inter ſe/quum ſolum ille modus neceſſitatem ad
ducere videtur. In altero modo dum vel equale/vel maius cõſequens ſit ſufficit.
quare ꝑfectus oppoſitionis modus quattuor in terminis fit. Alter in duobus repe
titis/in quo ⁊ repetitione ſuperſedere auctores inueniuntur/quod ad ſimplicẽʒ cõ-
cluſionem redire videtur. ¶ Violatio eſt modus argumentationis/in quo ex aduer
ſariorũ rõne non id quod ipſi volunt/ſed qꝺ pro nobis eſt/ſequi demonſtramus. hec
in cõfutatione ſolum adhiberi poterit/in quo maxime differt a ſimplici concluſione
Hunc inferende concluſionis modum. idcirco latine violationeʒ appellauimus qm̃
nobis facile non in refutando quicquã inueniri poſſe vi/qꝺ maiore vi aduerſarios
vrgeat. Preterea nos grece βιαιον appellare ſolemus:qꝺ nomẽ apꝺ latinos fortaʒ
recte violentum

recte violentũ interpretatur. Verũ quoniã ad ſoluẽdas rõnes aduerſariorũ nihil vti
lius violatione videtur:ea nobis querenda ſꝑ maximo ſtudio eſt. Nã quũ inuenitur
ita breuiter vulnerat aduerſarios:vt nihil amplius ad argumentum id refutanduʒ
nobis opus eſſe videatur hec eſt huiuſmodi ſi quis diceret non eſſe adhibenda con-
nubia:quod hac ex re aut vxore:aut filijs mortuis luctus plerũqʒ accidat maximus
poteſt:quum inficiatione vſus fueris quod huiuſce luctus nõ cõnubiũ: ſed fortuna
ſit cauſa:violationẽ inferre:quod. ſ. cõnubium nõ mõ hec nõ inferat incõmoda:ſʒ eti
am ducta alia vxore:alijs procreatis filijs huiuſmodi a nobis luctus expellat. quod
vt clarius pateat:exemplo quoqʒ Ciceronis vtemur. Q. Catulus non preficiẽduʒ
bello mithrydatico Pompeiuʒ cenſebat:ne in vno:qui natura humani generis bre
ui moriturus erat. oĩa ponerent. Sed cicero ideo magis in eo ponenda ducit omnia
qꝺ breui moriturus eſt:ſed ipſius ciceronis verba hic interponere cõmodius eſt. ſʒ
in hoc ipſo ab eo vehementiſſime diſſentio:qꝺ quo minus certa eſt hominũ: ac mi-
nus diuturna vita:hoc magis reſp. dum per deos immortales licet frui debet ſum-
mi hominis vita atqʒ virtute. Nam hic cicero rõne ipſius. Q. cat. in eo ipſo põpeio
dũ viuit omnia ponenda eſſe arbitratur. Violationem ab alijs ſeparauimus: ⁊ ſi ali
qua carũ ſꝑ tractetur:vt quid ſit:quoniã perutilis eſt:facilius teneatur. hic modus
a pugnantibus differt:quoniã ibi rationes aduerſarij inter ſe pugnare demõſtrãtur
hic quod pro nobis eſt/ſequi aperitur. Violatio refutatur ſi eius rei potius cã quaʒ
huius id qꝺ diximus oſtenditur qꝺ ne accidat rationibus quoqʒ nõnunquã firman
da videtur. ¶ Inductio eſt argumentatio:que rebus nõ dubijs conceſſis propter ſi
militudinẽ:rẽ que dubia erat cõprobat:vt ſi pretor quoniã ego cõſul:et ipſe cõtra ho
ſtes exercitũ ductitauerit:atqʒ vicerit eque ſibi ac cõſuli triũphũ decerni vellet:hoc
mõ. nõ dubijs rebus a pretore cõceſſis ꝑ ſimilitudinẽ nõ ita fieri oportere ab eo ip-
ſo aduerſario conſul extorqueret. dic mihi pretor ſi varijs ſententijs pugnanduʒ nec
ne illo die inter nos diſſenſimus/cuius ſententijs ſtaretur. Non eſt dubiũ inquies
quin conſulis/qꝺ ſi diuerſa fuiſſent auſpicia: ⁊ mea quidẽ pugnãdũ eo die ſignificaſ
ſent:tua cauendum eſſe ab hoſtibus:meis ne auſpicijs pugnandum fuiſſet: an tuis
quieſcendum:meis. ſ. qui conſul fui parendum fuiſſe dices:age vero ſi ſentẽtia mea
meiſque auſpicijs pugnatum proſpere eſt:equum ne tibi eum te honorem ea ex re aſ
ſequi videtur:cuius nec ſententia nec auſpicijs quicquam actum eſt:hic neceſſe eſt
vt vel taceat aduerſarius:vel victum ſe eſſe confiteatur. hoc dicendi genere Plato
plurimum vſus eſt:hoc ⁊ oratorem plurimum iuuat:ſi commode: ⁊ quum res poſtu
lat eo vtimur. In hoc genere primum cauendum eſt:ne ea que propoſita ſunt huiuſ
modi ſint:vt iure negari poſſint:deinde vt manifeſte ſimilia ei ſint:quod inferre vo-
lumus:nam parum proderit huiuſmodi eſſe vt concedantur:ſi propter diſſimilitu-
dinem eo peruenire non poteris/quo voluiſti. poſtremo ſi ipſum aduerſarium inter
rogamus/vtile erit repentina quadam interrogatione ipſuʒ aggredi ne ſentiat quẽ
ad finem illa tendat interrogatio. Nam ſi ſentiet:aut non reſpondendo:aut male reſ
pondendo:inductionem vlterius peruenire non ſinet. quod ſi dubitares ne peruer-
ſe reſpondendo concludi non ſinat:inductionẽ:poteris ad ipſos iudices orationẽ cõ
uertere/ac ſimiliter quid faciendum eſſet interrogare/deinde per te reſponſioneʒ af
ferre rei non dubie. Demum ſi vtile videtur cuncta per concluſionem colligere. ve-
rum in hac interrogatione ſemper fere ſibi orator reſpondebit:niſi quum in alterca-
tione eſt:vbi proprius locus inductionis eſſe videtur. Ex his iam patet inductionẽ
tribus potiſſimum modis reprehendi poſſe/aut ſi cum intelligis quo peruentura ẽ
oratio/caute reſpondendo/aut nõ reſpondẽdo concludi nõ ſinas/aut ſi aliquid plu-
raue eorum que proponuntur ita infirma ſunt/vt iure negari poſſint:aut ſi concedũ
tur quidem:verum ei rei diſſimilia eſſe aſſeruntur propter quam inducta videntur.

¶ Collectio eſt argumẽtatio perfectior: que rationibus ⁊ expolitiõe abſoluitur hec
in quinqȝ partes diſtributa eſt: propoſitionem: rationem: rationis confirmationem:
expolitionem: ⁊ concluſionem. Propoſitio eſt: per quam ſũmatim oſtendimus quid
ſit quod probare volumus. Ratio eſt cauſa. que demonſtrat verum eſſe id quod pro
poſuimus: vno vel pluribus argumentis. Rationis confirmatio eſt: que rationem
expoſitã corroborat: Expolitio eſt: que rei collocupletãde: ac honeſtãde cauſa vehe
mẽtius ſumitur. Concluſio eſt: que poſtremo diffuſius dictas breuiter colligit par
tes argumentationis: hoc modo. quoniam breuiter docui iudices qua de cauſa ſem
per vlyxes interitum aiacis optauerit: nunc ne quid vobis impedimento ſit: qui ab
hoc eum interfectum: vel hac luce clarius videatis: potuiſſe quoqȝ quod deſydera
uerit facile perficere quam breuiſſime potero vobis aperiam. Nam is quum ſine ſo
cijs ſolitudines acerrimũ virum petere videret: Tunc deniqȝ cogitauit poſſe ipſũ
icautum opprimi. Et enim cum arborum frequẽtiam proſpectum omnem eripere
poſſe videbat: tum cum ſecurum alijs cogitationibus occupatum nõ ante quicquã
aduerſi ſuſpicaturum arbitrabatur: quã ei gladium occultus infigere. Itaqȝ ſolitu
do loci obſcuritas ſilue: inſidie preparate: ac dolus acerrimi: ac ſibi capitalis inimi
ci nulla ſuſpitione: nullo timore: huc aut illuc fluctuantis poteſtatem interimẽdi for
tiſſimi viri deterrimo omnium atqȝ perfido prebuerunt. Quis hoc modo credat. p̃
ſertiȝ quum cognoſcat Vlyxem: virum omnium audaciſſimum: ſimul ac iniquiſſimũ
cuius rei indigna mors palamedis preclarum teſtimoniũ eſt: quem ſingularis pru-
dentie virum dolo: ac inſidijs ſuis confiſus vel publico iudicio ſuperare poſſe ſpera
uit. quod ſi non in ſiluis: neque in ſolitudine ſed celeberrimo in loco cunctis ſpectan
tibus publico iudicio ſapientiſſimum omnium ſuperare poſſe credidit: quanto ma
gis ſolum: atque incautum idque in latebris interimere poſſe ſperaſſet. Preſertim
quum palamedis iniuſta nex multo ferociorem: ac audaciorem in conſequendis ce
teris: que vellet eum reddidiſſet: Quare ſi ſiluam: ſi ſolitudinem / ſi illum inermem:
incautum / hunc premeditatum hec omnia: paratum que fuiſſe intellexiſtis: nolite
amplius iudices dubitare fortiſſimum virum ab hoc deterrimo dolo interfici potu
iſſe. hanc argumentationem ita diximus tanquam aduerſarium dicturum ſuſpica
ti eſſemus: ſe tam fortem virum: etſi voluiſſet tamen nunquam interficere potuiſſe
quod ſi non ita eum dicturum intelligeremus ſed quod neſcire potuiſſet eam ſe po-
teſtatem aſſecuturum: omnia ad id accomodaremus / ac huiuſmodi propoſitiõe vte
remur. Oſtendam breuiter iudices diligenter eum preſpexiſſe: que ratione interfi-
cere poſſet. Deinde locum: tempus: huius preparationem: illius ſecuritatem ante
oculos ita ponerem: vt eum omnia hec diligenter animaduertiſſe conſtaret. poſtre-
mo quoniam eo venit: vbi ſolum inimicum conuenit: ac maxime preparatus in-
cautum bene eum cogitaſſe: ac vidiſſe: quare inimicum eſſet ſuperaturus.
Quare relique argumentationum partes ad propoſitionem accommodande.
Propoſitio ei quod aduerſarius vel dixit: vel dicturus exiſtimatur opponenda
eſt. hec argumentatio ⁊ quadripartita inuenitur: quum aut expolitio: aut confir-
matio pretermittitur: ⁊ tripartita quum tam confirmationem quam expolitionem
relinquimus. Nunc ſi ratiocinationem prius qualis ſit aperiemus: vnde omnes
he partes inueniantur docebimus. Ratiocinatio eſt argumentatio perfectiſſima:
que accommodatione aſſumptionis ad id quod propoſitum eſt elicit concluſio-
nem. huius omnes / qui ab ariſtotelica paleſtra profecti ſunt tres partes eſſe volue
runt: propoſitionem. aſſumptionem: concluſionem. Marcus Cicero quin-
que partibus eam tractari poſſe putauit. Nam ⁊ propoſitio rationis plerunque in
diget: ⁊ aſſumptionem nonnunquam niſi confirmaueris: concluſione non recte pro
pter quam inducta videntur vti poteris. Sed tam propoſitio: quam aſſumptio: ſi
dubie ſunt:

dubie ſint: propoſitio ⁊ aſſumptio putande non ſunt. tunc enim recte propoſuiſſe pu
tare debes: quum effeceris ne propoſitio tua dubia ſit. idemqȝ de aſſumptione dicẽ
dum cenſeo. Quare tripartita nobis ratiocinatio ſolum videtur. Verum quoniam
dicendi opus nihil intereſt tripartitam aut i numero partium rationibus etiam ad
hibẽdis quinquepartitam putare: vt dilucidior preceptio fiat: quoniam placet non
propoſitionis ſolum: ſed etiam rationum precepta dare. De ratiocinatione tanquã
quinquepartita loquamur. hoc ⁊ in collectione fecimus: cuius concluſio quum dili
genter infertur: ⁊ omnia colligit: ⁊ numerum partium ſimplicis cõcluſionis: que bi
partita eſt non excedit. perfectiſſima ergo ratiocinatio his quinque abſoluitur: pro
poſitione / ratione propoſitiõis aſſumptiõe / aſſumptionis rõne: ⁊ cõplexione. Pro-
poſitio eſt: per quã breuiter is locus exponitur / ex quo oĩs vis emanat rõcinatiõis:
Rõ eſt cã: q̃ demonſtrat verũ eẽ id qđ propoſuimus vno vel pluribus argumẽtis. Aſ
ſumptio ẽ orõ p quã id qđ ex propoſitione ad oſtendendũ ptinet aſſumitur. Aſſum-
ptionis rõ eſt: per quã id qđ aſſumptũ eſt confirmatur. Cõplexio eſt. per quaȝ id qđ
conficitur ex oĩ argumentatione breuiter exponitur. hec propoſitio ⁊ cõplexio a ſupe
rioribus differũt: quoniã in collectiõe id ipſuȝ quod proponitur in concluſione infer
tur. hic autem concludimus id quod ex propoſitione ac aſſumptione ſimul confici-
tur: hoc mõ. Oĩs qui cãm habẽt ad ſuſcipiendũ facinus: ſi vita eoruȝ a maleficio nõ
abhorret: libenter maleficiũ ſuſcipere ſolẽt. At vlyxes interficiẽdi aiacis cãm habu-
it nec ab eius vita homicidium alienum eſt. Vlyxes ergo aiacis interficiendi male-
ficiũ ſumpſit. Nam hic non vt in collectione propoſitionem: ſed quod ex propoſitio-
ne: ac aſſumptione ſequi videbatur concludimus. Verum vt latius ratiocinatiõis
vis appareat omnibus ſuis partibus abſoluatur. Omnes homines iudices: quorũ
vita per conſuetudinem a ſcelere non abhorret: odio ſic mouentur: vt vehementer ex
optent poſſe ſuas inimicitias quouis explere facinore. Nam eiuſmodi homines: qui
homines: qui manus ſemper in iuſto ſanguine cruentas habere conſueti ſunt: quũ
non poſſint a vitio animi recedere non ſolũ quũ ita accidit: vt aut cõmoduȝ cõſequã
tur: aut incommodo maleficio vitent: mouentur ad facinus: verum etiam ipſi cau-
ſas querunt: quibus ſocio iniuria manus afferant. Et enim ſi boni viri cauendum
putant: vt ne cauſam quidem habeant: qua pretermittere officium impellantur: hoſ
crudeles viros: hos iniquos: qui ſemper ſanguine gaudent: non mirum eſt interfici
endi hominis querere cauſas: Preterea ſi boni nonnunquã metu ac inimicitijs a
recta via: qua ſemper vixerunt depulſi ſunt: quis nõ credit homines prauos cõmo-
do ſuo moueri: vt conſeruare conſuetudinẽ ſuam velint: illi ſibi virtutem ſolitam vti
litate decepti contemnunt. hi officium quod nunquam ſeruauerunt: quum vtilita-
tem ex ſcelere ſe adipiſci poſſe intelligunt tunc obſeruabunt: videlicet ignoratis iu-
dices quãta vis ire ſit: quid inimicitie poſſunt: quid odium piat. Nõ dico hic beluaſ
ira ⁊ odio moueri vt alteri noceant. non dico multos ſapientiſſimos viros odio: ac i-
ra motos obtemperare ſibi non potuiſſe. preterire melius eſt / quot vrbes: quot re-
gna: quot gentes confecte odio iaceant. quare iudices ſi etiaȝ bonos inimicitijs cor
rumpi videtis: huiuſmodi homines qui per conſuetudinem abeſſe a maleficio non
poſſunt odio motos obtruncare inimicum voluiſſe dubitatis / At vlyxes acerrimis
inimicitijs capitalique odio ab aiace diſſidebat. Scitis enim oẽs: ſcitis: nec opus ẽ
vt alterius rem vobis aperiam: quem in illum animum geſſit poſt iniquiſſimam il-
lam contentionem armorum. Scitis timidum hunc hominem. qui nihil vnquã vir
tute animi: omnia fraude peragat: fortiſſimum hominem acerrimum hoſtẽ inimici
tiarũ perſecutorẽ: iniuria laceſſitum vehementer extimuiſſe. Intelligebat enim niſi
vitam ei eriperet ſe incolumen non futurum. Conſueuerat ſi manifeſte nõ poterat.
quouis modo aduerſarios aggredi: cui rei indigna mors palamedis teſtimonio eſt:

quē qūi prudentia oēs ſuperare videbatur: nō ignoratis qua proditione: quibus inſidijs: inuidia motus occiderit: Atqui ex illo nullum periculū metuebat: aiacis metu conficiebatur. Ille quietus erat: acerbus aiax inimicus: hac in re odium: inuidia ira: metus: ſimul concurrerant: in palamedem inuidia ſolum mouebatur. Quare iudices ſi omnes huiuſmodi homines, vel parua de cauſa maleficia ſuſcipere ſolent: hic autē odio: atque metu acerbo aiacis perculſus erat: Nolite ipſuꝫ audire iudices ſi dicere auſus erit: nunquā ſe aiacē interficere voluiſſe: hec ergo perfectiſſima ratiocinatio eſt / que quinqꝫ partibus conficitur: vt exemplo patuit. Ceterū ⁊ quadripartita inuenitur: quū propoſitionis aut aſſumptiōis rō ꝑtermittitur. Tripartita etiā fit: quū tā propoſitio: quā aſſumptio rōnis nō indigent. Bipartitam etiam tā hanc: quā ſuperiorē poſſe fieri nōnulli contendunt: vt ſi diceres hec mulier cum viro concubuit: peperit.n. ſunt qui ex vna etiam parte conſtare argumentationem exiſtimāt: vt ſi dicas hec mulier: que peperit cum viro concubuit: quorum ratio a multis repheſa eſt: nos verbi controuerſia vtroſqꝫ vexari arbitramur. Nam qui argumētationem argumenti expolitionem putat: is profecto videbit vnius partis argumētationem inueniri non poſſe: qui vero argumentationem pro argumēto accipit: Is etiaꝫ vnius partis argumentationes multas inueniat neceſſe eſt. Argumentum cui nos Marcū tulium ſecuti inuentum appellamus: quod quū vna propoſitione: ac breuiſſimis verbis contineri poſſit. Expolitione argumentationis vt vim ſuam peſpicere poſſemus latius extenditur: nam hanc propoſitionem: mulier que peperit cum viro concubuit: Argumentū hoc eſt inuentū appellamus: qđ poſtea rōcinatione tripartita expoliri pōt: hoc modo. Quecunqꝫ mulier peperit cū viro cōcubuit: hec peperit hec ergo cū viro concubuit. Scire aūt oportet: hec inuenta in orōnibus nōnunquā ꝑclariſſimorū oratorū nō expolita inueniri. Nā ſi id qđ a loco iuenitur ita neceſſarium ac clarū ē: vt neqꝫ rōnis: nec expolitiōis idigeret: id ſolū ſufficit dicere: qđ iuentū. eſt maxime ſi longis argumentatiōibus auditores defatigati ſunt: quod facile in ciuili etiam queſtione fieri poſſe vnico exemplo monſtremus. aut metuamus Numantinos ſemper huic infeſtiſſimos vrbi: dum incolumes ſunt: aut vrbeꝫ eoruꝫ diruamuſ oportet. At hoſtium metum dū poſſis nō effugere ſtultiſſimū eſt. ergo niſi ſtulti eſſe velimus: vrbem eorum diruamus oportet. hoc totum qm̄ per ſe clarū eſt: maiorē et habebit vehemētiā: ſi aut ad breuiores reducitur vt ad ſimplicē cōcluſionē: hoc mō. Si metuere hoſtes turpiſſimum eſſe putatis infeſtiſſima huic ciuitati Numantiorū vrbs funditus diruenda eſt. Aut inuentū ſolū ſine argumentationis expolitione ꝓfertur: hoc pacto. Numantia infeſtiſſima nobis vrbs funditus diruenda eſt. Preterea neminem ignorare volumus omnes quas ſuperius enumerauimus argumentationes violatiōe ſemper exempta collectionē ingredi poſſe. Ac rurſus ceteras oēs ac ipſam collectionem in ratiocinatiōe adhiberi quod facile fieri poſſe quis non viderit: Si enim propoſitio ratiocinationis: aut aſſumptio infirma eſt: poterit optime quodam alio modo argumentationis: aut collectione confirmari: quod in ſuperiore nos exemplo ideo fecimus: vt naturam hanc ratiocinationis oſtenderemus. Alie vero argumentationes / nec ſe ipſas / nec ratiocinationem: aut collectionem ſuſcipiunt. Nam in illis nulla hoc modo affertur ratio. In his vero quum rationes afferantur / nōnunquā ipſa ratio aliqua conficitur argumentatione / quod vt auctoritate ſūmi oratoris confirmemus exemplis eius vtemur / que non ab oratiōibus ſumemus ſed ab eadem hac facultatis preceptione: quā rethoricam veterem vulgo appellamus. Nam etſi plurima huiuſmodi in orationibus inueniuntur / tamen aut qꝛ breuius dicuntur: quam clare ars intelligi poſſit / aut quia non ita ordine perficiuntur / vel ad celandam / vel vt vehementiora ſint que dicuntur / vel vt varietate delectent confuſiora ſunt / atqꝫ ideo intellectu difficiliora atque hoc faciamus / ne quis putet

noſtro arbitratu

noſtro arbitratu hec fruſtra interpoſuiſſe: verum recte intelligat nos in hunc libruꝫ nonnulla preceptionibus ipſius oratoris: nonnulla a grecis tranſtuliſſe. Multa etiam Ciceronis orationes legendo nos inueniſſe: neque aliquid hic poſitum eē: quod vſu eius comprobari non poſſit. Verum exempla in omnibus non poſuimus / vel qꝛ longum eſſet: ⁊ nos alijs occupationibus impediti ſumus: que quia ceterorum quoque ad inueniendum ingenia incitare volumus. Nunc ad propoſitum reuertamur: quinquepartita igitur ratiocinatione in hunc modum vtitur. Omnes leges iudiceſ ad commodum rei. publi. referre oportet: ⁊ eas ex vtilitate communi: nō ex ſcriptione: que in litteris eſt interpretari. hec propoſitio eſt / cui ſubiungit rationem a laude maiorum. ideſt a perſona hoc modo. Ea virtute ⁊ ſapientia noſtri maiores fuerunt: vt in legibus ſcribendis nihil ſibi aliud niſi ſaluteꝫ: ⁊ vtilitatem rei pub. proponerēt neqꝫ enim ipſi quod obeſſet ſcribere volebant / etſi ſcripſiſſes: quum eſſet intellectuꝫ repudiatum iri intelligebant. Nemo enim leges legum cauſa ſaluas eſſe vult: ſed rei. publi. quod ex legibus omnes rem. publi. optime putāt adminiſtrari. Quāobrē igitur leges ſeruari oportet: ad eam cauſam ſcripta omnia interpretari cōuenit: hoc eſt quoniam rei publice. ſeruimus ex rei. publice commodo: atque vtilitate interpretemur confirmatio deinde rationis in hunc modum per ſimilitudinem capta ſequitur. Nam vt ex medicina nihil oportet putare proficiſci: niſi quod ad corporum vtilitatem ſpectet: quoniam eius cauſa eſt inſtituta: ſic a legibus nihil conuenit arbitrari: niſi quod rei. publi. conducat proficiſci: quoniam eius cauſa ſunt comparate: ergo in hoc quoque iudicio definite litteras legis perſcrutari: ⁊ legem / ⁊ equum ex vtilitate rei. publice. conſyderate. hic iam quadripartita collectio concluſa eſt / que forſitan ſi quis eam preceptionem ſequitur argumentationis: quam idem ipſe Cicero ad Herenium edidit quinquepartita poſſet videri. nos aliam rationē ſecuti quadripartitam arbitramur: de qua ratione poſterius dicemus. Nunc aſſumptionem huius ratiocinationis. ⁊ reliqua proſequamur quid enim magis vtile fuit thebanis: quam lacedemonios opprimi: quid magis epaminundam thebanorum imperatorem quam victorie thebanorum conſulere decuit: quid hac tanta thebanorum gloria tam claro / atque exoptato tropheo clarius habere conuenitur: ſcripto videlicet legis omiſſo: ſcriptoris ſententiam conſyderare debebat. atqui hoc quidem conſyderandum ſatis eſt: malam eſſe legem niſi rei publi. cauſa ſcriptam. hoc totum aſſumptionis ratio: nam ipſam aſſumptionem: que eſt vt etiam in concluſione ratiocinationis videtur. Hic autem vtilis rei publi. fuit: tanquam vel ex precedentibus vel ex aſſumptionis ratione / vel ex re ipſa claram pretermittendam putauit. Cōcludit deinceps hanc tripartitam in aſſumptione collectionem / ſummam igitur amentiam putabat eſſe: quod ſcriptum erat reipublice cauſa ſalutis / id non ad rei. publi. ſalutem interpretari / quod ſi leges ad vtilitatem rei. publi. referri conuenit hic autem ſaluti rei publi. profuit profecto eodem non poteſt facto: ⁊ communibus fortunis conſuluiſſe / ⁊ legibus non obtemperaſſe. hec eſt concluſio totius ratiocinatiōis. verum vt hec eadem altero quoque Ciceronis exemplo conſyderetur / quadripartitam etiam ratiocinationem ponemus. Iudices qui ex lege iurati iudicatis legibuſ obtemperare debetis / hec propoſitio eſt. que quoniam clara eſt. nec indiget ratiōis aſſumptioni coniūcta obtemperare autem non poteſtis legibus: niſi id quod ſcriptū eſt in lege ſequamini: hec aſſumptio ratione a facto ſcriptoris capta confirmatur: qđ enim certius legis ſcriptor teſtimonium voluntatis ſue relinquere potuit / quā qđ ipſe magna cum cura ⁊ diligentia ſcripſit: Expolitio fictoria: quod ſi littere non extarēt / magnopere eas requireremus / vt ex his ſcriptoris volūtas cognoſceretur: nec qꝫ tū epaminūde permitteremus ne ſi extra iudiciū quidē eſſet / vt is nobis ſententiam legis interpretaretur / ne dum nunc iſtum patiamur / quum preſto lex ſit / nō ex

eo quod apertiſſime ſcriptum eſt:ſed et eo quod ſue cauſe conuenit ſcriptoris voluntatem interpretari. Concluſio ratiocinationis: quod ſi vos iudices legibus obtemperare debetis ⁊ id facere nõ poteſtis niſi id quod ſcriptũ eſt in lege ſequamini quid dubitetis: quoniam iſtum contra legem feciſſe iudicetis.

## Flores dialectice rhetoricam concernentes

Quoniam rhetoricã non nihil dialectica iuuat: viſuꝫ eſt pauca de illa facultate in hos libros conferre. Dialectica eſt diligens diſſerẽdi ratio. Diſſerere vero nemo poterit diligẽter: niſi que inuenerit/dicendaqꝫ iudicauerit ea ſic coniunxerit: vt illis datis: quod intendit neceſſario conſequatur. quaꝫ orationem/Greci ſyllogiſmum dicunt: Latini vero ratiocinationem appellare poſſunt. Ea propoſitiõibus conſtat. Diſ propoſitio ſi ſimplex eſt: duobus terminis/ſubiecto atqꝫ predicato connectitur. Quoniam ergo ſyllogiſmorum elementa ſunt/ex quibus cõſtãt ⁊ ad quos reſoluuntur (nec enim componendo altius repetere: nec reſoluendo longius abire poſſumus) de his primum dicamus. Uerum dialecticorum more: vt de quo termino ſermo nobis habetur intelligas/vocem in ſignificationes ſuas primũ diuidamus. ¶ Termini ergo: locorum fines appellati ſunt/qui locum a loco diſtinguant/atqꝫ ſeparent. vnde greci ſimilitudine ducti ὁρους ideſt verbũ de verbo terminos/diffinitiones appellarunt. Diſiungunt enim atqꝫ diſſeparant diffinitiones/vniuſcuiuſqꝫ ſubſtantiã: cũ differentias tanquam terminos generi adijciũt. ¶ Terminos etiam/ſimplicis propoſitionis partes dicimus/vel quoniam ſignificatione quaſi cõſcriptam rem oſtendunt quam ſignificant. Hinc eſt quod rerum nomina implicitas diffinitiones ⁊ diffinitiones explicita nomina rerũ: multi ac clari philoſophi ſolent appellare. ¶ Terminũ ergo quem hic dicimus/propoſitionis partem intelligimus: quem ita definit Ariſtoteles. Terminus eſt in quem reſoluitur propoſitio. Eſt aũt oĩs terminus: vel complexus vel incõplexus. Cõplexus eſt oratio imperfecta q̃ cõſtat multis ſimplicibus terminis. vt ſcia iuris ciuilis. Incõplexus: vt hõ. ſcientia. vt facit. currit. Incõplexus aũt ſimplex terminus omnis/aut nomẽ eſt aut verbum ⁊ aut infinitũ aut finitum. ¶ Nomẽ: eſt vox ex inſtitutione hominum ſine tẽpore ſignificans/cuius nulla pars ſeiuncta/ſeparataqꝫ ſignificat. ¶ Uerbum: eſt vox inſtitutione hominũ cum tempore ſignificãs/cuius nulla pars ſeiuncta/ſeparataqꝫ ſignificat. ¶ Infinita vero nomina vel verba: ſunt quibus negatio adiecta eſt. Finita: que abſqꝫ negatione proferuntur. Finita: vt homo. animal. legit. ſentit. Infinita: vt nõ homo. nõ animal. nõ legit. nõ ſentit. ¶ Nomina igitur appellat Ariſtoteles: q̃ nominatiuo caſu efferuntur. quẽadmodum verba: ea que ſolũ indicãt p̃ſens tẽpus. Cetera caſus nominũ ⁊ verborũ eſſe aſſerit: vt hominis homini. agebas agebat. agerem. agere. ¶ Oratio: eſt inſtitutione hominum ſignificans/cuius aliqua pars ſeiuncta/ſeparataqꝫ ſignificat. ¶ Orationum quinqꝫ ſunt genera: Enunciatiua/Imperatiua/Deprecatiua/Interrogatiua/Uocatiua. ¶ Uocatiua: vt Heus (inquit) iuuenes monſtrate mearum vidiſtis ſi quã hic errantem forte ſororum. ¶ Interrogatiua: vt Sed vos qui tandem: quibus aut veniſtiſ ab oris: quoue tenetis iter: ¶ Deprecatiua: vt Sic pater ille deum faciat. ſic altus Apollo: incipiat cõferre manum. ¶ Imperatiua: vt Diſce puer virtutẽ ex me/verumqꝫ laborẽ: fortunã ex alijs. ¶ Enunciatiua/vt Stat ſua cuiqꝫ dies. breue ⁊ irreparabile tempus: Omnibus eſt vite. Sed famam extendere factis/hoc virtutis opus. Item Neſcia mens hominum fati/ſortiſqꝫ

fati/ſortiſqꝫ future. Et ſeruare modũ rebus ſublata ſecundis. ¶ Enunciatio vero: alia ſimplex: alia coniuncta eſt. Cõiuncta: ex ſimplicibus conſtat. vt ſi homo eſt: animal eſt. Simplex vero enunciatio: eſt oratio/que aliquid eſſe vel non eſſe ſignificat/ſecũdũ q̃d ipſa tempora diuiſa ſunt. vt homo eſt animal. ¶ Omnis igitur oratio qua neceſſe eſt aliquid de aliquo vel aſſerere vel negare/ſi vt vel eſſe vel non eſſe ſignificat: cõſideratur: enunciatio dicitur. Sin vt verum vel falſum: propoſitio appellatur. Eſt enim propoſitio oratio que verum vel falſum ſignificat. Signum eſt quod aliud ſentiendum/aliud dat intelligendum. ¶ Propoſitionũ: quedam categorice nuncupantur quas predicatorias latine appellare poſſumus. ¶ Quedam hypothetice: q̃ conditionales nominantur. ¶ Predicatoria propoſitio: eſt que duobus terminis cõſtat/ſubiecto predicatoqꝫ. ¶ Subiectum eſt de quo aliquid dicitur. ¶ Predicatuꝫ eſt quod dicitur de aliquo. vt homo eſt animal. ¶ Subiectus terminus nunquã maior/ſed equalis vel minor predicato ſemper eſt. ¶ Predicatus vero terminus: vel verbũ eſt: vt homo currit. vel nomen ſimul cum verbo: vt dies ſerenus eſt. ¶ Preterea tam ſubiectum quam predicatum: cõplexos terminos poſſunt continere: vt ſciẽtia iuris ciuilis eſt res vtilis. ¶ Omnis predicatoria propoſitio: vel affirmatiua vel negatiua eſt. Affirmatiua: eſt alicuius de aliquo enũciatio. Negatiua: eſt alicuius ab aliquo enunciatio. ¶ Propoſitionũ: alie ſunt vniuerſales/alie particulares/alie idefinite. ¶ Uniuerſalis: eſt que aut omni aut nulli ineſſe ſignificat. vt omnis homo currit/nullus homo currit. ¶ Particularis: eſt que alicui aut non alicui ineſſe ſignificat. vt aliquis homo currit: aliquis homo nõ currit. Huic ſingulareꝫ annectimus. ea eſt ſi dicas Cicero diſputat. hic audit. ¶ Indefinita: eſt que abſqꝫ vniuerſali atqꝫ particulari/aut eſſe aut non eſſe ſignificat. vt homo legit/homo non legit. Hic illud dicendum eſt: huiuſcemodi voces/omnis. nullus. aliquis. quidam. iuniores ſigna/priſcos ſyncategoremata appellare. quoniam terminis adduntur: ipſe vero termini non ſunt. ¶ Ad hec propoſitionũ: quedam contrarie: quedaꝫ ſubcontrarie: ⁊ alie ſubalterne/alie contradictorie nominãtur. ¶ Uniuerſalis igitur affirmatiua ⁊ vniuerſalis negatiua/in quibus eadem omnino ſubijciũtur ac predicantur: inter ſe cõtrarie ſunt. ¶ Particularis vero affirmatiua ⁊ negatiua in quibus eadem omnino ſubijciuntur ac predicantur: ſubcontrarie dicũtur. ¶ Uniuerſalis vero ⁊ particularis affirmatiue/⁊ ſimiliter due negatiue: ſubalterne dicuntur. ¶ Cũ vero quãtitati quãtitas/⁊ qualitati opponitur qualitas/eiſdem ſubiectis ⁊ predicatis: contradictorie nominãtur. Quare vniuerſalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua/ac rurſum vniuerſalis negatiua ⁊ particularis affirmatiua/in quibus eadem omnino ſubijciũtur ac predicantur/ſibiipſis contradicunt. ¶ Harum propoſitionum ſi cui negatio preſertim vniuerſali ſigno preponitur: ſunt contradictorie. ſi poſtponitur: contrarie. ſiuero eidem ⁊ preponitur ⁊ poſtponitur negatio: ſubalterne vim ⁊ poteſtatem poſſidet. Quam rem iuniores propoſitionũ equipollentiam appellare ſolent. ¶ Eadem rõ ẽ de illis propoſitiõibus quas iuniores appellant modales. poſſibile/impoſſibile/neceſſe contingens. In his tamen modus habet locum verbi. ¶ Uerum de oppoſitione propoſitionum ſatis. Nunc de natura dicamus.

Propoſitionũ igitur quas cõtrarias appellamus/ea natura eſt: vt cũ nunquam ſimul vere inueniri poſſint ſi vna vera eſt/falſam neceſſario alteram oſtendat. Neqꝫ retro vertere licet. nec enim ſi alterutra falſa eſt: icirco q̃ relinquitur erit vera. nam falſas ſimul eſſe in ijs rebus comprehendimus: quas contingentes appellant. vt omnis homo ſedet. nullus homo ſedet. ¶ Subcontrarie vero: contrario ſe modo habent. nam cum falſe ſimul eſſe non poſſint: vere poſſunt. Quare falſitas vnius/veritatem alterius oſtendit: ſed veritas falſitatem minime. Poſſunt enim ambe ſimul veritatem in cõtingẽtibus rebus cõplecti. vt aliquis hõ

ſedet. aliquis homo nõ ſedet. ¶ In ſubalternis: ſi particularis falſa eſt / vniuerſalis falſa eſt. nec retro agere licet. vera enim eſſe poteſt particularis cum vniuerſalis eſt falſa. vt aliquis homo ſedet. omnis homo ſedet. Si autem vniuerſalis vera eſt: ⁊ particularis neceſſario. nam ſi omnis homo eſt animal: ⁊ aliquis homo animal eſt. At contradictorie: ſemper verum a falſo ſeiungunt ⁊ ſeparãt. nã ſi vna ipſarum vera eſt falſam alteram: ſi falſa altera / reliquam veram eſſe neceſſe eſt. His ita breuiter dictis: nunc de conuerſione propoſitionum breuiter dicendum eſſe videtur.

Nunc breuiter (vt inſtituimus) dabimus operã ea primo exponere que greci voces / Latini predicabilia ſolent appellare. Deinde de predicamentis: quas categorias grece dicimus. Et de predicatorio ſyllogiſmo pauca admonebimus. Poſtremo de propoſitione hypothetica / ⁊ ſyllogiſmo. ⁊ de diffinitione ⁊ diuiſione differemus. nec omnino ea precepta contemnemus: que eius rei quã iuniores obligationẽ vocant / vim ⁊ naturã cõplectũtur. ¶ Predicabile igitur: ẽ terminus qui de pluribus vniuoce poteſt predicari. ¶ Uniuoca: dicũtur quorũ nomen cõmune eſt / ⁊ ratio ſubſtantie ſecundum id nomen eadem. vt animal / homo / atque bos. Nã vtraqꝫ animalia nuncupantur. Et ſi quis aſſignet vtriuſque rationem inquantum animal eſt: vtrumqꝫ animatam ſubſtantiam que ſentiat ⁊ moueatur / eſſe affirmabit. ¶ Equiuoca: ſunt quorum nomen quidem commune / ſed ratio ſubſtantie / ſecundum id nomen non eſt eadem. vt canis in aquis / in terris / in celo. nomine quidem idem: re autem atque ſubſtantia diuerſa ſunt. ¶ Predicabilia: quinqꝫ ſunt Genus. Species. Differentia. Proprium. ⁊ Accidens. ¶ Genus: eſt quod de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid eſt vniuoce predicatur. Id duplex eſt. naꝫ aliud genus generaliſſimũ / aliud genus ſubalternum appellatur. ¶ Generaliſſimũ: eſt quod cum ſit genus: non poteſt eſſe ſpecies. vel ſupra quod aliud genus minime inuenitur. Que ſunt decem genera rerum omnium / de quibus poſtea dicemus. Subalternum: eſt quod cum ſit genus / eſt etiam ſpecies. Huiuſmodi: ſunt omnia q̃ inter ſpecialiſſimas ſpecies ⁊ generaliſſima genera ſemper inueniũtur. ⁊ ad ſuperiora quidẽ relata / ſpecies ſunt: inferioribus vero accommodata / genera. vt animal: animati quidem corporis ſpecies / hominis vero aut bouis genus. ¶ Species: eſt q̃ ponitur ſub genere vel ſpecies: eſt que de pluribus differentibus numero in eo quod quid eſt vniuoce predicatur. Ea eſt duplex. nam aliam ſpecialiſſimam: aliam ſubalternam dicimus. ¶ Subalterna: eſt que inter generaliſſimum genus ⁊ ſpecialiſſimã ſpeciem poſita eſt. ¶ Superioris ſpecies / inferioris genus ſemper inuenitur vt animal. ¶ Specialiſſima: eſt que cum ſit ſpecies / non poteſt eſſe genus. vt homo. bos. ¶ He ſpecialiſſime ſpecies: non in ſpecies amplius / ſed in indiuidua ſcinduntur. vt Cicero. Ariſtoteles. ¶ Differentia: eſt qua res inter ſe differunt. Ea eſt triplex: Cõmunis / Propria / Specifica. ¶ Cõmunis: eſt que ſeparabilis eſt. Ita dicimus album hominem / a nigro differre. ¶ Propria: eſt que cum inſeparabilis ſit / ineſt tñ p̃ accidens. Ita Coruus nigredine / a Cygno differt. ¶ Specifica: eſt que de pluribus differentibus ſpecie vel numero in eo quod eſt quale eſſentiale vniuoce predicatur. vel differentia: eſt qua abundat ſpecies a genere. ¶ Hanc ſolam in numero quinque predicabilium accipimus. Que duplex eſt: diuidens ⁊ conſtituens. ¶ Diuidentem appellamus qua genus diuiditur. vt ſubſtantia quedam corporea / quedam incorporea. Conſtituentem appellamus: que generi addita / ſpeciem conſtituit. vt animalium: aliud rõnale: aliud irrationale. Nã ſi animali addas irratiõalitatẽ: ſpeciẽ quandã cõſtitues. quam ſi nomine caret: aut mente ſola concipies / aut etiam (nec enim de rerum vocabulis ſolicitari debet philoſophus: ſed dare ſe operã diligenter vt natura rerum apertius pateat ficto aut nouo verbo quam commodiſſime poteris / nominabis. Sunt ergo ſpecifice differentie: quecunqꝫ aliã faciũt ſpeciem. quibus ad diuiſionem ⁊ definitionem ſpecierum maxime opus eſt. ¶ Proprium: quatuor modis accipitur. Nam quidquid ſoli accidit ſpeciei ⁊ ſi non omni ſub ea / neqꝫ ſemper: proprium dicitur. vt homini: medicum eſſe. Et quod omni accidit ⁊ ſemper ⁊ ſi non ſoli. vt homini bipedem eſſe. Et quod omni ⁊ ſoli / ſed non ſemper. vt homini caneſcere in ſenectute. Et quod omni ⁊ ſoli ⁊ ſemper ineſſe poteſt: vt riſibile homini. ¶ Et hoc modo Proprium in quinqꝫ vniuerſalibus connumeratur. quod etiam ſic definiunt. ¶ Proprium: eſt quod de pluribus differentibus numero vniuoce in eo quod eſt quale accidentale / ſic predicatur / vt vertere liceat: vt omnis homo eſt riſibilis. ⁊ quidquid riſibile eſt: homo eſt. ¶ Accidens: eſt quod poteſt adeſſe ⁊ abeſſe preter ſubiecti corruptionem. Huius aliud eſt ſeparabile. vt dormire / ſedere. Aliud inſeparabile. vt nigredo Corui ⁊ Ethiopis. Que ſi ſeparatim non inueniatur: tamen ſi abeſſet / non inferret coruo aut ethiopi corruptioneꝫ. quod a iunioribus etiam ſic definiri ſolet. Accidens: eſt quod d̃ pluribus predicatur in eo q̃d quale accidentale non conuertibiliter. ¶ Quod autem voces (vt greci dicunt) quinqꝫ ſint numero: hinc maxime perſpicuum eſt / quod omne quod de alio dicitur / vel accidẽs ei eſt vel ſubſtantiale. Si accidens: aut cõuerti predicatio poteſt: ⁊ habetur proprium. aut non: ⁊ habetur accidens. Quam ſi ſubſtantialis predicatio eſt / id eſt ſi quod predicatur eſſentia ineſt ſubiecto: vel in eo quod quid / vel in eo quod quale dicitur. quod vt qualitas dicitur cum per eſſentiam ineſt: differentia eſt. Quod in eo quod quid: ſi de pluribus differentibus ſpecie / genus eſt / ſin de differẽtibus numero: Species eſt. ¶ Itaqꝫ cũ ſint quinqꝫ predicabilia: Genus / Species / Differẽtia: predicationem eam faciunt que eſſentialis ⁊ ſubſtantialis. Accidentis ac proprij p̃dicatio: accidentalis appellatur. ¶ Nunc quoniam de quinqꝫ vocibus dictum eſt: de predicamentis breuiſſime (vt inſtituimus) dicendum videtur.

Predicamentum igitur: eſt terminorum / qui ſecundum nullam complexionem dicuntur / natura / rerum coordinatio. ¶ Et ſunt decẽ: Subſtantia. Quantitas. Qualitas. Ad aliquid. Actio. Paſſio. Ubi. Quãdo. Situs. habere. ¶ Eorum que ſunt / quedam dici de alijs poſſunt vti de ſubiecto. Quedam non poſſunt. ¶ Item Eorum que ſunt. Alia ĩ ſubiecto ſunt / alia non. ¶ In ſubiecto dicitur eſſe: quidquid cum in aliquo ſit / ſine eo eſſe non poſſit / ⁊ tamen non eſt pars eius. vt albedo in corpore. Quare quod in alio non eſt: ſubſtantia eſt. Que vero de alijs vt de ſubiecto dicũtur: vniuerſalia ſũt. Que dici de alijs non poſſunt: ſingularia ſunt. ¶ Subſtantiam: in primam ⁊ ſecundam: partitur ariſtoteles. ¶ Prima: eſt que neque de ſubiecto dicitur / neque in ſubiecto eſt. vt hic homo. hic bos. ¶ Secunda / eſt que de ſubiecto quidem dicitur / ſed in ſubiecto non eſt. vt homo: bos. ¶ Quando alterum de altero vt de ſubiecto predicatur: quecunqꝫ de predicato dicuntur / omnia etiam de ſubiecto dicuntur. Nam cum animal de homine / vt de ſubiecto dicatur / ſubſtantia (cum de animali dicitur) etiam de homine dicetur. quod in ipſa ſerie predicamenti / apertius comprehenditur.

SUBSTANTIA.

Corporea — Incorporea

CORPUS.

Animatum — Inanimatũ

CORPUS ANIM.

| | | |
|---|---|---|
| Senſibile | ANIMAL: | Inſenſibile |
| Rationale | ANIMAL RATIONALE. | Irrationale |
| Mortale | HOMO. | Immortale |
| Antonius. | Cicero. | Auguſtinus |

SUbſtantia non ſuſcipit magis ⁊ minus. nulla. n. hoc ipſum quod eſt magis vel minus dicitur. Nec ei quicquã cõtrariũ. Verũ hec ita ſubſtãtie propria ſunt: vt ei cũ quibuſdã alijs cõmunia ſint. ¶ Illud maxime propriũ: cũ vna ⁊ eadem numero ſit/cõtraria viciſſim ſuſcipiat. vt homo nunc albus deinde niger. ¶ De ſubſtantia quidem ſatis. ¶ Quantum autem: eſt quod diuiditur in ea que inſunt. quorum vtrumq; vel ſingulũ/vnũ quid ⁊ hoc aliquid innatum eſt eſſe. ¶ Quãtitas alia continua eſt. alia diſcreta. Continua: eſt cuius partes/communi quodam termino coniunguntur. Eius ſpecies/ſunt/Linea. Superficies. Corpus. Motus ⁊ Tempus. Sic. n. princeps ille philoſophorum ac pene ſolus philoſophus: in quito prime philoſophie partitur. In Categorijs motũ neglexit/locũ poſuit. Locus tamen vt a phyſico auditu colligitur/ſuperficiei ſpecies eſt. Quare patet aut alios ſecutũ/locũ a ſuperficie ſeparaſſe: aut ipſam trinam dimenſionem non vt in corpore ſed potius in vacuo intellexiſſe. Cõtinuorũ per ſe quidē ſunt: Linea/ Superficies Corpus. Per aliud vero quãta ſunt que inſunt quantis: vt motus / ⁊ tempus nã ⁊ ſi hec ad ea que ꝑ accidens quanta ſunt/philoſophus reducat/vt albũ quantũ: q: ſuperficies alba: differenter tamen/quod hec huius ſunt predicamenti. ¶ Diſcreta quantitas: eſt cuius partes nullo communi termino coniunguntur. Cuiuſmodi eſt Numerus. Item eorum que quanta ſunt: quedam conſtant e partibus que inter ſe poſitionem habent/quedam vero minime. ¶ Dicuntur autem habere poſitionem: que non ſolum continua ſunt/verum etiam in loco ſita permanent: que maxime omnium quanta dixerim/huiuſmodi ſunt: linea/ſuperficies/corpus/numerus. Quãtitati: ſimiliter vt ſubſtantie: nihil eſt contrarium. Sed illud maxime proprium eius ſecundum eam equale aut inequale dici. ¶ Qualitas: eſt ſecundum quam quales eſſe dicimus. ¶ Eius quatuor ſunt ſpecies: Affectio ⁊ habitus. Naturalis potentia vel impotentia. Paſſio vel paſſibilis qualitas. Forma vel figura. ¶ Inter affectionem ⁊ habitum/hoc intereſt: quod affectio ⁊ facilius imprimitur/⁊ citius cõmutatur. vt cum calore aut frigore aut ſanitate ac alijs huiuſmodi: homo afficitur. Habitus vero permanentior ⁊ diuturnior eſt. vt virtus. vt ſcientia ⁊ ſimilia. ¶ Quare ꝑſpicuum eſt: habitum omnem eſſe diſpoſitionem quandam atq; affectionẽ/vel quoniam afficit quodammodo ⁊ diſponit habitus id cuius eſt habitus/vel quoniam tẽporis prolixitate innate quaſi ſiunt affectiones quedam/⁊ in habitũ transferũtur. ¶ Naturalis potentia vel impotentia: dicitur vis quedã inſita vel imbecillitas qua facilius quicquam aut egrius vel pati vel agere natura poteſt. vt durum/molle/valitudinarius/robuſtus/⁊ que huiuſmodi ſunt natura inſita/non aduenticia. ¶ Paſſiones autem vel paſſibiles qualitates: ſunt non affectiones ipſe/ſed ea quibus affectiones efficiuntur. vt Calor. frigus. Albedo. nigredo. Amaritudo. dulcedo. ⁊ ſimilia. que non ideo paſſiones dicte ſunt quod ſubiecta earum quicquam ab eis patiantur: verum quia ſenſus immutando afficiunt. vt amaritudo. dulcedo. Colores autem magis quod ex motione ſolent innaſci nobis/ſic appellati ſunt. vt ex timore/palor. ex rubeſcentia/rubor. quorum qui diutius permanent: qualitates dicuntur. Qui citius tranſeunt: paſſiones. Nam qui rubet quoniã pudet/aut qui pallet quoniam timet: pati aliquid dicitur/rubeus autem aut pallidus non dicitur. ¶ Figura vero: eſt vt circulus/triangulus ⁊ huiuſmodi. ¶ Magis ⁊ minus ſuſcipit qualitas ſed non oĩs. nec. n. circulus aut triãgulus alius alio magis id quod eſt. Quare id maxime proprium eſt qualitatis: vt ſecundum eã ſimile aut diſſimile dicatur. ¶ Ad aliquid ſunt quecunq; hoc ipſum quod ſunt aliorum dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud. ¶ Relatiuorum alia equali quadam comparatione conſiſtunt: vt ſimile. equale. amicus. ¶ Alia maiore: vt pater. dominus. ¶ Alia minore: vt ſeruus. filius. ¶ Alia voluntate: vt amicus. inimicus. ¶ Alia fortuna: vt dominus. ſeruus. ¶ Relatiua magis ⁊ minus ſuſcipiunt. Magis non omnia: ſed que ſecundum qualitatem dicuntur: ⁊ que fortuna vel voluntate conſiſtunt. ¶ Item cõtraria nonnulla ſunt: vt virtus vicio. diſciplina ignorantie. ¶ Omnia vero interſe cõuerti manifeſtum eſt. Pater enim filij pater. ⁊ filius patris filius. Sed oportet apte alterum alteri reddere: nam ſi quis dicit alam auis: quoniam alterũ alteri non apte reddit nõ poterit cõuertere. non enim in eo quod auis eſt: ſed in eo quod alatũ eſt/ala eſt. Caſus ſunt diligenter ſeruandi. vt doctrina docti: ſed doctus doctrĩa doctus. ¶ Actio: eſt qua cũ quidquid agitur/in eo quod ſubijcitur agere dicitur. ¶ Actioni ſex partes ſubijciuntur. Generare. Corrũpere. Augere. Diminuere. Alterare. Loco mouere. ¶ Horum ſingulis/ſpecies ſubiecte/⁊ indiuidua: hominem verbi cauſa vel hunc hominem generare/aut corrumpere. Crementi vero ⁊ diminutionis ſpecies ſunt: in longũ latũ ⁊ profũdũ. Indiuidua: hac longitudine/ vel latitudine: vel altitudine/id facere. Alterationis: calefacere. albeſcere. ceteraq; huiuſmodi Extremi generis: aliqua ſpecie ſecũdũ locũ motus mouere. vt ſurſum/deorſum. Actio actioni nonnunquã cõtraria. vt incẽdere/extinguere: quare magis ac minus ſuſcipit. Sed illud precipue actionis: in motu ſit. omnis enim actio in motu eſt. ⁊ oĩs motus in actione ſeruatur. ¶ Paſſio: eſt actionis effectus. Eius partes ſunt: generari. corrumpi. ⁊ cetere que actionis eſſe dicebantur non vt agunt ſed vt patiuntur. ¶ Vbi: eſt que a loci circũſcriptione procedit corporis locatio. non eſt enim idem/locus ⁊ vbi. nam locus eſt in eo quod capit: vbi vero in eo quod circumſcribitur. ¶ Huic categorie nihil eſt contrariũ: quemadmodũ nec loco. Et ſpecies eius: loci ſpecies ſunt non vt locantis/ſed vt locati. ¶ Quando: eſt que relinquitur ex tẽpore: rerum affectio. Id diuiditur in preteritum. inſtans. ⁊ futurũ: quãuis nihil horum ſit. nam cum hec tria tẽpora ſint: quando tempus non eſt/ſed affectio rei que fuiſſe/ vel eſſe/vel futura dicitur. ¶ Situs eſt partiũ quedã poſitio ac ordinatio: Qua: ſtantia: ſedẽtia/aſpera/leuia/⁊ huiuſmodi dicũtur. ¶ Eius ſpecies ſũt: accubitus/ſeſſus/aſperum etiam/⁊ leue: non vt tactu iudicantur/ſed vt poſitione quadã partium inter ſe conſtituuntur. ¶ Poſitio non ſuſcipit magis ⁊ minus. quãobrẽ nec contrariũ. nec enim ſtare/aut ſedere contraria ſunt: ne vni plura contraria ſint. Et quoniã de quocunq; dicitur vnũ contrariorũ: ⁊ alterũ. nã ſtare de nõnullis dicitur de quibus ſedere recte non dicitur. ¶ Habere: dicuntur circa que aliquid adiacet. Haberi vero: ea ipſa que adiacent. Huius ſpecies armatum eſſe: annulatum eſſe. ¶ Suſcipit autem habere/magis ⁊ minus/quia etiam contrarium/non vt habitum ſed vt priuationem. vt armatus/inermis. ⁊ cum multis modis dicatur/quos Ariſtoteles enumerat. ſex ſunt. habere qualitatem: vt diſciplinam. quantitatem: vt proceritatẽ. que circa corpus vel corporis partem ſunt: vt veſtem/annulum. membrum: vt manum habere. aut in vaſe: vt modiũ habet triticũ. poſſeſſionẽ: vt domũ. aut etiam vxorẽ: ⁊ vxor/virũ habere dicitur. qui modus omniũ alieniſſimus ſit. nihil enim aliud quã ſimul habitare: oſtendere videtur. e quibus oĩbus: tertius ſolũ modus/huius eſt categorie. ¶ Opponi aliud alij quatuor modis dicitur. Vt ad aliquid: quõ duplum/

dimidiū. vt contraria: ſicut album/nigrum. virtus/viciū. Ut habitus ⁊ priuatio: ſicut viſus/cecitas. auditus: ſurditas. motus: quies. Ut negatio ⁊ affirmatio: vt ſedet/nō ſedet. ¶ Cōtraria: ſunt que in eodē genere poſita/plurimū diſtāt. Eoꝝ alia mediata/alia immediata. Mediata dicūtur: quorū videlicet alterutrum non eſt neceſſe ſuſceptibilibus ineſſe. vt album vel nigrum eſſe corpus quoppiam neceſſe non eſt. poterit enim rufum vel flauū eſſe. Sanū vero aut egrū eſſe: neceſſe eſt alterū: quare ſanum ⁊ egrum immediata ſunt. ¶ Priuari vero dicūtur: quecunq; re ea carēt que cū ineſſe nata eſt/ſi cum ineſſe poteſt non ineſt. nec enim vel lapis viſu vel puer dentibus antequā habere poſſit: priuatus eſſe dicitur. ¶ Prius ⁊ poſterius: quatuor modis dicuntur. natura. tēpore. ordine. dignitate. Natura id prius eſt/a quo verti nō pōt cōſequētia. vt ſi currit: mouetur. quia non retro fit/ſi mouetur currit: mouere quā currere prius eſt. Tempore autē: vt Romulus ante quā Camillus fuit. Ordine: vt exordium in oratione/narratione prius. Dignitate: vt homo brutis/conſul pretore. His quintus accedit apud Ariſtotelē quē etiā natura cōſiſtere opinatur. Is eſt cū eorū que mutuo ſe cōſequūtur: vnū alterius cauſa eſt. vt ſi homo eſt: vera ē (qua hominē eſſe aſſerimus) oratio. Itē homo ⁊ riſibile. pater ⁊ filius. ¶ Simul duobus modis: tēpore ac natura dicitur. Tempore ſimul: ſunt quorū generatio ac corruptio in eodē eſt tēpore. ¶ Natura: quecunq; ſe mutuo cōſequūtur/cū neutrū alterius cauſa ſit. vt duplū. dimidiū. Et quecunq; genus aliquod diuidūt. vt greſſibile: volatile: animal diuidunt. ¶ Motus ſpecies ſunt ſex: generatio corruptio/crementū diminutio/alteratio: loci mutatio. Et generatio corruptioni ⁊ crementum diminutioni opponitur. vt quies in loco: mutationi que per locum eſt. cui etiam opponitur in contrarium locum mutatio. vt que ad inferiora eſt: ei que ad ſuperiora eſt. Alterationi ſimiliter: in qualitate quies motui opponitur qui vel ex eadem qualitate vel ī oppoſitam qualitatem eſt. vt in albedine quies: ex albedine/vel in nigredinē motui opponitur. Uerū de predicamentis ſatis. ¶ Nunc de ſyllogiſmo dicendum eſt.

Syllogiſmus: eſt oratio in qua ex iis q̄ poſita ſunt/aliud neceſſario cōſequitur. ¶ Syllogiſmorum: quidam predicatorij quidā conditionales. Predicatorius: eſt qui propoſitionibus conſtat predicatorijs. qui ſi tribus enunciationibus abſoluitur: perfectus eſt. Si vero duabus: iperfectus eſt ⁊ enthymema. hic ꝑfectum ⁊ abſolutum: imperfectum/incompletum/ac inabſolutum idem intelligimus. ¶ Syllogiſmus perfectus: tribus conſtat enunciationibus ⁊ tribus terminiſ. Terminorum vnum minorem/alterum maiorem/tertium medium appellamus. Hos in ſyllogiſmo bis ſumi neceſſe eſt. nam aliter e tribus terminis tres conficere enunciationes non poſſumus. Medius ergo eſt: qui cum bis ante concluſionem ſumatur/in ea tertio reperi non poteſt. Maior vero: is eſt qui in concluſione predicatur. minor: qui in concluſione ſubijcitur. Enunciationum quibus ſyllabis conſtat: vnam maiorem propoſitionem/alteram minorem tertiam concluſionē nuncupamuſ. Maior propoſitio: eſt que ex maiore ⁊ medio termino conſtat. Minor: eſt que ex minore ⁊ medio termino conſtat. Concluſio: eſt que premiſſis duabus propoſitiōibus maiore atq; minore/neceſſario cōſequitur. In ea/cum recte infertur/maior terminus: cum non recte/minor predicatur quod in quinq; modis prime ſolummodo accidit. ¶ Syllogiſmorū tres ſūt figure. Prima: eſt in qua medius terminus ſubijcit in maiore/⁊ in minore predicatur Quamuis contra fieri ⁊ ſoleat ⁊ poſſit. Secunda: ē in qua medius terminus ſemper predicatur. Tertia eſt in qua medius terminus ſemper ſubijcitur. Quas ob res: patet figuram nihil aliud eſſe niſi terminorum ordinē. Modus in ſyllogiſmo: propoſitionum ſeries eſt. Sunt autem quatuordecim vſitationes quatuor prime/Quatuor ſecunde/Sex tertie figure. In prima: ea verba po

namus: que

namus/que ⁊ vulgo ferūtur/totam hanc rem pre oculis ponūt. Nam ⁊ ſi barbariē quandam reſonare videātur: apertius tamē atq; breuius omnia tibi ſubijciet. ¶ Barbara. Celarēt. Darij. Ferio. Ceſare. Cameſtres. Feſtino. Baroco. Darapti. Felapton. Diſamis. Datiſi. Bocardo. Feriſon. In his (vt vides) verbis: quatuor vocaleſ reperiuntur. quarū A: vniuerſalē affirmatiuā ſignificat. E: vniuerſalē negatiuā. I: particularē affirmatiuā. O: particularē negatiuam. Quare Barbara: primū modū prime figure/e duabus affirmatiuis vniuerſalibus eiuſdem ⁊ qualitatis: ⁊ quātitatis concluſionem inferre ſignificat. vt omne animal eſt ſubſtantia. omnis hō eſt animal. ergo oīs hō eſt ſubſtantia. Eodem pacto in ceteris omnibus vbi recte illata cōcluſio. Ceſare ſignificat pri° ſecūde figure modū: ex prima vniuerſali negatiua. ſecunda affirmatiua vniuerſali/negatiuā vniuerſalē inferri hoc pacto. nullus aſinus eſt riſibilis. oīs hō riſibilis. nullus igitur hō eſt aſinus. In tertia figura ꝑ Darapti: ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis particularē affirmatiuā inferri hoc pacto. quilibet hō ratione vti poteſt. ⁊ oīs hō eſt aīal. quoddā igitur aīal ratione vti pōt. ¶ Ex his palā eſt nihil ex duabus negatiuis vel particularibus euenire. Et quatuor concluſionū genera: primis quatuor modis inferri. quorū ēt duo/ſecūda/duo tertia figura concludit. illa dupliciter negatiuā: hec ſimiliter particularē dupliciter. Quare patet: ſemper cōcluſionē deteriori propoſitionū inherere. Sed figuras ⁊ modos ſyllogiſmorum facile intellectas iri nō dubito. ¶ Hec de predicatorio ſyllogiſmo ſufficiant. Plura ſi quis velit: ex aureo fonte hauriat/Ariſtotelis volumina euoluat: Nos (vt inſtituimus) ad conditionalis preceptionem tranſeamus.

Conditionalis propoſitio: eſt que plurium categoricarum iunctiōe cōficitur. ¶ Oratio ea triplex eſt. que Si rationali particula. que. Uel diſiunctiua. que copulatiua ⁊: aut partibus conſimilibus iungitur. Omnis conditionalis duabus partibus conſtat Antecedēte ⁊ cōſequēte. ¶ Antecedens: eſt quo poſito aliud ſequatur neceſſe eſt. Si id cuius conſequens eſt preceſſerit: id etiā annexū appellatur. He igitur partes in rationali quidem quā ⁊ proprie cōditionalē appellāt: ordine quodā nature īter ſe referuntur. atq; ideo ſic nobis deſcripte ſunt. In copulatiua ⁊ diſiūctiua nō natura: ſed eius qui dicit iudicio diſponūtur. Rationalis ſiue conditiōalis propter ſi negatiua eſt/verane an falſa ſit ex affirmatione remota negatione (vt oēs conditionales) cognoſcitur. Non ſi tu es hō tu es aſinus: hec vera eſt/qm̄ affirmatio falſa. Eſt aūt negatiua hypothetica: quecūq; negādi aduerbiū/cōditiōis particule ſtatim prepoſitū hʒ. Affirmatiua vera eſt: ſi conſequentis oppoſitū antecedenti repugnat. Falſa vero: ſi nō repugnat. vt ſi hō eſt: animal eſt. non enim poteſt homo eſſe: cū animal nō ſit. Id preceptum/id dictum ad omnes quas iuniores cōſequentias: Cicero. ſimplices concluſiones/Greci enthymemata appellant/examinandas: recte ne conſequantur an nō plurimū valet. Eſt tamē ⁊ alia ratio: qua vera ne ſit an non rationalis/perſpiciamuſ ⁊ cōis ei cū cōcluſione ſimplici. locorum videlicet vis atque natura qua genus ſpeciem ſequitur. effectus cauſam. adiunctum id cui adiungitur. ⁊ cetera: que aut ſe inuicem aut vna ex parte cōſequuntur. Que omnia rationis nota in cōditionali adiecta ipſarum rerum non ſolum vi verū etiam ordine antecedūt. ⁊ cōſequūtur. Quare vt altius res hec tota pluraque alia recte intelligantur: omnium locorum vis/ordo differentia percipienda. Hec de rationali. ¶ Copulatiua vera ea eſt: ſi vtraque pars vera. falſa vero: ſi ⁊ vtraque pars eius falſa: ⁊ ſi altera falſa. ¶ Diſiunctiue autem cum veritas in eo conſiſtat vt ſemper pars altera vera falſaue ſit/cum ambe nō poſſint vere ſimul eſſe vel falſe: neceſſario eas res ſemper continet/quarū alterā eſſe neceſſe eſt. vt eſſe nō eſſe. dies/nox. egrotus/ſanus. preterea viuere/mori vigila-

re/dormire in aialibus. ceteraqꝫ hmōi: inter q̄ tertiuꝫ dari non pt. nā in alijs rebus
ꝯficta diſiūctio: formā tn̄ diſiunctiue non viꝫ poſſidet. q̄re diſiunctiua vera: ſp neceſ
ſaria ē: ꝛ vl ꝯtraria imediata ꝯtinet/vl pugnātia. ſꝫ non ſp: pugnātia: verā diſiuncti-
uā ꝯſtituunt. Hec. n. falſa ē aut hō ē aut al' non ē. ſeqtur. n. ex ea q̄cq̄d homo non ē ad
al' non eē: qḋ falſuꝫ ē. falſuꝫ āt ex vero ſeq̄ non pt quāuis verꝫ ex falſo pt q̄re i ꝯtrarijs
īmediatis (appellam' āt ꝯtraria: oppoſita oia p̄ter relatiua) In his igr̄ diſiūctiua ſp
vera eſt: ꝛ in repugnātibus ſi termini ſunt eq̄les. In terminis vero ineq̄lib': vl qui
dē ſꝫ nō ē. qḋ vt facilius dijudices: quid ponit: attēde. Ponit. n. diſiūctiua ois vl' pri
mā ptē ſolā: vel p̄me ptis oppoſituꝫ p rōnalē notā ꝯiti ꝯiunctā. verbi cā. aut dies ē:
aut lux non eſt. Hec ponit vel diē eē: vel ſi dies non eſt: lucē quoqꝫ non eē. Qḋ cuꝫ fal
ſuꝫ ſit: diſiunctiua quoqꝫ falſa eſt. Illud p̄terea tenēduꝫ eſt: e p̄dicatorijs ac ſimplici
bus ppōnibus q̄ruꝫ vterqꝫ terminus nomē ꝯtinet/ꝯditionalē fieri. Et oēm rationa
lē q̄ v̄bo eē repetitio ꝯſtat: ſimplicē ac categoricā/ſi quis hic verbum auferat qḋ illi
acceſſit: ꝛ ſi ratiōalē ꝑticulā vt homo ē al'. Si homo eſt: al' eſt. Sꝫ nec categoricas in ꝯ
ditionales trāſire: in quibus verbum ſoluꝫ p̄dicat. nec ꝯditionales ad categoricaꝝ
ſimplicitatē ꝑuenire/ſi ꝑtiꝫ p̄dicata diuerſa aut diuerſa verba ſunt. aut ſi ideꝫ repeti
tuꝫ: illḋ non eſt in quo v̄ba oia reſoluuntur. vt homo eſt. homo legit. homo diſputat.
Itē ſi currit: mouetur. ſi peperit: cum viro ꝯcubuit. p̄terea ſi hō viuit: animal viuit.
nā ſi dies eſt lux eſt: ſimplex fieri pōt. ꝛ oēs eiuſmodi ſīles. ¶ Ad hec: ois cōnexa ppō
duabus conſtat categoricis. vel affirmatiuis. vel negatiuis. vel altera affirmatiua.
vel altera negatiua. qua ex re quatuor fiunt cōnexarū ſpecies hoc pacto. Si dies: er
go lux eſt. Si nec illud: nec hoc. Si dies eſt: nox non eſt. ſi non illud: hoc igitur. verū
qm̄ ppōnes (quas repugnantes diximus) tertiū conditionalium modū cōdūt: de
ijs nūc diſſereremus ſi prius que repugnantia dicantur expoſuerimus. ¶ Repu-
gnantia dicuntur: que ita inter ſe conſequuntur/vt quod vnum contrariorum
conſequitur: reliquo contrario comparetur. vel vt vnius partis oppoſitum: alteraꝫ
partem natura conſequitur. nam cum amicus ꝛ inimicus contraria ſunt/quoniam
nocendi ſtudium inimicitias conſequitur: ſi quis amicum ſtudere vt noceat dicit/
repugnantia dicit. ¶ Repugnans itaque propoſitio eſt: que repugnantibus termi
nis aut partibus annectitur: terminis: categorica repugnat. vt ſi dicas inimicum/
adeſſe inimico. Partibus: conditionalis. que ſi duabus affirmatiuis coniungitur
adiecta: ſi ex duabus negatiuis dempta negatione: poſteriore parti repugnās eſt.
ſin ex altera parte affirmatiua altera negatiua conditionalis compoſita eſt: ſiue ne-
gationem demamus ſiue alteri quoque parti negationem apponamus: repugnan
tia efficiuntur hoc pacto. Si dies eſt: lux non eſt. hec repugnans propoſitio eſt quo
niam pugnantibus conſtat partibus. nam lucem non eſſe noctem conſequitur. nox
autem diei oppoſita eſt. Quare ſi pugnantia ſunt quoties quod contrariorum alte-
rum ſequitur/alteri iungitur: diem eſſe ꝛ lucem non eſſe/pugnantia ſunt. Eſt auteꝫ
repugnans propoſitio que his conſtituta eſt. Hec ergo ſi dies eſt lux non eſt/que e-
as partes continet: repugnans eſt. Item ſi animal non eſt homo non eſt: ex hac re-
pugnans ſi poſteriori parti negatio dematur atque ita dicatur ſi animal non eſt ho-
mo eſt. Huius propoſitionis partes ſunt pugnantes. quoniam oppoſitum vnius al
teri natura iungitur. eſt enim animal ſi homo eſt. item ſi dies eſt: nox non eſt. quod
ſi non dies eſt: nox eſt. In his (vt diximus) ſiue alteri quoque parti negationem adij
cias/ſiue eā q̄ ineſt tollas: pugnātes facies. vtraqꝫ. n. pugnās eſt ſi dies ē nox ē. ꝛ di
es nō ē/ꝛ nox nō eſt. nā ꝛ noctē eſſe oppoſitū eius ſequitur quod eſt diem eſſe. ſequi-
tur enim/ſi dies non eſt: ꝛ noctē eē. ꝛ noctē nō eſſe: ſi dies eſt ſequitur. diē aūt eſſe/ei
opponitur qḋ eſt diē nō eſſe. pugnāt igitur partes. ergo repugnātes ſunt ꝛ ppōnes.
Sed de

Sed de cōnexis ppōnibus hactenus. Nūc de ſyllogiſmo dicamus. ¶ Syllogiſmi
quos cōditionales latine: vel propoſitiones appellare poſſumus: tribus conſtāt par
tibus. propoſitione. aſſumptiōe. cōcluſione. horū: ſeptē ſunt modi. quorū tres e ratio
nali/quatuor e diſiūctiua ꝛ copulatiua oriuntur. Primus modus: eſt cū primū aſſu
mitur/vt annexū cōcludatur hoc modo. ſi homo eſt/animal eſt. atqui hō eſt: animal
igitur eſt. Itē ſi animal nō eſt: homo non eſt. non eſt autē aial/nō eſt igitur hō. ¶ Se
cundus: eſt cū annexū in aſſumptione tollitur/vt id quoqꝫ quod antecedit: tollatur
hoc pacto. ſi homo eſt/animal eſt. at qui animal non eſt. ne homo igitur. Item homo
non: ſi animal non eſt atqui hō eſt: aial igitur eſt. Itē ſi dies eſt/nox nō eſt. ſed eſt hoc
non illud igitur. Itē ſi ſanus non eſt: egrotat. atqui non egrotat. ſanus igitur. ¶ Ter
tius eſt modus cū propoſitionis negatiue conditionalis que repugnātibus aut con
trarijs conſtet partibus antecedēs affirmatur vt annexum tollatur hoc modo: nō ſi
homo eſt: animal nō eſt. atqui hō eſt. aial igitur eſt. Itē nō ſi repudiata eſt: vxor eſt.
Sed repudiata eſt: vxor igitur nō eſt. ſignificāt autem huiuſmodi negatiue propoſi
tiones: impoſſibile oīno eſſe: ſi antecedēs eſt/quod conſequens ſit. vnde ꝛ concluſio-
nem neceſſario ſemper inferri demonſtrāt. ¶ Diximus autem e contrarijs vel repu-
gnantibus conſtare partibus huius tertij modi propoſitiones/quoniā que aliter ſe
habent/ſyllogiſmum nullū conſtituunt/neqꝫ impoſſibile ſignificant poſito antece-
dente non eſſe conſequens. Quare ſyllogiſmū inde nullū facimus. ſed qui contra fie
ri poſſet: eū deſtruimus. vt pro Millone Cicero. niſi vero aut ille dies in quo Ti-
tus Gracchus eſt ceſus. aut ille in quo L. Annius. aut in quo arma Saturnini non
ſi e republica oppreſſa ſunt/Rēpublicā tamē non vulnerarunt. nam cum poſſent ad
uerſarij Millonis dicere: ſi e republica fuit cedes Clodij rempublicā non vulnera-
uit. vulnerauit autē rempublicam. quoniam aduerſus eam facta eſt vt ſenatus de-
creuit. non fuit igitur e Republica vt Millonis defenſores innuere videntur. Cice
ro ſi e republica fuit cedes Clodij rempublicam tamen non vulnerauit: opponit. cu
ius ſenſus eſt (vt diximus) antecedente dato non ſequi eſſe vel non eſſe quod annexū
eſt. Idqꝫ probat tribus exēplis quorū primū (vt in formā ſuā ſeparatim redigantur)
ideſt non ſi e republica T. Gracchus oppreſſus eſt: ille dies in quo ceſus eſt rēpubli
cā nō vulnerauit. alterū non ſi Annius e republica oppreſſus eſt: ille dies in quo ce-
ſus eſt rempublicam nō vulnerauit. Tertiū. Non ſi arma Saturnini in illo die quo
ceſus eſt: e republica oppreſſa ſunt/rempublicam tn̄ non vulnerauerunt. Qḋ ſi hec
ita ſe habent: poteſt ꝛ P. Clodius e republica ceſus eſſe/ꝛ rēpublicā tamē nō vulne
raſſe. cū nulla ſit vis in libera ciuitate inter ciues ſuſcepta: niſi contra rempublicaꝫ.
¶ Hec diximus latius: vt ille locus qui ſubobſcurior eſt (cum multa in vnum cōtorta
oratione cōfundat/recte intelligatur. vel vt ex hoc etiā intelligas/quā rudes quam
que ignorātes illi ſunt: qui ſine artificio p̄claros oratores ſcripſiſſe contendūt. qua-
re ſi quis artificij expers eos intelligere velit/is ad nucleum cum nullo pacto perue
nire poſſit/quaſi inſanus contemnendus eſſe videatur. ¶ Duplex ergo negatiue hu-
iuſcemodi cōditionalis ſenſus eſt. vnus ex quo tertiū cōditionalē ſyllogiſmorū mo-
dū conſtituimus. alter ex quo nullū facimus ipſius ſyllogiſmum: ſed aut factum diſ
ſoluimus aut ne fiat prouidemus. prioris exemplum. nō ſi dies eſt/lux nō eſt. ideſt nō
ſequitur ſi dies eſt/quin lux ſit. poſterioris. non ſi dies non eſt/lux non eſt. ideſt non
ſequitur non eſſe lucem/ſi dies non eſt. Item non ſi homo eſt albus eſt. non enim ſe
quitur album eſſe: ſi homo eſt. ita primus ſēſus in ijs que ex contrarijs vel repugnā-
tibus conſtant: alter in reliquis habetur. Verum hoc tertio ratiocinationis modo
breuiſſime inferuntur (Cicerone teſte) que ad Herēniū ipſe contraria appellat. Gre
ci enthymemata per excellentiam dicunt. nam cum omnis ſententia enthymema
grece dici poſſit: hec maxie q̄ ſunt acutiſſima/nomē cōe tāquā ꝓpriū poſſederūt. qua
rōne Ariſtoteles ēt motus oēm iꝑfectā rōcinationē enthymema vocat. ē. n. tāto acu

tior abſoluto ſyllogiſmo ſimplex cõcluſio: quãto breuior. Verũ enthymemata Rhe-
torũ q̃ acutiſſima ſunt: neſcio qua rõne impulſus Boetius tertij modi ſolam eſſe con
tẽdit ꝓpoſitionẽ in cõmẽtarijs quos ſup Ciceronis Topica edidit. maxime cũ Cice
ro ex cõtrarijs hec cõcluſa dicat. ⁊ ipſa rõ nihil acutius dici oñ dat: q̃ð in ſe vĩ rõnis
ↄtineat. Quare circuitu (quẽ Grece periodũ appellamus) vti: propriũ oratoris maxi
me / multi dicunt. qm̃ is orõnis vno ↄtextu breui ac coacto propõnis: rõnis: ac con-
cluſionis vim abſolutior: quidẽ ipſis verbis continens: impſpectior colligit. vt ergo
circuitus magnã idcirco vim hʒ: qm̃ argumentationẽ totã breuius ⁊ occultius ⁊ vno
ſpũ abſoluit: ſic enthymema (quo rhetores maxime laudamus: ſi ea facile ac copioſe
vbi opꝫ vtãtur: rõne) cõcludi credẽdũ. q̃ð ⁊ Cicero innuit preſſius vt pleraqꝫ ſolet:
cũ dicat ex ↄtrarijs cõcludi. ¶ Quare nõ erit ſyllogiſmi propõ vt Boetius ſentit: ſed
cõcluſio ſimul ac aſſũptio enthymema. q̃ð vt apertius pateat: exẽplo latius enodet̃.
quos cũ plures eſſent / vicimus: eos pauciores timemus? Pugnãtia hec ſunt vtri-
uſqꝫ rõne. ⁊ qm̃ poſterior pars p̃cedẽtis oppoſitũ cõſequitur: ⁊ qm̃ p̃cedenti poſterio
ris oppoſitũ annectitur: quãuis ⁊ verba ipſa plures ac pauci vincere ac timere repu
gnẽt. modũ vero cõcluſiõis hũc tã in repugnãtibus quã in ↄtrarijs fieri diximus.
Quare ⁊ enthymema q̃ð aſſumptiõe ⁊ cõcluſiõe ↄſtat: hmõi eſt. Quos cũ plures eſ
ſent vincimus: eos pauciores timemus? Deinde aſſumamus. Sed eos cũ plures eſ
ſent vicimus. eos ergo pauciores nõ timemus. ¶ Huius rõcinatiõis aſſũptio in en
thymemate primo: vt dr̃ / poſita eſt. Cõcluſio vero cũ negatiue īferri debuiſſet: abſ-
qꝫ negatiõe quidẽ ſed cũ īterrogatiõe prolata eſt. tenet. n. plerũqꝫ īterrogatio: nega
tionis vim. Ita enthymema hmõi ad ſimplicẽ cõcluſionẽ redire vr̃. quã (vt diximus)
Ariſtoteles enthymema voluit appellari. Differt tñ ab ea nõ ſolũ acuitate ac virib⁹
quas maiores poſſidet hic modus: ſʒ ẽt qm̃ vis illatiõis aptiſſima ibi: occultior hic.
ac iõ aĩum facilius elabitur ac labefactat q̃ð oĩum ꝓpriũ eſt: in quibus artificiũ ma-
gis latet abditũ. Hic ãt ita recõditũ eſt / vt nõ rudes ſolũ / ſʒ ẽt qui rhetoricã ꝓfitẽtur
ac docẽt / oĩno fugiat. quos tñ rectius quis fetores quã rhetores appellauerit. qui ⁊
ſi nõ magis grati quã rudes ſunt: tñ qm̃ cupimus hec omnibus eſſe notiſſima: alia
ↄgeramus exẽpla. Qui ſe amicis inexorabilẽ p̃bet: is erit placabilis inimicis? Hec
orõ ↄtrarijs partibus iuncta eſt. Ex hac in tertio mõ rõcinatio fiet hoc pacto. Non
qui ſe amicis inexorabilẽ p̃bet: is erit placabilis inimicis. ſʒ is ſe amicis inexorabilẽ
prebet. nõ is igitur erit placabilis inimicis. Itẽ hoc metuere: alterũ in metu nõ po-
nere. hoc. n. ita breuius in topicis poſuit Cicero: nos latius atqꝫ apertius abſolua-
mus. Paucos interficere ciues metuis: totã rẽpublicã interire nõ metuis? hic ſimi
liter cõtraria metuere ⁊ nõ metuere. Omnia oppoſita preter relatiua: ſepius contra
ria ſolẽt nominari. Fiat igitur rõcinatio in tertio ſic. Nõ ⁊ paucos interire ciues me
tuis: ⁊ totã rempublicã interire nõ metuis: ſed paucos interire ciues metuis. totã
ergo rẽpublicã interire magis metuis magis adijcimus: vt oſtenderemus creſcere
nonnunquã enthymema / ⁊ maioris ac minoris vim acutius ſuboſtẽdere: nõ. n. quẽ-
admodũ dialectici diſtinctius ratiocinationis partibus poſitis atqꝫ ſimplicius (vt
in hoc opuſculo docẽdi cã fecimus) ſic oratores ſeparatis atqꝫ integris partibus ar
gumẽtationẽ cõcludũt. nã id vt docenti neceſſariũ: ſic ab eo qui dicit alieniſſimũ. ſed
cõfuſis nonnunquã partibus / plerũqꝫ alijs neglectis / alijs mutatis alijs mancis:
preſſius q̃ð volũt ⁊ acrius cõplectũtur. q̃ð ⁊ princeps ille nõ ſolũ intelligẽdi ſed etiã
dicẽdi / Ariſtoteles: factitat. verũ qui docet niſi rem omnem ordine ſuo in lucem eſſe
rat: vel qm̃ ignorat vel qm̃ inuidia laborat omnia ſic cõfundit: vt auditores dediſcãt
potius quã diſcãt. quod ita eſſe hoc ſigno ꝑ maxime ꝑſpicies: q̃ð cũ multos ãnos do
cuerint: neminẽ tñ doctũ effecerũt. Verũ id ignorãtia ita fieri magis quã inuidia id ſi
gni eſt: q̃ð nihil vnquã hmõi hoĩes ſaltẽ gloria ſempiterni noĩs: ſcripſerunt. Nihil. n.
magis doctrinam

magis doctrinã hominis quanta ſit mõſtrat: quã multa recte ſcribere. Quẽadmo
dũ nihil magis ignorãtẽ hominẽ ꝓdit: quã nihil ex ſe recte dicere / ad aliena ſemꝑ cõ-
fugere: ac cũ ad ſua redire cogitur labi: ac ↄcidere. Nõ eni memoriã (vt pueri) oſtẽta
re: ſed docere debemus. Quare nos qui hec ⁊ docẽdo ⁊ ſcribẽdo ī lucẽ proferre cona
mur: faciemus: qui (niſi fraude ignorãtie qua multa ꝑpeſſi ſumus: vexari) hec ſtudi
a deſiderãtibus: non grauabimur quale ſit quod diximus e Cicerõe oſtẽdere / vt ad
ſimilẽ diligentiã. exẽplo ac doctrina ceteros impellamus. In libris ergo ð diuinatio
ne ita ſcriptũ reliquit: Cicero. Si ſũt dij: neqꝫ ante declarant hominibus aut quid
venturum ſit ignorãt / aut exiſtimant nihil intereſſe hominũ ſcire quid ſit futurũ / aut
nõ cẽſent maieſtatis ſue eſſe ꝑſignificare hoĩbus q̃ ſũt futura / aut ea ne ipſi quidẽ dij
ſignificare poſſũt. At neqꝫ nõ diligũt nos. ſũt eni benefici / generiqꝫ hominũ amici
neqꝫ ignorãt ea que ab ipſis cõſtituta. ⁊ deſignata ſunt. neqꝫ noſtra nihil intereſt ſcire
ea que euẽtura ſunt. erimus enim cautiores: ſi ſciemus. Neqꝫ hoc alienum ducunt
a maieſtate ſua. nihil enim eſt beneficẽtia ꝓſtãtius. neqꝫ nõ poſſunt futura prenoſce
re. Nõ igitur ſunt dij: neqꝫ ſignificãt: ſunt autẽ dij. ſignificãt ergo. Et ſi nõ ſignificãt
nullas vias dant nobis ad ſignificationis ſcientiã: fruſtra enim ſignificarent. nec ſi
dãt vias: nõ eſt diuinatio? Hec Cicero. ¶ Nos videamus que vis / que ratiocinatio
nes huic inſint orationi. ¶ Vis ineſt loci qui ab antecedẽtibus dicitur: ⁊ eius qui a
partibus eſt. Principalis ille locus a partibus accedit. Argumentationes quatuor
ab enumeratione partium. Vna qua probatur ãnexum illud. neqꝫ ante declarãt ho
minibus quid venturum ſit. Quibus partibus enumeratis atqꝫ infirmatis: relin-
quitur ſi ſunt dij futura ab illis hominibus declarari. Quam cõcluſionem intulit
propoſitione ipſa repetita. Quod ſẽper fere factitat / cum oratio neceſſitate rerum
longior quam ꝑſpicuitas patitur ſibi confecta eſt. ¶ Propoſitione igitur ipſa reſum
pta: integram ratiocinationem in hoc tertio modo ſic cõſtituit. Non igitur dij: neqꝫ ſi
gnificant futura: nam falſã illam eſſe quam poſuit: enumeratione demõſtrauit. Si e
nim aliqua iſtarꝫ quinqꝫ partium ſolum fieri poſſe videtur / ne dij futura ſignificẽt:
quibus minime fieri poſſe / omnium infirmatione demonſtratum eſt. Repugnans
hoc eſſe probatur: ſi ſunt dij / non ſignificant futura. Huiuſmodi autẽ propoſitiones
non repugnãtes eſſe nõ poſſũt quare ⁊ oppoſitũ eius intulit negatione adiecta: vel vt
verũ īferat / vel vt tertij modi propoſitione vtatur / vel vt oſtẽdat repugnãtiã affirma
tiue a ſuperioribus ſequi. Nõ igitur ſũt dij neqꝫ eni ſignificãt futura. ſed ſũt ſignificãt
ergo. Hac deinde concluſione antecedentis loco accepta aliã repugnãtẽ negat. Re
pugnãs hec eſt. Si dij futura ſignificant / nullas dant vias ad ſignificationis ſcienti
am. hoc enim oppoſitum precedentis inſequitur. nam recte infertur. Si nõ ſignifi
cant: nullas dare nobis vias ad ſignificationis ſcientiam. Eſt ergo repugnans affir
matiua / quam negauit: vt ex ea integrum ſyllogiſmum faciat qui intellexit: hoc mo
do. Et ſi non ſignificant. nullas vias dant nobis ad ſignificationis ſcientiam. hanc
concluſionem tertio ſimiliter vt ⁊ ſuperiorem in ſecundo ſyllogiſmo: precedens facit
repugnantis huius ſi dant vias ad ſignificationis ſcientiã: non eſt diuinatio? Quã
negauit. vt ex vera propoſitione vera inferatur in tertio modo ſic. Nec ſi dant vias
non eſt diuinatio? Aſſumptionem lectori docto reliquit. Nullius enim ſibi cure in
docti ſunt. atqui dant vias. hinc cõcludit. eſt ergo diuinatio. Vides mi Petre quo
artificio locus hic preclaro illi viro ⁊ oratori eſt abſolutus. quem libenter interpoſui
mus: vt ⁊ quod docemus apertius faceremus / ⁊ vno ipſius loco tam ⁊ ceteros elo-
runt. Nos omnem argumentationem orationem exornare facile conceſſerimus. eſt
enim argumentatio argumenti per orationem explicatio que ſine ornamēto fieri nō
poteſt: Quare argumentationis modos eas orationes eſſe diximus: q̄cunqʒ huiuſ=
modi ſunt: vt frequenter inueniantur per ſe rem quampiam confirmare: quod argu
mentationis propium eſſe nullus vnquam dubitabit. ſed de confirmatione ſatis.

## ¶ De expolitione ⁊ primo de enthymematica

Expolitionē vero que cōfirmationem corroborat atque amplificat: duplicē
eſſe arbitramur commenticiā quam enthymematicam ⁊ fictoriam: quam
πλασ̄τον grece nominamus expolitio commentitia contentionis modo
ſemper profertur. inuenitur autem a circunſtātijs: a quibus ⁊ rationes inueniri do=
cuimus. hec tendere ſemper quadam cum collatione ad confirmationē debet. qua
re meo quidem iudicio hec quā latine hic nobis expolitionē nominare placuit: quā
grece enthymema appellamus ex ratione: atque confirmatione quiddam compoſi=
tum eſt: quod vt clarius pateat: exemplo quoque demonſtretur. cōtinuare. Scipio
nem imperium: vel contra leges oportet. confirmatio. Nam ⁊ maiores noſtri ex vti
litate reipub. decemuiros facile continuare imperium paſſi ſunt. Expolitio a tpe at
qui tūc illi in pace: nos coacti bello faciemus. a cauſa ſic. ⁊ illi ad ornandum legibus
rempu. nos ad defendendā libertatē hoc faciemus. A re. ⁊ illi decemuiros ſimul i=
periū cōtinuare paſſi ſunt: nos vnum ſolūmodo nō patiemur? A perſona. illi Appiū
claudiū hominē vt res docuit libidine perditum: atqʒ tyrannicum: nos ſcipionē qui
ea continentie: ac humilitatis exempla Numātie dedit: vt omnino probatiſſimo: vi
rorū eē videatur probatiſſimus. hec enthymemata: quū bene ac varie proferuntur:
vehementer auditores

vehementer auditores mouent: orationem amplificant: ⁊ victoriam faciliime pari=
unt. Verum ſicut ad vnicam propoſitionem rationes multas: ⁊ ad quamlibet ratio
nem confirmationes: ſic ad vnamquāqʒ cōfirmationē varias expolitiones inueniri
poſſe: hec que diximus aperte oſtendunt. non. n. ab vnaquaqʒ circunſtātia ſolū cōpa
ratione ad cōfirmationē expolitiōis afferemus: ſʒ nōnunquā ēt ab vna circūſtātia en
enthymemata multa adducere poterimus: que ne ſatietatem pariat: ita varie pronū
tiabimus: vt alia interrogatione: alia ſine interrogatione. hec repetitiōibus: illa qui
buſdam alijs coloribus exornabimus. Illud non pretermittēdū cenſeo: ſummū illū
oratorem cuius diuinas orationes in confectione huius libri nobis propoſuimus:
ſic pleraunque rationes: rationumqʒ confirmationes proferre: vt ſimul viʒ enthyme
matis facile cōtineant: quod ideo mihi facere videtur: vt vehementior ſibi: ⁊ breui=
or fiat oratio: vt in oratione pro Pompeio his verbis. Maiores noſtri ſepe merca=
toribus aut nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt. Vos tot ciuiū ro
manorū milibus vno nuntio: atqʒ vno tpe necatis: quo tandē aīo eſſe debetis? Le=
gati quod erant appellati ſuperbius corinthum patres noſtri totius grecie lumē ex
tinctum eſſe voluerunt. vos cum regem inultum eſſe patiemini: qui legatum populi
romani conſularem virum vinculis: ac verberibus. atque omni ſupplicio excrucia=
tū necauit? ⁊ hec quidē cū exēplis cōfirmet p cōtētionē: qd genus dicendi enthyme
matis maxime accōmodatur: prolata ſunt. Verū q̄ ſequuntur: quū dicēdi genere: ac
contentione rerum pura ſint ethymemata ad ſuperiora: ſicut ad confirmationē ten=
dunt. Illi libertatem ciuium romanorū imminutā non tulerunt: vos vitam ereptaʒ
negligetis? Ius legationis verbo violatum illi perſecuti ſunt. Vos legatum omni
ſupplicio interfectum relinquetis? Sunt qui huiuſmodi enthymemata: que ab eo=
dem inuenta ad eandem confirmationem tendunt: vt hic eſt ius legationis verbo:
non enthymemata: ſed epenthymemata vocari velint: quorum error facilius intelli
getur/ ſi quid ſit/ ac quomodo epenthymema fiat/ quod ēt ad expolitionē pertinet/
aperiamus. Eſt ego epenthymema q̄dā addita enthymemati acuta excogitatio: vt
ſi quū coriolanū hoſtibus quoqʒ crudeliorem diceres rationem a re dicas. tyranni=
cum enim eſt patriam oppugnare: quam a contrario confirmes. hoſtes enim oppu
gnandi ſunt quibus hic maiore odio proſequendus quod illi alienam: hic ſuam op=
pugnet/ hoc enthymema eſt: cui poterit addi epenthymema/ hoc modo/ ⁊ cui pluri
mū debet/ hāc euertere conatur. Ex his iam paret enthymema/ quod commentuʒ
vel cōmentationē latine appellare poſſumus/ rōnē eē/ q̄ a circūſtātijs ad ꝯfirmatio
nē cū collatione fertur. Verū hec de enthymematica expolitione dicta ſufficiant.

## ¶ De expolitione fictoria.

Nunc ea de expolitione dicamus/ quā nos quidem πλασ̄τον latini fictori=
am appellare poſſunt. que poſt omnes locos expolitionis/ ac maxime poſt
exemplum/ ⁊ contrariū afferri nonnunquā ſolet/ vt ſi confirmares contra
Mithrydatem popeio continuo imperium deferendum quoniam maiores eundeʒ
Scipionem/ tam in hiſpania: quam in africa gerere bellum voluerunt. deinde pla=
ſton hoc eſt fictorium enthymema hoc modo adijceres/ quod ſi tunc maioribus ali
quis modū imperio ſtatuere pſuaſiſſet/ ac alius quam ſcipio in africam miſſus eſſet
profecto tantam nūc gloriam capta/ atqʒ deſtructa carthagine populus romanus
nō haberet. Item a cōtrario ſic. eū quē ſi tantum boni feciſſet/ quantū mali ⁊ incom
modorū induxit/ maximis muneribus afficeretis/ cum inquā nūc impunitū dimit=
tetis/ Verū quoniam de fictorio dicere incepimus alium quoqʒ moduʒ eius expla
nemus/ qui in confirmanda cōphenſione accipi ſolet/ qui huiuſmodi eſt/ vt nōnun
quā etiā tota res/ tanquā nō facta confingatur/ vt ſi orator/ qui tyramno perſuaſit/
diceret. qd ſi nō feciſſem/ ſed facturum me pollicerer nō ne multa mihi pollicitis eſ=

ſeris:quod aliud quoq; conſequetur enthymema ex re per contentionem minoris
hoc modo graue autem eſt antequã perficerem:ex ſola pollicitatione honorari:nũc
re perfecta expelli.quod etiã a tempore dici poteſt. Nam quemadmodũ ab vno loco
plura nõnunquam inueniuntur: Ita etiam vnum enthymema: vel ratio multis
poteſt confluere locis:vt ſi quis dicat oportere eos:qui in re . publica. libere viuere
volunt:leges obſeruare. Hoc enim tam a natura rei pub.hoc eſt a re quã a perſona
ducitur. Verum predictum plaſton geſtam rem:tanquam nõ geſtam confingit:ecõ
tra quod ſequitur. Nam ſi ſecundo bello punico funditus euertiſſetis carthaginem:
nullum inde amplius vobis diſcrimen futurum eſſet.hic vero iam nõ ordinem ſolũ
& cõmoditatem:quam nobis argumentationes huiuſmodi afferunt: verum etiam
copiã rerum:facultatemq; mirabilem:que ex huiuſmodi pceptione fluit facillime
perſpici poſſe arbitror. Nam ſi quidem propoſitiones nonnullis comprobas rationi
bus:rationũq; vnãquanq; non vna:ſed pluribus confirmationibus munias:qua
rum ſingulas expolitiones ſequentur:tum recte a circũſtantijs :tum per eas que ſic
toria appellamus ſingularis quedam & admirabilis dicendi copia redũdabit quod
ſi ſoluendo his omnibus in inficiatione vteris:& per obſiſtentiã eidem ſolutiõi hec
eadem omnia congrue accommodabis. Jam vero fontes eloquentie ſic affluere vi
debis:vt quum nihil extra rem dicas:tum copia rerum finem inuenturus non vi-
deare. At hec quidẽ nos diximus:non quoniam optimũ factu putamus cuncta que
inueneris dicere:ſed vt inuentionis fontes vel digito demonſtrare videremur . Nã
priſci quidem oratores:quorum dicendi vis tanta erat:vt iã multis ſeculis :nec in-
cendijs vrbium:nec bellis tam ciuilibus:quã externis: nec imperij ceterarumque
rerum varia ſimul atq; multiplici cõmutatione extincta ſit:ita vel ex pluribus pau
ca deligebant:vel ipſa pura mirifice vi orationis incredibili breuiter cõplectebãtur
ſicut & nõnunquam inopia rerum coacti id parum:quod inuenitur eo efferunt:atq;
amplificant:quo etſi re vera pauca:vel vnum tantummodo dicant:multis tamẽ ra-
tionibus rem ſuam corroborare videantur. Quorum incredibilem inuentionem imi
tari fortaſſis nonnullus poterit : ſi quum hec precepta noſtra ita cõſequetur : vt que
ex his in quacunque cauſa inueniri poterint:facile intelligat : quid his dictum ſit:
quid omiſſum diligenter examinet.ſed de his ſatis.

¶ De firmanda comprehenſione.

Hunc eius loci:quẽ cõprehẽſionẽ poſſe appellari latine putamus: quod cãz
totã cõtineat:atq; cõprehendat tractationẽ aperiemus. Nã is quidẽ locus
nõ quẽadmodũ ceteri vt dictũ eſt:ſed alio quodã mõ cõfirmari ſolet/ quez
diligentius exponemus/ qñ totã cãm ab initio ad finẽ cõplectitur. Fluit ergo com-
prehenſio a circumſtantijs.cõfirmatur aũt non a circumſtantijs vt ceteri:ſed a quadã
aut totius in minora/vel pauciora inciſione/aut ſimilium enumeratione/aut ficto-
ria rõne/q oppoſitum rei confingat/hoc mõ. Magus quidã quũ ciuis alicuius filiaz
in vxorẽ peteret/repulſus eſt/cuiuſdã ſimulacri deinde amoribus capta puella fu-
rit. Magus reus fit veneficij:amores ſubdiuidendo ſic cõfirmabis comprehenſio-
nẽ/ſimulacrum amat puella/que ſi virum quẽpiã amaret/non ego te veneficij accu
ſarẽ/ſi te ipſum arderet/artes tue magice mihi ſuſpecte non eſſent.a ſimiliũ partitio
ne/ac enumeratione ſic. Si alium quẽdã furorẽ fureret/ſi alia egritudie laboraret/
non te accuſarem. Item ab oppoſita ratione fictoria ſic/ſi nõ amaret/ſi non cuperet
Si iprobo deſyderio nõ arderet/nihil ego de venenis tuis quererer. hic dicendũ mi
hi eſſe arbitror:omnem inciſionẽ/qua comprehenſio approbatur fictoriam nobis vi
deri. Verum qđ ex oppoſito confingitur.aut qđ ad exẽpluz ſuum/contrarium infer
tur fictorium alias rationes quibus comprehenſio cõfirmatur/vnam totius in mi
nora ſiue pauciora alterã ſimilium partitionem/vt dilucidior/ac memoratu facilior
precepto fieret/

preceptio fieret:appellare placuit:totius inciſione in pauciora vtemur:quum totuz
huiuſmodi eſt:vt minorem ſuſcipiat numerum:hoc modo tres quidam filios ſimul
interfecit lege qua parẽtes i filios abſolutam poteſtatem habere videntur:reus eſt
cedis tres ſimul interfecit filios:ſi duos interfeciſſet:ſi vnum ſolum:ſi non filium
non ne adhuc moleſte ferretis? Sciendum autem huiuſmodi nõnunquam partitio
nes etiam ad maiora fieri poſſe:quod accidit quum negamus aliquid faciendũ cer
to aut precio:aut gratia:vt in hoc exemplo.miſit centum philippus talenta atheni
enſibus:quibus demoſthenes ſibi traderetur.in minora diuides ſic.ijs ego talẽtis
non dico hiparidem:aut eſchynem:ſed neq; plebeium quendam:aut opificem:non
minimum:atq; inutiliſſimũ ciuem preberem:ne dum demoſthenem qui libertatem
grecie cum prudẽtia:tum eloquentia ſua tutatus eſt. In maiora hoc pacto centum
talenta dat:non ſi mille daret:nõ ſi decem millia :non ſi ciuitates:nõ ſi gentes:proui
cias:ac regna omnia ſimul conferret: demoſthenem qui libertatem grecie cũ prudẽ
tia:tum eloquentia ſua tutatus eſt:ei traderem. Approbatur autẽ comprehẽſio
minorum aut maiorum:aut ſimilium partitione quadam:aut inciſione:& fictoria
ratiõe:quaz ex oppoſito rei inueniri diximus. Quare etiam confirmationes in his
que ab initio ad finem vocamus perutiles ſunt: Amplificant eniz oratõnis vim:ac
vt multo maior videatur facile conficiunt. Preterea ipſa natura rerum que quodã
modo vt dictum eſt tota fingitur. Conformationes iure ſuo poſtulare videtur. Ve
rum ſi ad vnam rem approbãdam partitiones:tum ad maiora:tum ad minora: aut
ſimilia inueniuntur/ac omnia occupare dicendo i animo eſt/ vehementiſſimi vide
bimur oratores/ſi ſatietatem oratiõis fugiemus. Nam varietas quidem vbiq; nõ
delectationis ſolũ:ſz & dignitatis affert plurimũ.hoc aũt in loco & neceſſaria eſt : ne
pp ſimilitudinẽ rõnũ/quippe q oẽs a quadã partitione fluunt/ſimili quodã mõ pro
lata orõ ſatietate cõtinetur. Varia ergo erit orõ ſi cõfirmatiões nũc iterrogatiõe:nõ
infinite/nõnũquã p cõuerſionẽ alijſq; coloribus efferamus. Multis.n.& varijs ex-
ornationibus copia oratoris/quãuis ſnia exornari põt oppoſitionẽ & / quã exorna-
tionẽ multi nos & argumentationẽ putauimus hmõi rões facile ſuſcipiunt cuius
exẽplũ vt preceptio clarior fiat/ponere non grauabimur . Ego ſi eos tuos filios ( ſi
tui dicendi ſunt quos crudeliſſime trucidaſti)aut verberibus affeciſſes/aut exilio/&
abdicatione notaſſes/moleſte tũ & ferrẽ tot pulcherrimos iuuenes / vel clariſſimo
patre ſolo priuari/vel preterquã equũ ſit verberibus cedi. Nunc vero quum non ab
dicatione non exilio/non verberibus/ſed morte tres ſimul abſtuleris/non expoſtu-
lẽ:non accuſem:non grauiter feram:& qui ſi vnum interfeciſſes exclamarem / nunc
tribus necatis ſilebo:quod ſi ego tacerẽ/non ne parietes domus vbi nati non ne ip
ſa vrbs/vbi educati doctique ſunt/exclamarent? Sed ne longior ſim/ſi confirmatio
nem hoc eſt orationes.que aut vrbi/aut claro viro mortuo vel abſenti attribui ſolẽt:
conſciberem/ad precipiendũ redeam. Nã hic maxime:& in perorationibus cõforma
tiones locũ poſſidere ſolent:quod ergo dicebam:quoniã harum rõnũ que ex ſimili
quadã partitiõe profluũt/vitãda eſt ſatietas/nũc oppoſitiõibus/nũc circuitu.alijs
breuioribus:lõgioribus alijs:mõ munito quodã/& quaſi pũctim elato genere orõ-
nis:mõ grauiter elegãter:de quibus poſtremo quũ de formis:quas nos ideas orõnis
appellamus diſſerẽdũ erit diligẽter dicemus.his ergo atq; alijs modis:quoſ oẽs di
cere lõgũ eſſet orõnis faſtidiũ.quod ſimilitudine fit effugere facile poterimus.

¶ De locis dialecticis.

Verũ qñ que ad argumentationem attinent:iam ſatis patent. Nũc primo
dabimus operã:vt breuiter hi loci pateant.quos in topicis tractare mul-
tos perſpeximus:deinde eos ipſos locos ad circumſtantias reducemus:
vt ex hoc planiſſimum fiat omnes oratorie facultatis locos in circumſtantijs funda

ri:qua ex re illud etiam vtilitatis cōſequemur:quod dilucidior:ac facilior nobis ra
tionum copia fiet:ſi quibus locis ex vnaquaq3 circumſtantia quicquam confirme
tur nouerimus. Inueniuntur igitur rationes:ac argumenta a genere ſpecie/diffe
rentia:proprio diffinitione:toto:partibus:cauſis:effectis:vſibus: adiunctis: indi
cato:ſimili:maiore:minore:pari. proportione:oppoſitus:tranſumptione:caſu: con
iugatis:diuiſione/quos omnes etſi rationum ſedes dicimus:tamen a nonnullis cō
firmationes quoque fluere iam dictum eſt. ¶ Genus eſt quod ſpecies continet:hoc
ad probandum ſpeciem minimum valet:plurimum ad refellendam. nam quod non
eſt virtus:nec iuſticia. quod ſi virtus hoc eſt:non idcirco ſtatim iuſtitia erit. Item ſi
argentum omne legauit:ſignatum quoque:non tamen quoniam celatum argentu3
legauit:omne tibi argentum petendum exiſtimes: quod ſi tam celatum quam non
celatum legauit omne legauit. ſicut econuerſo nullum. Cōmode etiam tractatur
hec argumētatio que ex genere ſumitur quu3 ex toto perſequare partes hoc mō. Si
dolus malus eſt quum aliud agitur:aliud ſimulatur:enumerare licet quibus id mo
dis fiat. deinde in eorū aliquē id quod arguas dolo malo factum includere. qđ ge
nus argumenti imprimis firmū videri ſolet. Species eſt/que generi ſubiecta eſt: q̄
contra plurimum ad probandum genus minimū ad refutandum valet: nam quod
iuſtitia eſt:id virtus eſt. nō tñ quod iuſticia non eſt id quoque virtus non eſt. Remo
uetur autem genus neceſſario/ſi quis formas ei omnes diligenter per enumeratio
nem negauerit. Nam quod nec ratione vtitur/nec brutum eſt/id quidem nec ani
mal eſt. ¶ Differentia eſt/qua genus deducitur in ſpeciem ad conſtituendam eam
a differentia/equaliter ⁊ infertur:⁊ remouetur ſpecies. genus etiam comprobatur
non improbatur. nam quum rationis homo ſit particeps:quod ratiōe caret/nec hō
non autem idcirco quoniam ratione caret/nec animal eſt. ¶ Proprium eſt: quod ſo
li ⁊ ſemper accidit vt homini riſus. proprium id cuius propriu n eſt/⁊ poſitū īfert:⁊
remotū aufert/vt ſi riſibile ſit/homo vtiq3 ſi riſibile non ſit/nec hō. Item cōtra. qđ
homo non eſt/nec riſibile/qđ ſi homo:etiam riſibile. Hoc proprio oratores diffini
tiones inferre vt plurimum ſolent. vt ſi tyrannicide propriu n eſt tyrannide ciuita
tem liberare/hic tyrannicida eſt/liberauit enim. Item econtrario tyrannicide pro
prium eſt tyrannum occidere. hic non occidit. ratio igitur/que a proprio/quod ſoli/
⁊ ſemper accidit trahitur difficillime ſoluitur que vero ab huiuſmodi proprio inue
nitur/quod alijs quoq3 accidit:quum affirmet facile ſoluitur:vt ſi tyrannum occi
dere tyrannicide propriū eſſet:⁊ carnifices qui ſibi traditos tyrannos trucidare ſo
lent:tyrannicidas diceremus. Et premia his ſecundum legem afferremus:quod ſi
id nunquam fecimus:nec tu hos tyrannicidas dicis/nec illud tyrannicide propri
um dicendum eſt. quum remoueat neceſſaria videntur: vt ſi bipes non eſt:nec ho
mo. ſi tyrannidem non oppreſſit:nec tyrannicida. ¶ Diffinitio eſt vnius cuiuſq3 rei
breuiter ⁊ abſolute poteſtatem complectens oratio:hec vt proprium:⁊ remouere:⁊
inferre rem ſolet:vt ſi animal rationale eſt/⁊ homo eſt/⁊ ſi animal rationale non eſt:
nec homo. Reprehendimus vero huiuſmodi rationes/que ex diffinitione capiun
tur. ſi aut propter multitudinem verborum res nimium quam neceſſe ſit contrahi
videntur/aut propter paucitatem alie quoque res cum ea que diffinienda eſt cōci
piuntur: Aut quum genus rei diffiniende/vel differentia non cōmode aſſignata vi
detur. hec autem oīa facile perſpiciūtur/ſi diffinitionē ita cum eo quod diffinitur cō
uertere coneris/vt ex diffinitione res/⁊ ex re diffinitio conſequatur. Quod ſi nō
accidit diffinitio labefactanda eſt/aut qđ non vertatur/aut quod genus/vel differē
tia nō hmōi ſint/vt illam rem conficere poſſe videantur. hoc mō. monetam omnem
vxori legauit/celatum autem argentum moneta eſt/argentum igitur celatum. om
ne ſolum

¶ Illam quadru
pliciter dicit eē pro
prium. quod toti
ſpeciei cōuenit ſ3
non ſoli. vt homi
ni eſſe bipedem ⁊
quod ſoli ſed non
toti vt homini eſ
ſe grammaticū. ⁊
quod toti ⁊ ſoli ſ3
non ſemper vt ho
mini caneſcere.
Et quod toti ⁊ ſo
li ⁊ ſemper vt ho
mini riſus. aſſi
gnantur quoque
propria aut perſe
⁊ ſemper vt propri
um eſt rhetorice
perſuadere dicen
do in ciuilib⁹ cau
ſis aut ad aliud ⁊
quandoque vt a
nima imperio cor
poris ſeruicio ma
gis vtimur.

ne ſolum legauit. Quid. n. dicet quiſpiam ex argento ne ſolum fieri monetā putas:
⁊ quod nā celatum argentum monetam dicis:pateras ne:ac huiuſmodi celata vaſa
At hec nemo vnquā monetam dicenda putauit. Conſtituuntur etiam diffinitiones
ex accidentibus ſolum ⁊ genere:vt ſi coruū diceres auem nigram/aut hominem ani
mal bipes:quam diffinitionem deſcriptionem communiter appellant. Verum ora
tores ea plerunq3 vtantur diffinitione:que ex enumeratis abſolute partibus cōſtat.
partes autem hic non ſolū eas:quarum vna queq3 totum conſtituit/quas Cicero
formas/alij ſpecies nominant. Intelligimus. Verum etia3 eas:que niſi omnes vna
componantur:totum nunquā efficitur vt res publi. eſt:que aut populi aut paucorū
aut vnius poteſtate regitur: Item cicero ad Herennium demonſtratiuum eſt; qđ
tribuitur in alicuius. certe perſone laudem:vel vituperationem. huiuſmodi diffini
tiones facile cōfutantur:ſi non conuertuntur:vt ſuperius dictum eſt quod accidit:
ſi aut non propria ſumuntur accidentia:que ſemper rei inhereant:aut ſi aliqua pars
pretermittitur in enumeratione:vt ſi quis diceret iniurias eſſe: que aut pulſatione
corpus:aut conuicio aures afficiunt. quid enim diceret quiſpia3: non ne iniurias eē
putas:quibus turpitudine vita violatur:ad hunc diffinitionis locum illam etia3 re
ducimus modū:quē quū ετυμολογιαν nos latini forſan nominis interpretationē
aut notationem appellare poſſunt. Chryſogonus hic ideo nominatus eſt: qđ ſibi au
rū vndecūq3 pariat:quo fere cicero pro ſexto ro. contra chryſogonu3 vtitur χρυσοσ
enim apud nos aurum: γονη fetum ſignificat que vero diffinitiones a proprio con
ſtant:differentia ſoluuntur:quod ſuperius adapertum eſt. hanc diffinitionem ab il
la:quam locum principalem in nonnullis ſtatibus poſuimus:in hoc maxime differ
re volumus:qđ iſta rōnis vim afferre ſoleat:illa totius argumentationis fundamē
tum plerunq3 eſt. Quare illa cauſe:hec argumentationis pars inuenitur. Totum
eſt quod partibus conſtituitur:partes ſunt:que ſimul capte totum conſtituunt. a to
to inferuntur partes non remouentur/ſi tota reſpublica conſilio gubernanda vide
tur/⁊ domus/⁊ vnuſquiſq3 ciuium/non tamen quoniam res publica fortune com
mittenda non eſt/idcirco nec tu caſui te committes/nec enim quonia3 tota domus
reintegranda non eſt/idcirco ⁊ paries vnus. partes etiam ſi ſimul commode colli
guntur totum inferre ſolent/quas etſi ſingulas auferas/totum dirues/non enim
res publi. dicenda eſt:cui nulle ſubſunt familie/cuiuſmodi/antequam ſabine rape
rentur/romana res fuiſſe a multis traditur verum totum ⁊ partes ſimili ratione in
tempore:quantitate:⁊ loco etiam conſyderantur:nam quod ſemper agendum eſt:⁊
nunc. quod vbiq3 eſt:etiam hinc non abeſt:ac in alijs eadem ratione. Cauſa eſt quā
effectus conſequitur:ea quadripartito diuiditur:in efficientem: materiale3/forma
lem:⁊ finalem. ac cauſa efficiente/quam natura ſui effectus conſequitur:ita ducitur
ratio vt dum ea inſit:effectus quoq3 ineſſe indicetur:hoc modo. non poteſt non eſſe
dies:quum ſol ſuper terram ſit:nec incorruptam videri poſſe ſi cum viro concubuit
ſi ſapientia bonum virum facit: ⁊ ipſa bona: virtus affert laudem ſequenda igitur
voluptas infamiam:ergo fugienda:corpus in lumine:vmbram ergo facit. hec idem
valent:ſi retro agis/ea vero non ex alia parte neceſſaria ſint/que quoq3 alijs cauſis
fieri poſſunt. ſol colorat ſed non omne coloratum a ſole eſt/iter pulueruſentum. facit
ſed non omne nec quicquid pulueruſentum eſt/ex itinere eſt. omnino autem ⁊ breui
notandum/quod qui effectus ab vnica cauſa procedunt/ea poſita inferūtur/⁊ abla
ta remouentur. qui vero a diuerſis fluunt/vna. poſita inferuntur/⁊ vnam inferunt
nec negari recte poſſunt/niſi cauſas omnes abſtuleris qđ ſi huiuſmodi cauſa effici
ens eſſet/vt non natura magis quam voluntate effectum conſequi poſſe videatur/
quod in his ſemper accidit/que arte conficiuntur/tunc niſi quod efficere dicitur:
alijs quoq3 cauſis/ac circunſtantijs corroboretur/infirmum eſſe neceſſe eſt/vt ſi di

¶ Species diſ
finiunt oratores ⁊
poete per transla
tiones verbi et ſi
militudinē cū qua
dam ſuauitate vt
qui adoleſcentiā
deſinat eſſe flore
etatis. ſenectutē
occaſum vite. trā
ſlatio enim vix
ea diſcedit a ver
bis proprijs ac ſu
is.

¶ Hec etymolo
gia dicitur a no
ſtris quid nomi
nis vt aſſiduus ab
aſſe dando. antu
gia ab vngendis
apibus.

¶ Eſt ⁊ alia eius
diffinitio cauſa ē
que nos ad faci
nus impellit vel
retrahit ⁊ diuidi
tur in impulſiuā
⁊ ratiocinatiuam
idest opinatā vel
inopinatam.

cas timendum eſſe ne teucri mare occupent. quoniam fabricatores nauiū optimaſ habeant niſi conſtet lignorum quoqꝫ ac ferri: quibus tanquam materia naues conficiuntur: copiam eos poſſidere: niſi maritima loca: portuſqꝫ habeant: in quibus tū inſtruere tum conſeruare naues poſſint: niſi peritos nauitas: ac nauigationis expertos teucros eſſe intelligamus: niſi deniqꝫ vtilitas aliqua: quaſi finis appareat: qui eos ad occupandum mare inducere poſſit. nihil illa ratiōe efficies. quare oportebit: quum huiuſmodi res accidit. commode omnia ſub vnum aſpectū conferre: ne quid rei quam probare volumus: obſiſtere queat: quod ſi confutamus: diligenter aduertendum eſt: ſi quid tale ab aduerſarijs relictum eſt: quo ratio eorum refutari poſſit: aut ſi omnia recte pronuntiarunt: aliquid earum non ſufficere dicemus: vt ſi materiem eis non ſufficere dices ad tantas naues preparandas: quod ſi his omnibus aduerſarius viget: tunc aut illos maioribus occupatos: huic rei non daturos operaꝫ: aut quum nobis certa pericula immineant aliunde: ſtultum eſſe dices his non mederi: que nunc vrbem agitant. de futuris que vtrum eueniant. incertum eſt vehemēter timere: at hec quidem ſi confirmas: ita ſimul omnia complicanda ſunt. in reprehenſione autem vnum negare ſufficit: hoc modo non eſſe corruptam: quum virum nunquam cognouerit. non eſſe occupaturos teucros mare: quoniam eius rei notitiam non habeant: aut qꝛ materies: vel nauiculatores. ſibi deſint: aut quia portuoſa teucria minime ſit: A materia: ex qua ſolet aliquid fieri: ſimiliter argues rem eſſe: ſi cetera: que ad rem pertinent concurrere videntur: hoc modo. habent mauri ferruꝫ: habent fabros. Quare non eſt dubium arma eos poſſe fabricare. econtra vero negatio ſola rem aufert / nam ſi ferrum non habent: nec quod ex ferro fit eos factitare poſſe dubium eſt. A forma / que aptitudinem quandam ac habitum rei prebet / ita duces argumentum / ſi diceret aduerſarius paucos habere ad tantas naues preparandas nauiculatores teucrum. At illos inquies homines natos eſſe. inſitum ſibi eſſe ingenium poſſe breui ex paucis: vel etiam ab vnico huius rei artificium multoſ accipere. Quare non eſſe negligendum. ſimiliter econtra ſi formam hoc eſt ſi naturā ⁊ poteſtatem rei huiuſce eſſe negabis neceſſario: quod dicitur reprehendes: hoc modo. aperte mentiuntur poete volaſſe dedalum: nam quod natura negat neminem facere poſſe: haud dubium eſt. finis / cuius gratia cetera quoque queruntur / coniecturalibus cauſis / ac deliberatiuis valde vtilis eſt. In coniecturali enim cauſa voluntatem fine approbare / ac improbare ferme ſemper ſolemus: ⁊ in conſultationibus faciundum: aut non faciundum aliquid: finis cauſa dicimus: ex fine ita rationes ducuntur quemadmodum. ex efficiente duci putabamus. Nam vt in his que natura interſe conſequuntur / tum probare / tum reprobare ſolo fine poſſumus / ita quum voluntatem fine arguimus: niſi cetera conueniant: non valde veriſimiliter dicere putabimur. quare ⁊ cicero quum cauſam afferrent aduerſarij: cur patrem ſextus. Roſcius occiderat: quod eum rure relegaſſet / quod patri non placeret. quod exheredare cogitaſſet: primo vitam roſcij tanto facinori non conuenire ac deinde ipſam cauſam facile infirmat. quare oportet omnia. que ad rem pertinent / ſimul cum fine inferre: quum voluiſſe reum oſtendere volueris ne nobis quoque aduerſarius ita inſultet: vt clariſſimus ille orator ſexti roſcij aduerſarios irridet: qꝺ tanto ſceleri vita roſcij non conueniret / quamuis ille potius vt ſoluat: quam quod facile ſolutus videretur / derideat. Verum nos debilitari facile finem ſi etiam negari non poſſit: quum cetera non conuenire dicuntur: intelligamus / ⁊ hec quidem ita ſe habent / illa vero que natura ſui propter finem adhibentur / aut mouetur poſito fine / conſequuntur neceſſario. bona enim eſt virtus / quoniaꝫ ⁊ beatitudo bona: ⁊ res publi. bona eſt. quoniam ⁊ cōgregatio ac cohabitatio hominum. Effectus

quantum.ad

quantum. ad rem pertinet: idem plerunque fini ſolet inuenire: ſic enim tam virtutis beatitudinem: quam peccati penas effectum appellare ſolemus. Verum quoniam nonnullis in rebus a fine ſeparatur: ſeorſum locum quoque ab effectibus ponendū diximus: vt ſi quis conſtructionem ac edificationē bonam dicet: quoniam ⁊ domus non enim a fine hic edificationis: ſiue conſtructionis domi: Verum ab effectibus ratio trahitur. Nam edificationis quidem finis is eſt precipue: qui nos maxime ad edificandum mouet. mouet autem non domus: ſed vſus eius. Illud etiam notare decet ad diuerſas cauſas diuerſos effectus cōſequi: ⁊ ad oppoſitas oppoſitos. Locum ab vſibus eum appellamus: qui ſecundum vniuſcuiuſqꝫ rei vſum. nobis rationes ſuppeditat: vt ſi bonum eſſe dicas equitare: equum quoqꝫ bonum contendas oportet. Et ſi nauigare dicis oportere ⁊ naues habere neceſſario. equitare etenim equorum: nauigare nauium vſus eſt. Generatio eſt qua fit vt aliquid ſit. corruptionem vero dicimus: qua fit ne quid ſit: ab his ita ducitur rationes: ⁊ cuius generatio bona: vel mala ſit: ipſum quoque: quod ſi corruptio bona ipſum malum: ſi mala: ipſum bonum. Nam quoniam corrumpi rem publicam pernicioſum eſt: Idcirco rem publicam / bonam eſſe affirmabimus / ⁊ quoniam concordiam ciuium optimam / ideo ⁊ ciuitatem. Adiuncta que etiam communiter accidentia dicere ſolemus / ſunt que aut ſemper: aut plerunque rem conſequuntur / vt ſi dicas ſapientem fuiſſe ceſarem / quoniam nullius vnquam rei eum penituiſſet / aut ſtultum. Marantonium. quod nihil vnquam agere potuiſſet / cuius ilico ſe non penituerit / aut ſi ideo reum feciſſe quicquam arguis: quoniam quum ad eum ventum fuiſſet: erubuiſſet / titubaſſet / inconſtanter locutus eſſet / aut aliquid huius fecerit / Nam hec omnia communiter his accidere ſolet: qui ſibi ipſis conſcij ſunt. adiuncta ſub eandem rationem venire decet / ⁊ natura interſe congruere. ſic eniꝫ iſta veriſimilia ſunt / vt ferme neceſſaria videantur / ſi rhodijs portorium locare honeſtum eſt / ⁊ hermacreonti conducere / ſi iuſticia bonum / recte iudicandum / ſi malum perfidia / non fallendum: quem quis amat prudens non ledit / quem heredem fecit / carū habuit. Quoniam he omnes / que a communiter accidentibus inueniuntur: neceſſitatem afferunt ſermoni non minimam / ſi ab his ducuntur que a re ſeparari non poſſunt. Idcirco ſola negatione confutari ſolent. Nam ſi concedis nullius vnquam rei penitentiam egiſſe ceſarem / quum mentis eum compotem fuiſſe conſtet: ſapientem quoque eum velis noliſue dicere oportebit. Quare id negare oportebit ita fuiſſe / ſed eum nonnunquam aut etiam ſepenumero ea egiſſe dices / que poſtea facta nollet hunc modum / ⁊ in his que ab effectibus aut vſibus / aut generatione / ac corruptione trahuntur / ⁊ omnino in omnibus / que poſitis / aut remotis / neceſſe erit aliquid confici / quod nos vulneret diligenter obſeruabimus. in his vero / que non neceſſario quicquam conficiunt / preter hunc modum etiam facile poteris / quum rem concedas / alia id de cauſa factum contendere / vt ſi non ideo diceret accuſator non expalluiſſe reum: quoniam innocens eſſet / ſed quoniam in huiuſmodi rebus a pueritia verſatus eo audacie venerit: vt nihil ſibi putet timendum / econuerſo quoque ſi pertimuiſſe reus concedit / poterit magnitudine ſe periculi commotum non conſcientia dicere. ¶ Illud etiam in his omnibus / que aut ſe inuicem / aut vnuꝫ ex altero quacunque ratione conſequuntur diligenter notandum antecedente poſito conſequens inferri / ⁊ econtra imprimis remoto quoque auferri imprimis. et contra in omnibus. locus a rei iudicio / quem ab auctoritate ſepe nominamus / is eſt / qui iudicio ⁊ auctoritate alicuius ea in re periti nititur. ¶ Simile eſt quod ex re diuerſa ad rem qua de agitur ſic aliquid eiuſdem rationis accommodat / vt propter ſimilitudinē aſſentire cogat auditores / qꝺ ⁊ dupliciter nōnunquā effertur / hoc

modo. Nam vt in nauigatione antequam nauis ſubmerſa ſit: omnes vigilare: ac ni ti ſolent: ne ſubmergantur: quū nauis euerſa fuerit: eam amplius nemo gubernat. Jta rem pub. dum incolumis ſit omnibus viribus tueri oportet. Quum oppreſſa fue rit: fruſtra eam amplectere. Jn confutatione aut ſimilitudo neganda eſt: aut alia commodior adducenda: neganda hoc modo. non ita oportet vt in nauigatione celet feſtinare. ſubmerſam enim nauem nullam ſaluam nouimus: oppreſſas ab hoſtibus ciuitates: multas etiam nunc rerum potiri videmus. aliam commodiorem oppone mus: hoc modo. Nam ſi dum bellum indicatur: preparari expectamus: non vt im periti naute: antequam tempeſtas erumpat trepidatione nauem ſubmergunt. Jta nos antequam bellum indicatur: difficillimo bello nos implicabimus. Verum vt fortis: ac ſue rei doctiſſimus gubernator minime tempeſtatem quum adſit: deſyde rat: quum adſit non timet. Sic nos pacem: quo ad poſſumus amplectemur: quum bellum īferetur: fortiter ſuſcipiemus. hec ſimilitudo: ſi ornandi cauſa: vel apertius dicendi vel ante oculos ponendi: ſumitur orationis magis exornatio: quam argu- mentum dicenda eſt: quum vero probandi cauſa accipitur argumentū ꝛ confirma tio eſt: quod facile videbis: ſi orationis: que per ſimilitudinem fit: ablata compoſitio ne rerum vim nudam conſyderes: ſic enim que probant: non facile arguuntur. rei pu. oppreſſe fruſtra auxiliaris: quoniam ꝛ naui ſubmerſe: ꝛ ante naufragium niti ne nauis ſubmergatur boni gubernatoris eſt. ergo ꝛ ciuis boni antequam opprimatur res publi. conari ne flutibus obruatur. Jtem ſi continentia virtus ꝛ abſtinētia: ſi ſi dem det tutor ꝛ procurator. quod mulieri idem pupillo. At illud non huiuſmodi eſt non vt qui curręti ſuccedit velocior ad curſum eſt: ſic qui imperatori ad regendū exercitum melior: nec vt nauis noua melior ſic ꝛ amicitia. Quare quod probat ſimi le: cetera ſimilitudinis nomine appellentur. Jllud quoqꝫ notandum ſimile per ne gationem etiam efferri: hoc modo. neqꝫ equus indomitus: quāuis bonus natura ſit ad eas vtilitates: que ab eo deſyderantur: idoneus eſt: nec homo indoctus quāuis ſit īgenioſus: is eſt a quo virtutis fructus elicere poſſit. Maius ē id: a quo id quod minus eſt continetur. Minus eſt quod maiori ſupponitur: Par qd̄ nec continetur nec continet: ſed equalitatis comparationi confertur. A maiore argumentum dici tur quum minus infertur: hoc modo: non expugnaturum hannybalem romanos quoniam. nec galli: aut fruſtra pyrrhum in ſcythas iturum: quoniam ꝛ darius. qui ſacrilegium facit. faciet ꝛ furtum. ſi adulterum occidere licet: ꝛ loris cedere: ſi mun dus prouidentia regitur: ꝛ res pu. prouidentia regenda: ꝛ ſi res. pu. ꝛ domus. A mi nore: quum maius infertur ſic facile romanus perſas ſuperaturus eſt: quoniā ꝛ gre cus: ſi furem cedere licet ꝛ latronem: ſi furtum ſcelus: ꝛ ſacrilegium: Si abſtinentia virtus: ꝛ continentia. A pari: qui ob rem iudicandam inique pecuniam accepit: ꝛ ob dicendum falſum teſtimonium accipiet: qua pena qui patrem interfecit punien dus/ eadem ꝛ qui matrē/ etſi nulla ille/ neqꝫ hic. ꝛ econtrario/ confutabis/ ſi aut rem negabis/ quod verbi gratia greci non perſas ſuperaſſent/ aut non huiuſmodi rem dices/ vt ſi non minores/ tunc grecos quam nunc ſit romana potentia/ aut ſi fortiores nunc eſſe perſas contendes/ quā olim fuiſſent/ que tum gentium multitu dine/ tum armorū peritia exercitationeqꝫ cōprobabis. Jtem ſi minoris modus ma iori attribuitur/ aut econtra qd̄ etſi facilius intellectu/ quā dictu ſit/ tamē breui di cam quō fieri debeat. maius ꝛ minus/ aut in his ſit/ qͥbus quid accomodatur: aut in ijs q̄ cuiquā accōmodantur. Si primo mō cōperatio fit/ ꝛ nō maius: nec minus. ꝛ ſi minus/ ꝛ maius. ꝛ ſi ſecundo ꝛ maius cōueniet: ꝛ minus: qd̄ ſi non minus neqꝫ maius/ neqꝫ retro agere oportet. Nam ſi maius primo modo eſt/ nō idcirco minus eſt/ aut non eſt. Etſi minus ſecundo modo conuenit/ nō idcirca maius cōueniet. Quare maius/ ꝛ minus in rebus (ſic enim ſecundum modū appellamus) contrario quodam modo:

quodam modo: atque in perſonis tractanda ſunt. Verum que diximus ad ipſius ſolum minoris maioriſque naturam referantur. Nam ſi quid ex circumſtantijs ac cidere intelligitur: horum quoque oppoſita vt credibilia ſuſcipienda oratori cenſe mus: vt hoc qui facile ꝛ palam mentitur: peierabit. huiuſmodi rationem a maiore. ſ. ac minore: vel in numero inueniri: rerumque naturam conſequi nullus dubitabit nam qui decem dare poteſt: ꝛ quinque: qui ſe quīque negauit daturum ꝛ decem. Exemplum eſt rei geſte cōmemoratio: que ad propoſitum probandum improbandū ue ducitur. exemplum aut omnino ſimile aut contrarium aut maius: aut minus rei cui confertur: eſſe ſolet. Simile iure occiſum ſaturninum: quoniam ꝛ gracchum. Contrarium: vel diſſimile: at non ille ſatum quo te mentiris achilles talis in hoſte fuit priamo: ſed iura fidemque ſupplices erubuit. Jtem brutus filios proditio nem molientes occidit. Manlius virtutem filij morte mulctauit. Marcellus orna menta ſyracuſanis hoſtibus reſtituit. Verres eadem ſocijs abſtulit. Maius ſi pro pter matrimonium violatum troia euerſa eſt: quid fieri adultero par eſt. Minus ſi tibicines cum ex vrbe receſſiſſent publice reuocati ſunt: ciuitatis principes: qui be ne de repub. meriti ſunt cum inuidie ceſſerint ab exilio reducendi. Jn exemplis mi nora magis mouent. Unde magis ad fortitudinem incitat lucrecia: quam cato. Jn ter exemplum ꝛ locum ab auctoritate: quamuis ī vtroque certum nomen auctoris commemoretur: hoc intereſt: quod in vno iudicio hominis nitimur: in altero non ſen tentiam cuiuſquam ſequimur: ſed facti ad rem noſtram ſimilitudie iuuamur. exem plum: ꝛ locus a rei iudicio: quum inter ſe conueniant: ſimiliter confutantur Simile igitur diſſimile: impar ſimile oſtendatur genere: natura/ vi/ magnitudine/ multitu dine/ tempore/ loco/ cauſa/ perſona/ opinione/ modo. ¶ Genere. extingui intellectū quoniam ꝛ viſum. ſedis materialis. ¶ Natura ſequatur voluptatem homo/ quoni am ꝛ cetera animalia/ at ratione gubernatur. Ui inſit iuuentuti ſeueritas quedam ꝛ grauitas/ quoniam ꝛ feminibus/ ſed iocunditas iuuentutis propria. ¶ Magnitu dine: ſi forte nō electione gubernator nauis: nec imperator claſſis. at maiore maius ratione gerendum. ¶ Multitudine forte noſtre neran hoſtium hec ciuitates ſint: di iudicemus. ſic enim ꝛ maiores de duabus fecerunt: ſed in pluribus maius periculū ¶ Tempore continuet pom. imperium: quoniā ꝛ Marius: ſed ille atrociſſima rei pub. tempeſtate: nunc vrget nemo. ¶ Loco ꝛ cū quū in italia bellum ſit: non traij- ciantur in africam copie: ne ſimile quid cū athenienſibus patiamur: ſed lōgius illi ꝛ in ignota loca: propius nos: ꝛ incognita ꝛ ea ex re alios quoque hoſtes illi: ꝛ attra- xerunt. Nos hannybalem quiqꝫ ꝛ cum eo exercitus eſt ex italia pellemus. ¶ Perſo na continuet marius imperium. Quoniam ꝛ ſcipio: at ille ſanctus vir: libidine iſti- us: ne quid incōmodi accidat cauendum. ¶ Opinione ſi ſimilia dicūtur: que nō ita dicūtur. ¶ Mō qui cereris ſacra ſtuprauit obeūtē ea pena plectatur: qua qui veſte o beūtē ſacra corrupit/ ſꝫ que maiore conatu ſuſcipiuntur pctā atrocius punienda. Multa ēt horū ad eiuſdē euerſionē cōcurrere clarū eſt: vt ad idē vi at hec virgo: illa matrona: loco in domo illa: hec in tēplo. idē ēt a diuerſis fluere vī. At hec veſte con ſecrata: illa non cereri vi ꝛ magnitudine: ſed vnum horum confutāti ſufficit confir- manti id maxime aduertendum/ quo ſimilitudo negari poteſt/ ſi negari non poteſt videndum ſi aut reprehenſum/ aut minus laudatum exemplū ſit hec ī oībus que ſi militudinē habent: excogitari poſſunt. qui a ſimili dicit/ non ipſā rē ſi tota toti: Ve- rū ſi qd̄ ad rem pertinet ſimile ſit conſyderabit. Locus a proportiōe ē ſimilitudinis quedā diligenter facta collatio: hoc pacto. Nā quē ita ſe habet gubernator ad naueꝫ regēdā iudices/ quēadmodū magiſtratur ad diſponēdā rē pub. Jdcirco cū diligēte cura: ꝛ acri iudicio/ nō ſorte gubernator eligatur/ nec magiſtratus quidē ſorte potꝰ quā iudicio in ciuitate ſunt eligēdi. is locus a ſimili differt/ quoniā ibi a ſimili ſimile

¶ Ficta etiaꝫ exē pla ſimilitudinis habent vim hoc modo. fingemus ſcipioaliquem ꝛ ex diſſe id quod mā- cipio dari non po teſt: non idcirco id eius factum ē qui accepit: aut neqꝫ is qui mancipio dedit ob eam reꝫ ſe villa re obliga- uit: in hoc genere oratoribus ex phi loſophis conceſſū eſt vt muti etiam loquātur vt mor- tui ab inferis exci tentur: vt aliquid quod nullo modo fieri poſſit augen de rei gratia dica- tur. aut minuenꝺ de que hyperbo- le dicitur ꝛ multa mirabilia alia.

infertur: hic ſimilitudinis: ac proportionis collatio fit: quod vt clarius pateat in eo
dem exēplo vtrumqꝫ oſtendamus. A ſimili ſic: nam vt gubernator nō ſorte: ſed iudi
cio eligitur: ita in re.p. magiſtratus eligendi ſunt. A proportione hoc pacto. ita ſe ha
bet ad nauē gubernator: vt ad rē.p. magiſtratus at gubernator iudicio non ſorte eli
gitur. Quare oportet iudicio quoqꝫ nō ſorte magiſtratus ciuitatis eligere. A mino
re vero vel maiore in quo locus a proportione differat manifeſtum eſt: que. n. ibi ſi
militudo attenditur: aut minoris aut maioris eſt: vt ſi ita diceres. quod ſi nautis gu
bernator arte non ſorte eligitur: multo magis a ciuibus magiſtratus iudicio nō ſorte
eligendi ſunt. A minore: nō a ſimili: nec a proportione argumentum caperes. hunc
locum confutabimus: ſi aut proportionis ſimilitudinem negabimus: aut ea conceſ
ſa ab euentu diuerſo rōnem infirmabimus. Nam ſi concedis in propoſito exemplo
proportionis ſimilitudinē: poteris dicere nautis non eſſe quicquam timendum: ſi
ratione gubernatorem diſcernunt. At in repub. vehementer metuendum eſſe: ſi ſp
p̄ſtantiores ciuitatē imperio regant: ne in paucorum poteſtatem res.p. concedat:
Nam id euenire hic facile: ibi ne timeri quidem poſſit. Locum ab oppoſitis: in qui-
qꝫ partes diuidimus: nam qd ad propoſitum pertinet oīs oppoſitio aut priuatiōis:
⁊ habitus eſt aut affirmationis: ⁊ negationis: aut relatiōis: aut contrariorū: aut diſ
peratorū. Priuatio eſt qua aliquid: quum innatum ſit eſſe non ineſt: Cuius op-
poſitum habitū appellamus. ab his ita ſumitur argumentum: nō eſt oculorum pro-
prium vt videant: multi. n. quū habeāt oculos carent viſu. Item ecōtrario nō eſt ſo
lum cecus: qui caret oculis: nā multos tametſi oculos habeant: tamen cecos appel
lare nō dubitamus. ¶ A negatione ſumitur argumentū: quū quidem ab ea ſequi
tur affirmatio: ⁊ econtra hoc modo. pacem contempſere carthaginenſes. In hiſpa-
nia enim noſtros ſocios ſollicitant. nullam romanus carthaginē ſi attulit iniuriam:
neqꝫ cauſam belli vnquā dedit. Quare bene fortuna iudicauit: quum italie africaꝫ
ſubiecerit. Locus a relatiue oppoſitis appellatur: quum ab altero eorum: que inter
ſe referuntur alterum infertur: hoc modo. vniuerſa grecia athenienſibus ſubiecta
fuit: toti enim grecie athenienſes imperabant. Item carthaginenſes romanis ſubie
ctos fuiſſe conceditis. Quare dubiū non eſt carthagini romanos imperitaſſe / hoc
confutatur / ſi aut quod infertur relatiuum negatur / aut vis relationis. non huiuſ-
modi eſſe oſtenditur / vt vnū poſitum Alterū ſequatur. Contraria ſunt. que in eo
dem genere poſita inter ſe plurimū diſtant horū quedā mediata / qdā imediata vo-
cantur. mediata dicimus / que hmōi ſunt / vt vno remoto / nō neceſſario alterū pona
tur. nō ſequitur / quod album non eſt / id eſſe nigrū. Immediata ſunt / quū vno remo
to / alterū neceſſario ponitur. nā hominū nō ſanum / egrum eſſe neceſſe eſt / ⁊ ſi fruga
litas bonum / luxuria malū: ſi qui conſulto profuit premio afficiendus eſt. qui obfuit
affligendus pena / qui imprudenter nocuit venia dignus. quoniam qui vtilitati fuit
nulla laude / ⁊ dupliciter prudenter obeſſe puniendum / quoniam imprudenter pro
deſſe non laudandum in his omnibus quū vnum conceditur / cetera negare neceſſe
eſt. Nam quod album eſt / nec nigrum / nec rubeum eſt / ⁊ qui ſtultus eſt / eum parū
ſapere neceſſe eſt. Immediatis cōfutabis. ſi vno contrariorū remoto. reliquum po-
nitur. In omnibus aūt oppoſitis conſyderandum erit ſint ne oppoſita / an non / qd
facile / preter quā in relatiuis conſequeris / ſi poteris ea / que tanquam oppoſita pro
ferūtur / ſibi ipſis conuenientia / hoc eſt ſimul ineſſe demonſtrare. Diſperata ⁊ icū-
tur / q̄ ſub eodē genere poſita diuerſis differentijs: vel proprijs ſeparātur / nobis hic
ita late pateāt / vt genere quoqꝫ diuerſa diſparata dicātur: vt nō ſubſiſtere colorē ſub
ſtantiā a qualitate differre / ab ijs ita ſumitur argumētū / vt vno quodā poſito / cete-
ra oīa remoueātur / qd. n. aſinus eſt / id nec hō / nec equus / nec quicquā hꝰ eē pt: ⁊ q
argētū decē pōdo depoſuit / is tantundem auri repetere nō debet. diſperatum gene-
re differentia

re differentia proprio quod ſoli accidat. diffinitione diuerſitate / vel oppoſitione cau
ſarū opinione quoqꝫ inferri pōt. atqꝫ vti diuerſitate horum cōprobatur. ita differē-
tiā proprium diffinitionē diuerſa eſſe confirmat. Tranſumptionem appellamus
quum magis notū ponimus verbū / vt ex eo minus quoqꝫ notū appareat: vt ſi dicaſ
ideo philoſophū nō inuidere: qꝛ nec ſapiens. Tranſumptio a nōis interpretatiōe
differt: qꝛ hic nihil exponitur: ſed notiore qd dubiū eſt / infertur. ibi expoſitio nomi-
nis affertur hoc modo. ſapiēs nō inuidet philoſophus amator ſapientie eſt. non igi-
tur inuidet philoſophus. Coniugata dicuntur / que ab eodem deducta diuerſo mō
flectūtur: vt a iuſticia iuſtus: atum: que inter ſe: ⁊ cuꝫ ipſa iuſtitia cōiugata dicimus
ab ijs ita ſumitur argumentum: quoniam iuſtitia virtus eſt. Idcirco iuſtuꝫ virtuo
ſum eſſe neceſſe eſt. In confutatione attendere decebit: primo ſi coniugata ſunt que
dicuntur: neqꝫ. n. huiuſmodi ſunt: que per ſe non inſunt. Unde nec ſequitur: quoniā
albus hic iniuſtus ſit: idcirco albedinem hanc iniuſticiam eſſe: deinde an ita ſit: quē
admodū illa oratio ſignificat ex qua vis argumenti fluere videtur. Caſus dicitur
nominis alicuius inflexio in aduerbium: vt iuſtus iuſte: malus male. A caſibus ita
ducitur argumentum: quemadmodū a coniugatis. Naꝫ quoniam carthaginem de
ſtruere vtile eſt: idcirco vtiliter deſtrui poteſt carthago. Diuiſio eſt oppoſitorum
diſiunctio: que duplex eſt: nam aut per negationem fit: aut per partitionem: per ne-
gationem ſic: aut vtile eſt nobis bellum regi perſe indicere: aut non: ſed non cōfert
indicere: quieſcere igitur vtile eſt. Per partitionem: ſex modis maxime diuiſio fit:
aut quum genus in ſubiectas formas diuiditur vt animalium quedam rōne parti-
cipant: quedam rationis omnino expertia ſunt: aut quum totum in partes quibus
conſtituitur / ſeparatur: vt domus in tectum parietes: fundamenta: aut quū vox v-
na in diuerſas ſignificationes deſcendit vt canis: aut ſidus: aut terreſtre animal: aut
piſcis. Item ſi quod ſubijcitur in ea: que ſibi accidūt partiaris vt homo: aut ſanus:
aut eger. ſi quod accidit diuerſis ſubiectis accōmodas: vt quod ſanum eſt: aut hō ē:
aut rationis expers: vel album in lac niuem: ⁊ cetera huius. Si quod accidit in alia
quoqꝫ accidentia ꝑtiare / vt q̄ ſana ſunt / aut calida / aut frigida ſunt: ex ijs ergo om-
nibus ſic argumentum facimus / vt vel vno diuiſionis mēbro confirmato: reliquuꝫ
remoueatur. Nam ſi neceſſe eſt animal aut ratione participare: aut ea priuari: hoc
autē rōnis ꝑticeps eſt: hoc neceſſario ratione minime priuatur: vel vno membro re-
moto: reliquū iferatur. Nā ſi rōnis particeps nō eſt: rōne priuari neceſſe eſt. At hoc
quidem ſimili quodā mō in oībus fieri ſolet: que bipartito diuidimus: quod ſi tripar
tito: aut ēt pluribus mēbris quicquā diuideremus: quū vnū aliquid ponitur: cetera
negare non merebimur: vno remoto: reliqua cum diſiunctione inferri neceſſe eſſe:
quorum etiam ſi alterum improbabis: cetera ſequentur: quod fieri licet quouſqꝫ id
quod affirmare volumus vi orationis inferatur: Id ēt ne nos fugiat operepretiū ē: qd
in his omnibus: quandocunqꝫ aliquid infirmare volumus: aut palam id falſum: ac
ideo iure negandum dicimus negationiſqꝫ rōnē explanamus: quū oſdimus id ab
eo ſequi. ſi cōceditur: qd itidē aduerſarijs ſicut ⁊ nobis nequaquā veriſimile videri
ſolet: quare non eſſe dubiū volumus. id quoqꝫ ex quo: quod etiam aduerſarijs nega
tur illatū eſt falſū oīno videri oportere: aut eo cōceſſo iferri qd ſequitur aſſeramus.
Uerū qꝛ ad circūſtantias hos oēs locos reduci nemini dubiū eſt. Nūc ſi prius cir-
cūſtāntiarū viꝫ breuiter aperiemus: ad quā vnuſquiſqꝫ horū circūſtātiā referatur: aut
in qua fūdatur expōem⁹: qua ex re id quoqꝫ poterimus clare intelligere principaliſ
ſimas eē circūſtantiaruꝫ perſonam ⁊ rem. Nā reliquas has duas conſequi hac pce-
ptione aperietur.

¶ De accommodandis locis ad circumſtantias.

CIrcumſtantie igitur ſunt ſex: perſona / res / cauſa / locus / tempus / mo-
dus / quibus nonnulli addunt / quibus auxilijs / quam circunſtantiaꝫ ma
teriā appellare licet. Perſona eſt: q̄ ad aliquam rem confirmādā aut ifir

mandā capt hoīs condicio. pſona in vnaquaqꝫ cauſa duplex eſt: nam aut ea in re
verſatur: qua de agitur: aut oīno extra eſt. primā rurſus quadripartito pmimur. In
accuſatoris. ſ. rei iudicis: ac teſtium pſona. Extra rē oīo eſſe dicimus: quorū auctori
tate: aut iudicato: aut ſnīa iudices comouentur: vt maiores: vt alij ab ijs iudices
qui rem pſentem audiunt: aut ij qui adſunt iudicio: ⁊ oēs qui iudiciū hoc expectant
vt ſequantur: aut laudaturi: vituperaturiue ſint. Hec quū ita ſint: circunſtantiam a
perſona in decem partes diſtribuimus: nomen naturam: victum: fortunam: habitū
affectionem: ſtudia: facta: caſus: orationes: quibus additur etiam conſilium. Nomē
eſt: quod cuiqꝫ tanquaꝫ proprium: quo appelletur: vocabulum attribuitur: vt Cato
ſapiens. Ariſtides iuſtus. Metellus numidicus: huius generis eſt: ⁊ quod nō vni
ſolū homini: verū etiam ciuitati / ⁊ toti pꝛuīcie attribuitur / vt verſutia. ⁊ perfidia
Carthaginenſibus / ⁊ omnino africanis / leuitas ⁊ inconſtantia grecis / ſuperbia gal
lis. Item ſciētia grecis / ⁊ precipue athenieñ. militaris gloria romanis. Naturaꝫ
dicimus / que facit vt ad aliquid faciendū / aut non faciendum apertior perſona vi=
deatur / qua ex re maiorem fidem orationi acquirimus. hec partim diuino / partim
mortali in genere verſatur. Diuino vt que augurijs / extis / ominibus / prodigijs /
oraculis ac dictis diuinitus exponuntur / vt ſi diceres ſapientiſſimum fuiſſe Socra=
tem / ita enim apollinis oraculo comprobatum eſt: mortalium autem genus pars in
hominum / pars in beſtiarum naturam numeratur. hanc vltimam partem hic inuti
lem dicimus / non enim vt a perſona. ſed vt a ſimilitudine a genere beſtiarum argui
mus. hominum vero genus in ſexum nationem / patriam / cognationem / etatem / di
gnitatemque diſtribuimus. Sexum vt vir / mulier. Nationem vt grecus / barbarus
patriam / vt Athenienſis / romanus. Cognationem / hoc eſt quibus maioribus: qui
bus conſanguineis / vt cornelius / vel nobilis / ignobilis. Etatem vt puer / iuuenis:
natu grādior: ſenex. dignitatē vero in corporis / aut animi commoda vel incommo=
da a natura data diuidimus / vt valens / imbecillis / longus: breuis / formoſus / de=
formis: velox: tardus / acutus / hebetior / memor / obliuioſus / prudens / ſtultus / ti=
midus / audax / ⁊ que huiuſmodi ſunt / dum hec omnia nobis inſita non induſtria cō
parata ſint. Nam ea quidem non in natura: ſed in habitu ponimus. Victus eſt vite:
qua quiſqꝫ aut viuit / aut vixit delectatio. victum in educationem vſum ⁊ mores p=
timur. In educatione conſyderamus / apud quos / quo more / cuius arbitratu edu=
catus ſit / quos habuit artis / quam profitetur magiſtros quos viuendi preceptores.
in vſu / quo in negocio / queſtum / artificio ſit occupatus / quomodo rem familiarem
adminiſtret / qua conſuetudine domeſtica ſit. in moribus / quo amictu / quibus ami=
cis delectetur / luxurioſus ne ſit / an frugi / ⁊ que huiuſmodi ſunt / Fortūa eſt proſpe=
ra / aut aduerſa rerum humanarum mutatio / in qua querimus ſeruus ne ſit an liber
pecunioſus an tenuis / exul / abdicatus / an econtra priuatus / an cum poteſtate / ⁊ ſi
cum poteſtate / iure ne an iniuria / quales liberos habeat / ⁊ ſi non de viuo queritur /
quali morte affectus ſit / ac vno verbo omnia comprehendam felix / clarus an econ=
tra ſit. Habitus eſt ex induſtria cōparata corporis / aut animi firma / ⁊ abſoluta in a
liqua re perfectio / vt velocitas / robur / memoria / ingenium / non natura data / ſꝫ ſtu
dio ⁊ induſtria comparata vt ars: ⁊ quepiam aut ſcientia / aut cōmoditas quicquaꝫ
faciendi. Affectio eſt animi ⁊ corporis ex tempore aliqua de cauſa cōmutatio: vt vul
tus / letus: triſtis cupiditas: metus: titubatio: inconſtans locutio: inceſſus modo ci=
tus: modo tardus. Nam hec omnia quum conſequantur: aut horum contraria / vt
in libro ſecundo diximus ſigna eſſe ſolent. Quare aliquid factum: aut non factum
facile credimus. Studium eſt animi aſſidua / ⁊ vehemens ad aliquam rem applica
ta magna cum voluntate occupatio: vt philoſophie / geometrie litterarum. Itē me=
dicus orator / grammaticus: Item ſtudioſus equorum / armorum / canum / ⁊ huiuſ

modi. Facta

modi. Facta vero caſus ⁊ orationes tribus ex temporibus cōſyderabimus: quid
fecerit quid ſibi acciderit: quid dixerit: quid faciat: quid dicat: quid ſibi accidat: qd
facturus ſit: quid ſibi caſurum ſit: qua ſit vſurus oratione. In quibus etiam notan=
dum puto ea: que a preterito tēpore trahuntur: cōfirmatione maxime accōmodari:
Nam ab eo quod ſibi accidit feciſſe: aut non feciſſe reum ſuſpicamur que vero a fu
turo cōcluſioni apriora eſſe: quid enim accidet: quid faciet: quid dicet: aut ipſe reus
aut etiam ciues: ⁊ ſocij omnes per conqueſtionem: aut amplificationem plerunqꝫ
pꝛere precipui oratores ſoliti ſunt. Conſilium eſt aliquid faciendi: aut non faciendi
excogitata ratio. quod nos nō perſone: ſed cauſe attribuimus: Nam ſi cōſilium dici
mus vim: quā facile quiſquā aliquid perſpicere poteſt. Id aut ad habitum: aut ad
naturam pertinebit. Sin vero nō eam vim: ſed rationē que quū nature aut habitus
vi excogitata ſit faciendam nobis aut non faciendam rem eſſe oſtendit: huiuſmodi
ratio ⁊ cauſe atribuitur. Et a re non a perſona certe oritur. Quare nobis nō eſſe per
ſonis videtur atribuendum conſilium. nam quod habitus: aut nature effectus eſt
illis atribuitur. quod ad cauſam pertinet: id perſonis attribuere ſuperuacaneum
eſt. Res eſt totius negocij certo ſigno conflata breuis complexio: quā bipartito di=
uidimus in rem ipſam: que in crimen affertur vt hominis occiſio: ⁊ in ſignum ex
quo res in iudicium affertur: vt ſi occiſum hominē in deſerto ſepelires: ac ideo ac
cuſatus eſſes / hoc eſt ſignum: in quo quum de coniecturali diceremus: ea que ab i=
nitio ſunt fundari dicebamus. hoc ſigno omnia que ſuſpitionem aliquam: tanquā ſi
gna conflare poſſunt: ab initio vſque ad finem diligenter inueſtigata continentur:
ac vnius principalis loci vim: quem ab initio ad finem vocamus: afferunt. hec ⁊ cau
ſam continent omnem: non enim ſolum in coniecturali: ſed in omni conſtitutione in=
uenire neceſſe eſt: Uerum in coniecturali: quum a rebus: hoc eſt a ſignis oriatur ab
alijs illius conſtitutionis locis hec ſeperauimus / non quod alij quoque loci in ijs: q
ab initio ſunt: non fundentur: Uerum quū per ſe omnia: vt atrocior ſuſpitio fiat ab ini
tio vſqꝫ ad finem: ante oculos poni neceſſe eſt. non ſine ratione ab alijs diuiſimus
que ſeorſum ab alijs tractata inueniuntur. in ceteris vero conſtitutionibus ea non
ſeparauimus quoniam in nulla parte orationis inueniri poſſunt: omnia per ſe ante
oculos poſita: niſi in concluſione per enumerationem. Inueniri vero etiam in ipſis
quis non viderit: Nam ea cauſa: que ijs caret: nec conſiſtere quidem vnquā poteſt.
Et. n. ſi tyranno perſuaſiſti tyrannidem deponere: ac primum petas legibus interfe
ctori conſtitutū. Quum diffinitio ſtatus ſit. Expoſitio primus accuſatoris locus ſe
cundū narrationē ea que ab initio ſunt. exponit hoc modo. Ingreſſus ad tyrannum
ſum: cum vt tyrannidem deponeret / non ſine magno periculo meo exhortari cepi: p
ſuaſi: tyrannidem ille depoſuit: ciuitas priſtinū ſtatum libertatis recepit. mihi ergo
premiū legibus ijs viris qui tyrannidem deponunt conſtitutum iure debetur: hāc
expoſitionē: non vt hic: ſed quum amplificatione agemus / quam venabimur ex ijs
que circunſtantias conſequuntur: ijs enī in circunſtantijs: que rem conſequuntur:
niti atqꝫ fundari ea / que ab initio ſunt manifeſtum eſt. Diffinitio vero qui locus de
fenſoris primus eſt ab his / que derelicta ſunt / ex cōprehenſione hac Ιωνω ϖαρχισ
vt in ſecundo diximus inuenitur / oppoſita vero diffinitio: ex ipſa comprehenſione
fluit / ratiocinatio vtraſqꝫ diffinitiones in vnum colligit. Quare quoniam multis
his locis cōprehenſio abſoluitur / neqꝫ ſeorſum tractatur / nō vt in coniecturali ab ali=
is eam ſeparari / verū alijs vim ſuā diſtribuere intelligimus. in negociali et ipſa res
q deliberationē mouet / ſi ab initio vſque ad finē cōſideratur cōprehenſio eſt. Nā quū
dicimus / paccato orbe Octauianus petit auguſtus vocari / ipſa orbis pacatio bella
labores / ſuſcepta vulnera / aliaqꝫ hmōi quibus pax parta eſt / ab initio vſque ad finē
dicūtur. Uerū vnius loci vim habere non poſſunt / q tamen vt diximus in cōcluſio

ne adhibenda eſt:vt aperte videatur an illa res fieri potuerit ab illo homine illa cau
ſa:illo tempore:illo modo:in illo loco. Cauſa eſt/que ad aliquid faciendum aut non
faciendū inducit, ea diuiditur in impulſionem:⁊ ratiocinationē. Impulſio eſt teme
rarius impetus animi ad aliquid faciendum ſine excogitatione vt ira:nimia cupidi
tas:violentia:timor:⁊ omnino omnis, perturbatio animi. que rem conſilio:⁊ excogi
tatione videre non ſinit. Ratiocinatio eſt que commodorum:aut incommodorum
vitatione ad rem quampiam hortatur:ſed commodi ⁊ incommodi diligentem ⁊ cō
ſyderatam rationem in tres partes diſtribuimus:nam aut adipiſcendi:aut retinen
di:aut augendi commodi:⁊ econtra/aut euitandi:aut reijciendi:aut diminuendi i-
commodi cauſa feciſſe dicimus. Ratiocinationem preterea omnem in principalē:
⁊ acceſſoriam diuidimus. Principalis eſt:vt verbi cauſa ſi magnam hac ex re con
ſequeretur pecuniam:cui accedit:quod ſe amicis etiam gratificari credidit: quod
ſi nulla cauſa extra rem videretur:aut ipſam rem cauſam dicemus fuiſſe:aut quali
tatem perſone conſyderare oportere:primum vt ſi diceres cauſam furti ipſum fur-
tum fuiſſe alterum ſi ſeditionis quemquam accuſares:⁊ cum ſeditioſum ſemper fu
iſſe oſtendas. Que omnia defenſor:aut omnino ita eſſe negabit: aut diminuet: aut
ijs cauſam prohibitiuam opponet:de qua nūc dicemus. Prohibitio eſt cā: que nō
faciendi:rōnem oſtendit:hāc prohibitiuam cām:quam nos κολυτικον αιτιον. ap-
pellamus per ea que ſuperius dicta ſunt membra diſtribui licet:nā ⁊ quia commo
di non nihil aut conſequebamur aut retinebamus:aut augebamus: ⁊ quia incom-
modi aliquid aut vitabamus, aut reijciebamus aut diminuebamus non faciendi
cauſam habuiſſe dicemus. Tempus eſt:quod ad rem aliquam faciendam vel non
faciendam per ſe. vel cum opportunitate conſyderatur. Id diuidimus in ſpacium:
⁊ occaſionem. Spacium eſt pars temporis:in qua aliquid tranſigi poſſe. conſydera
tur:vt hora:dies:menſis:annus:hic poterit conſyderari:quid tarde. quid cito: aut
quid tardius:quid citius fieri ſoleat. Item. quando geſtum:ſit. adeo ne antiquitus
vt in fabularum iam naturam conceſſerit:vt que de hercule. dicuntur:aut vt res ve
ra videatur:quamuis ab etatis noſtre memoria:ȝ remota ſit:aut memoria hominū
retineatur:aut in preſentia oculis cernatur:in quo id diligenter. querendum eſt:po
tuerit ne magnitudo negocij an multitudo rerum in eo tranſigi tempore. Occaſio ē
temporis ad aliquid faciendum:vel non faciendum idonea facultas. quā tripartito
diuidimus in naturalem:ſtatutā:accidentem. Naturalis eſt. que accidit omnibus
eodem fere tempore:vt meridies:nox cōcubia. meſſis:vindemia:calor:frigus. Sta
tuta eſt quum conſilio certo aliquo in tempore celebrari quicquam ordinatum ſit.
hanc in publicam:⁊ priuatā partimur. publica eſt:quam vniuerſa ciuitas celebrat
vt dies feſtus:ludi bellum/pax/cōcio. priuata eſt/que vni ſoli celebratur:vt nuptie
funus:ſomnus/conuiuium. Accidens eſt/que caſu aliquo euenit. hanc rurſus in
publicam/⁊ priuatam diſtribuimus/publicam:vt peſtilentiam/obſidionem/pri-
uatam/vt famem alicuius inopiam. Sciendum autem quod commoditas/que ad
dita tempori occaſionem parit parti in a tempore/partim a reliquis etiam circun-
ſtantijs fluere conſueuit. tempus rurſus in tria diuidi nemini dubium eſt. preteritū
ſcilicet. inſtans/futurum. Locus eſt ad aliquid peragendum commoda aut in-
commoda ſpatij poſitio. Omnis locus/aut naturalis eſt/vt mare/campus/mons/
fluuius/aut artificialis/vt ciuitas/domus. Naturalem bipartito partimur in quā
titatem/⁊ qualitatem/quantitatem/vt anguſtus/amplus/magnus/paruus/qua
litatem/decliuis/arduus/aſper/planus/lapidoſus/arboribus/conſitus. Artifici
alem in octo diſtribuimus/publicum vt theatrum/ſtadium/platea. priuatum/vt
domus:villa/In quo etiam queritur alienus ne/an ipſius de quo agitur. Sacrum
vt templum/adytum. profanum/vt lupanar. religioſum/vt ſepulchra maiorum in
teruallum: vt

teruallum/vt longinquitas/propinquitas. poſitionem/vt ante/poſt:habitationē:
vt celebris:deſertus:in quibus fere omnibus etiā cōſyderatur:tunc ne huiuſmodi
fuerit locus:qualem dicimus:an ſemper. his enim omnibus opportunus ne conſi-
lijs capiendis:aut agende rei fuerit:an aduerſus comprobari poteſt. Modus eſt in
quo quodāmodo aliquid actum ſit queritur eius partes due ſunt: prudentia ⁊ im-
prudentia. prudentie ratio queritur ex his:que palam:clam:vi:perſuaſione: impu
denter/audacter/captioſe/inſidioſe:ȝ fecerit. Imprudentie partes quattuor ſunt:
inſcitia:caſus:neceſſitas:affectio. Inſcitia ſi inſcius fecerit. Caſus ſi quid ſibi acci
derit. neceſſitas ſi coactus vi rationem non videtur excogitare potuiſſe. Affectio ſi
amore:cupiditate miſericordia:⁊ huiuſmodi captus:affectionibus:quod factu opuſ
eſſet:intellexiſſe negatur:que omnia conceſſioni aptiſſima ſunt. Materiam vel facul
tates vocant:quibus res facilius fit:aut ſine quibus confici poſſe non videtur/ſi-
cut fuſte:gladio:laqueo veneno. Uerum ſi quis ſubtilius conſiderat omnia: que tā
perſonis:quam negocijs attributa ſunt:quibus commoditas ad rem peragendā ac
quiritur facultates appellare licet. Quare non placuit ſeptimam circunſtantiā ab
alijs ſeparata ponere:quoniam non vt cetere circunſtantie ad negocium reducūtur
ſic ⁊ facultas ad alias circunſtantias. Uerum ipſe circunſtantie:quum commodita
tem faciendi:aut non faciendi nobis afferunt facultates appellantur. Nam ⁊ com-
moditatem loci:⁊ temporis precipue facultatē dici quis non viderit:preſertim ſi pro
Sexto roſcio:Ciceronem audiuit:qui maxime declarat facultatem:vt diximus eſſe
que commoditatem nobis ad aliquid faciendum adducit his verbis. Uideamus
nunc ⁊ que facultas ſuſcipiendi maleficij fuerit:vbi occiſus eſt Sextus roſcius:ro-
me:quid tu roſci vbi tunc eras:rome. Uerum quid ad rem:⁊ alij multi: quaſi nunc
id agatur:quis ex tanta multitudine occiderit. Cui ſubiungit:age nunc ceteras fa-
cultates quoq; conſyderamus/erat tunc multitudo ſiccariorum id quod cōmemo-
rauit. Erucius ⁊ homines impune occidebantur/quid ea multitudo/que erat: Nā
primo commoditatem loci/deinde occaſionem/facultatem appellauit: fuſtem/au-
tem ⁊ gladium/⁊ venenū. Si quis nobis obijciat/non mouebimur. dicemus enim
hmōi facultates/ſi ceteris circūſtātijs nō cōtinētur modū nō preterfugere.

De reductione circunſtantiarum ad rem.

SEd iam tempus dari videtur/vt oſtendamus reliquas quoq; circunſtan-
tias ad negocium/ſiue ad rem reduci poſſe/cui etiam locos eos: de quibus
ſuperius latius diſſeruimus:attribuemus/ſi prius has circunſtantias: ne
quis ex ignorantia ad coniecturam tantum pertinere arbitretur/ceterorū quoq; ſta
tuum fundamentum eſſe breui oſtendamus. Nam argumenta ⁊ rationes in omni-
bus ab ijs inueniri poſſe/ſuperius patuit. Uerum hec res:quam nunc enodabimuſ
etiam ad illam non parum confert. Nam ſi quis vnde oritur ſtatus proſpexerit: is ⁊
vnde magis rationes/⁊ argumenta querat intelliget. Ea igitur in circunſtantia fū
dari vel ex ea ſtatū oriri dicimus/ex qua magis pendere cauſa videtur/vt a perſo-
na cōiecturalis/ſi prodigi pater nuſſibi apparet/neq; id dicimus/qḋ putemus rem
nullā hic in iudicium venire. affertur enim non apparere patrē/qua in re το χρωμα
id eſt color inuititur/ſine quo coniecturalis/niſi duplex ſit/conſiſtere non poteſt ſo-
lam enim rem equalem iudicium non ſuſcipere volumus/vt in primo nobis expoſi-
tum eſt/quare ipſa res cauſe/ſemper fere fundamentum erit. neque idcirco ex alia-
rum circunſtantiarum aliqua magis pendere cauſam/quam ex reliquis ſimul om-
nibus incōueniens erit. A re non debui pecuniā/nūquā me appellaſti. hec a re tan-
tum pendet. A cauſa/ſi quedam ad eum vtilitas/ex cede hominis deueniebat. A lo
co mō ⁊ tpis cōmoditate fieri coniecturam omnibus patet. Diffinitio a perſona/vt
ſi cōcedis nomiatim quenquam appellare iniuriarū ee actionē:magiſtratū cōpellare

erit actio maieſtatis. A re auferebat dioniſyus poma: ⁊ coronas aureas: quas ſimu
lacra manibus porrectis: quaſi offerebant: dicebat ſe accipere nō rapere. A cā bo
nis dijs oblatas patheras ex templis ille ipſe capiebat: qm̄ vti bonitate deorū opor
teret. A loco priuatā ſubripuiſti pecuniā: ſed quia de tēplo ſacrilegiū. A tempore:
adulterum ſoluz occidit: magno tempore poſt vxorem flētem in ſepultura īterfecit:
Modo: nō eſſe adulterā lucretiā dolo ſubactā: in iuridiciali. C. flāminius p̄ ſeditio
nē legē agrariam ferebat: hunc pater cōtionem plebis habentem de templo eduxit.
Acceſſitur maieſtatis licuit: quia pater. a re: quia res vrgebat: vt in eo qui impedi
mēta tradidit: exercitū eduxit. A cā q2 ipſa patrem interfecit: vt adulterio vteretur.
a loco lex athenis violator decē talēta deponat: apd̄ lacedemonas capite plectatur.
Lacedemonius athenis ingenuā ſtuprauit: in lacedemonia reuerſus capitis accer
ſitur. A tpe noctu: domi tumultuātē. a mōrēſe irruētē occidi. Tranſlationez his pē
dere manifeſtū eſt: neqz negocialis: neqz ſingularū iuridicialis patium exempla po
ſuimus: quoniam illam tempore ſolū. ac vtilitate a iuridiciali ſeiungimus. Quare
vnde deliberationis cauſa mouetur: inde pendere negocialem patet: partes vbi m
tantur videre. ſi quis genus intelligit, difficile nō eſt: ⁊ maxime q2 exēpla poſita par
tium ſunt. neqz enim generi quod nullius ſpecie ſit: quicquam dari poteſt: omnium
vero ponere. ne longiores ſimus preter miſimus. Preterea ex lege more: hoc eſt con
ſuetudine cōmuni: aut vnius ciuitatis ſtatum pendere poſſe: quis nō viderit. Nā ⁊
lege ius probari: ſicut cōſuetudine manifeſtum eſt, legem vel cōſuetudine quaſi ſi
gnum eſſe haud obſcurum eſt: vt in hoc exemplo: qui patri proditionis reo non affu
erit, exheres ſit. Lex altera proditionis damnatus cuz aduocato necetur: nō affuit
petit hereditatem, legitima eſt, ⁊ ex altera lege pendet. Lex tria, ſi quis que ad ſe
non pertinet hereditas: eaz petit: exultet. expellitur qđ ex heres: ſit: negat: niſi pater
abſolutus ſit. ſignum lex altera: Ita quecunque fundamenta ſtatuum ſint ad circun
ſtantias ſemper reducēda, ⁊ proximū inquirendum. ſic enim ad probationē maior
nobis copia ſuppeditabitur. Quare diligenter querendum: ⁊ vnum ne an plura ſint
neque quid noſtram cauſam magis iuuat videre ſufficit: ſed quod etiam aduerſario
patrocinatur non negligendum. Nam diuerſa eſſe plerūqz neminem fugit. ⁊ enim
qui occidit in lupanari tanquam adulteram: re ſe magis tutatur accuſatio: quod nō
ſit adulterium in lupanari loco confirmatur. hec admonitio: vt vnde magis pendeat
cauſa conſyderemus, ad duo vtiliſſima eſt. Nam ⁊ vnde magis querende rationes
ſint proponit: ⁊ quecunque a ceteris circumſtantijs inueniuntur: ſic illi intermiſcen
da oſtendit. vt ab ea: vel nunquam: vel raro: vel breui recedamus. Commoratio e
nim qua fit vt in loco firmiſſimo: quo tota cauſa continetur, diutius commoremur
⁊ eodem ſepius redeamus. his duobus fit: loco ſtatus firmiſſimo: ⁊ vnde tota pen
det cauſa, que quamuis ita ſe habeant, vt loco, qui ī vnaquaqz cōſtitutione firmiſ
ſimus ſit: illa circumſtantia: vnde cauſa pendet: plerunque fundamentum ſit. tamen
quoniam ⁊ diuerſa inueniuntur: vt in cauſa prodigi: ſi certam dicendi rationem ha
bere volumus: vtrunque nobis diligenter eſt exquirendum: nunc ad propoſitum re
deamus. ¶ Omnes igitur cetere circumſtantie preter perſonam, ⁊ omnes loci ad
negocium, ſiue ad rem quadrupliciter reducuntur. Nam partim cum ipſo negocio
continentur: partim in geſtione negocij conſyderantur, partim ſunt adiuncta ne
gocio, partim geſtum negocium conſequuntur. Continentia ſunt, que ſemper
ad rem affixa nunquam ab ipſa poſſunt ſeparari: huiuſmodi eſt breuis complexio
totius negocij vt parentis occiſio, ſignum, ex quo coniectura conflatur, ex
quo fluunt ea, que ab initio diximus, vt veſtimentum relictum, aut gladius
fixus in corpore occiſi: qui arguat: a quo interfectus ſit. Cauſa deinde propter
quam ſuſceptum dicitur aliquid. Item quecunqz a genere a ſpē: differētia: proprio
diffinitione: toto:

diffinitione: toto: partibus: cauſis: effectibus: corruptiōibus: vſibus dicitur. Pre
terea a communiter accidentibus: quoniā rei affixa ſunt cōtinentia dicere non eru
beſcimus. In geſtione vero negocij ea verſari dicūtur: que quāuis hmōi ſunt: vt ne
gocio adhereant. poſſunt tamen etiam abſque his eſſe que ſe cum negocio continēt
cuiuſmodi ſunt locus: tempus: modus. Inter hec ⁊ ſuperiora hoc intereſt: qđ hec ⁊
ſine ſuperioribus eſſe poſſunt: illa ſine his nunquam. locus enim ⁊ tp̄s ſine ſumma
facti, ⁊ cāē huiuſmodi eſſe poſſunt. at factum ſine loco: ⁊ tempore: ac modo, nec cō
ſyderari quidem poteſt. Adiunctum negocio dicimus: quod etſi ſeparatuz omnino
ſit: nec cohereat: tamen rem que degitur reſpicere videtur: vt eſt maius, minus,
eque: magnum, ſimile: oppoſitum: proportio: tranſumptio. Conſequentia dicimus
que conſilio. ⁊ voluntate hominū negocio impoſita ſunt: aut imponenda credūtur:
vt nomē facti: quod verbi gratia: hoc furtum, illud ſacrilegiū, aut peculatus nomi
netur: qualem rem homines putent crudelem: tyrannicam: violentam honeſtaz: vti
lem: inuſitatam, aut contra, que lex ſit eius rei, que conſuetudo: quod iudiciuz que
actio, que defenſio, ⁊ cetera huiuſmodi, que factum aliquod confeſtim, aut ex inter
uallo ſolent conſequi.

¶ De confutatione.

VErum quoniā de cōfirmatione: ſatis dictum eſt: qua cum etiam commu
niter multa de confutatione, nunc de ipſa confutatiōe ſeparatim dicēdu
putamus. Omnis argumentatio reprehenditur: quū aut ex his conceſſis
complexio ſequi negatur: aut ſi contra firmā argumētationē eque firmā aut firmio
rem opponimus aut: quum aliquid ex his que dicta ſunt, nō conceditur. vt faciliuſ
intelligamus quō reprehendendum ſit per ſingulas partes argumentationis prece
pta dabunt. Propoſitio vicioſa eſt: primo qua qđ raro fit nūquam fieri: qđ pauci
faciunt, nullus facere proponimus. Item qua quod paucis in locis inuenitur nulli
bi dicimus inueniri: deinde que his contraria ſunt. i. qua quod ad plures pertinet
ad omnes: quod crebro fit: ſemper fieri quod multis in locis īuenitur: vbiqz īueniri
exponimus. Tertio vicioſa videtur propoſitio, que cū enumeratiōe cōſtet, aut pau
ciora continet: quā opus ſit: aut aliquid enumerat quod falſum eſt. Nam hanc vicio
rum preceptionem non ſolum ad rōcinationem: ac collectionem: verū etiam ad enu
merationem ceteroſqz argumentationis modos referri oportere putamus, que vt
facilius intelligantur: exemplis quoque declarentur. nemo vnquam vno aſpectu in
amorem incidit. vnquā a viatore latro. A latrone ſp̄ viator: dum in eum incidit inter
ficitur. nullo in loco e terra foditur aurū omnes qui paupertate opprimūtur: malūt
quauis via parare diuitias: quā officio paupertatem tueri. Inimici acerrimi: quos
odio hn̄t, dum poſſunt trucidare nō dubitant. quod poſſides, aut emiſti: aut heredi
tate habuiſti aut ſurripuiſti, multa. n. relicta ſūt, qđ ſi diceret ſe emiſſe, ac id repro
bare poſſemus, aut qđ nūquā emiſſet: aut qđ nō lege: nō cōſuetudine ciuitatis emiſ
ſet: iō vicioſa eēt enumeratio, qđ falſi aliquid enumeratū eſſet. Ratio vicioſa eſt
que aut falſa eſt, aut parū firma, aut ad propoſitionē nō accōmodata falſa eſt cuius
oppoſitū verū eſt. hoc mō. philoſophia vitāda eſt. affert. n. ſocordiā: atque deſidiam
parum firma eſt, que pro amplitudine propoſitionis leuiſſimam affert rationem vt
vtile eſt amicos habere, habeas eniz oportet, quibuſcū iocari poſſis, nō accōmoda
ta: que alij quoqz propōni accōmodari pōt, vt bonū eſt vxorē ducere vt habeaſ, qua
cū viuere poſſis. hoc ſorori, ac matri etiā accommodari pōt. Item vicioſa eſt ratio,
que idem dicit, quod propoſitiōe expoſitū eſt, vt magno malo hominibus auaritia
eſt. magnis. n. incōmodis imenſa pecunie cupiditas, genus humanū exagitat. Ve
rum qm̄ a circumſtātijs rōnes inueniri diximus, per ſingulas breuiter que vitia vi
tanda ſint dicamus. Ratio ergo, que a perſona capitur, vicioſa eſt, ſi ad aliū quā di

cū ſit: ptinet: ac maxime ad eū ipſum: qui dicit: vt miſeri ſunt: qui vxorē ducūt: at tu durū alterū: ſi nō officio: dicitur: vt ſi dicas oratoris eſſe: vel mēdaciorē ſuā approbare: ſi aīos auditorū offendit: vt ſi dicas iudices: vt plurimū iniquos eſſe ſolere: ſi ſe ro: ac tranſacto negocio dicitur vt ſi mihi in mentē veniſſet quirites nō cōmiſiſſez vt in hunc locū res veniſſet. Ratio que a re ducitur vicioſa eſt: cū ea re: que plura ſignificat pro certo vnius rei ſigni abutimur: hoc modo, quoniā pallet egrotauit. quum a cauſa ducimus rationem/ cauēdū ne alius rei: atqz eius: quā dicimus cā ſit. Quū autē a tpe et loco cōſiderandum eſt: vt huiuſmodi ſit quale dicitur: vt natura loci: opportunitati tpis cōueniat. ſimiliter de modo conſyderādum eſt: vt veriſimiliter modus dicatur: vt rei ac perſonis cōueniat: ne refelli poſſit: aut eā rē eo mō fieri nō ſolere: aut pſonas hmōi eſſe: vt eo mō vſas fuiſſe non facile creditur. Preterea ſciēdū eſt: omnia huiuſmodi vitia: que ī vna circūſtantia diximus fieri ſolere. In alijs quoqz poſſe inueniri nōnunquā: ac ſimiliter vitia ea: que vniuſcuiuſpiā partis eſſe diximus in ceteris quoqz argumētatiōis ptibus reperiri. nos autem ita ea digeſſimus ſicut ſepius fieri poſſe conſyderauimus. Quare non oportet in ijs partibus ſolum: quibus accidere dicta ſunt ſed etiam in alijs ipſa effugere. Cōiter vero et equaliter in omnibus poſſe fieri putamus: vitia: quū pugnantia dicimus: cum nihil laudari poſſe putamus niſi aliquid vituperetur: aut ita vnā rē laudamus: vt alterius in comparatione mentionem non faciamus. Confirmationem rationis reprehendemus: ſi ſimile eſſe negabimus: idqz confirmabimus: quod diuerſum ſit genere: natura: vi magnitudine/ ceteriſqz rebus: quibus diuerſitatē oñdi ſuperius dictum ē. ſimiliter ſi quid a maiori: et minori: equali: exemplo dicitur: reprehendi poterit: ſi quicquā nāciſci poterimus aliqua de circunſtātia. Quare hoc non ita cōmode: atqz illud fieri poſſe oñdemus: vt ſi quis pauciores xerſi obliuiſſe dicit nō plures facilius pauciores qui cū philippo ſunt: ne tranſeant: efficiemus. hoc cum a maiore dicatur: facile diluetur: ſi leonidam: aut ſparthanos fortiſſimos viros dicamus: perſas deinde molles: imbelles nō huiuſmodi quales philippi milites ſunt. A cauſa etiam ſi dicamus pro libertate illos: nos parua pro rē pugnare. A modo armatos inermes illos: nos cōtra. Quod ſi a iudicato aliquid diceret quaz rem exemplo attribuimus: a contrarijs locis quā cōfirmetur/ iudicatū cōfutabimus. confirmatur aūt iudicatum laude eorum: qui iudicarunt: auctoritate ſcientia: conſtantia quod plurimi: vel omnes eo iudicato vtuntur. Expolitio vero qm̄ per cōtentionem effertur a circunſtantijs: ſicut reprehendi poſſit: facile intelligetur/ ſi omnia que iam dicta ſunt memorie commendabimus. Preterea cauendū: ne de re ad rem diſputationem trāſferamus: niſi cauſe anguſtijs coacti conſulto id faceremus/ vt ſi cum de muſica diſputatio ſit: ad totius ſapientie rationem tranſeamus. ad hec ne artem quampiā: quoniaz artifices ea male vtantur vituperemus: cauendum eſt. In omnibus igitur argumentationis partibus aliquid nō cōmode ſicut diximus explanatum querendum eſt: ſi confutas/ quo confutato tota argumētatio reprehenditur. Aſſumptionē vero preter cetera etiam confutabis: ſi non recte accōmodata propoſitioni videtur. Quare qui ratiocinatione vtitur iam inde a propoſitione aſſumptionem proſpiciat. Nam niſi huiuſmodi erit propoſitio: vt altera pars eius aſſumptiōis alterutra ſit/ cōmode aſſumere nō poteris: quā obrem quod ad oſtendendū ptinet: tam propoſitioni: quā aſſumptioni inerit: quod probatur vtiqz diuiſum: hoc .n. pacto: tanquam communi quodam et medio: quod probat certa rōne cōplexionez inferre poſſumus/ que id continebit quod in aſſumptione nō repetitū: tamen ex parte: vtrobiqz dictum eſt. Quare quum ratio nun ꝑmiſſione longior rōcinatio eſt/ vt inferende cōplexionis vis concluſioni addatur/ propoſitio et aſſumptio ſp repetende in exitu videntur/ quāuis in diſputando etiā Cicero ſoleat poſt totam rōcinationē rationes eius collocare qđ in diſceptatione ciuili fugiendum

ne ciuili fugiendum ſp cenſemus. Nam et minus mouet et premeditationis/ atque artificij: ſuſpitionē affert neceſſe eſt. Similiter ſi diffinitio affert/ aut qđ falſa ſit. aut inutilis/ aut non ex opinione oīum vel maxime eorū/ qui ea in re ſapiētes habiti ſunt aut qđ iniqua: aut turpis ſit: refutabitur. falſa oñdetur: ſi quid ei diuerſū atqz alienū a re: que diffinitur ineſſe demonſtrabitur. Si vero ea: que in argumentatione dicta ſunt: concedenda videntur conſyderabimus an cōmode concluſionē: quā aduerſarius duxit ex conceſſis ſequi negare poterimus: quod erit ſi aut aliud ſequitur quā dictum ſit: aut ſi ambigue quoddā dictum in aliā partem accepimus: aut ſi quicquaz relictum ſit: id quod infertur nō ſequitur: hoc modo ſi in exercitum veniſſes: a tribunis militaribus viſus eſſes. non es aūt viſus: in exercitu ergo non fuiſti: ſequebatur nō igitur veniſti. ſi ambiguū aliter nos: aliter aduerſarius accepit: aperiendū nobis erit quō vocabulū accepimus: vt ex hoc intelligatur: non ex eo quod in diſceptando conceſſimus: ſed ex eo quod aduerſarius intellexit concluſionem ſecuram hoc modo qui indiget pecunia: pecuniam non habet. Res pu. pecunia indiget: Res igitur. p. pecuniā nō habet. Nā hic dicemus nos intellexiſſe eum qui indiget pecunia: illā pecuniā non habere: cuius indigeret: ex quo ſequitur egentē pecunie: nō omnino carere pecunia/ ſed ea: cuius eget. Sepe aūt oblitum putant quod propoſuerint aduerſarium. Quare vel minima particula propoſitionis relicta id concludunt: qđ vehementer terret. Si ergo memores erimus: facile concluſionem reprehendemus: hoc modo. ſi ad illū hereditas veniebat: veriſimile eſt ab illo eſſe necatum. hoc multis rōnibus confirmant. veniebat autem ad illum hereditas: quo confirmato inferūt: ab illo ergo occiſus eſt. Nā hic veriſimile: quod in propoſitione poſitum probabilez eam faciebat. in concluſione relictum grauiter vulneret aduerſarium neceſſe eſt: niſi eius memoriam teneat. Quas ob res quid propoſitum: quid aſſumptum ſit acriter intueri debemus: vt ſi quid in argumentationis exitu. aut additur: aut relinquitur: aut mutatur facile perſpiciamus. Nunc ſi pauca communis de reprehenſione dicamus: breuiter ac minutim oſtendemus quomodo oporteat ea: que difficiliora confutatu videntur improbare. ſolutionem ergo aut ab alijs locis inferri: aut ex cōſtitutionibus fieri arbitramur. ab alijs locis infertur quemadmodum abſolutione: tranſpoſitione: ac inuerſione. comprehenſio in coniecturali: et abſolutio repulſione: diffinitione ratiocinatione vbique. vt in ſecundo patuit: improbatur. quibus ex locis vt etiam in ſecundo diximus ſi res vrget: et commode fieri poteſt: ad eos ſtatus tranſiliemus: eorumqz ſtatuum eos locos occupabimus: qui illis maxime coniuncti ſunt/ que res quoniam vt perutilis ita difficilis: et obſcurior eſt: vel ſolo locorum nomine nobis ante oculos ſubiecta eſt. Per ſtatus vero ſolutio fit/ ſi totum quod ex aliquo loco proponitur: vel negamus: vel non id quod dicitur aut eiuſmodi eſſe contendimus/ vel ad preſentem queſtionem nihil pertinere affirmamus. Negamus hoc modo ſi quis proponit ex ijs locis/ quos ampliationem: comparationemque appellauimus: magnam eſſe rem geſtam/ quum tyrannus perſuaſione depoſitus ſit/ et multo maiorem/ qua ſi quis gladio: ac cede hoc feciſſet: poſſumus hoc totum ſimul aut ſecundam partem negare/ cui negationi ſcilicet rationes ſubijciemus/ quez modum ſolutionis/ idcirco hic commemorare volumus/ vt hoc maxime tūc vtamur: quum hi loci/ quibus aliquid ſolui ſoleat/ aut non inueniuntur/ aut parum confutationis afferunt/ quanquam vtilius putemus/ quū ēt ab alijs locis ſolutio inueniri poteſt: vtrunqz complecti/ ac negationis/ ſolutiones per inficiationem locis/ ſibi res patitur/ quod tamen plerunque accidit per obſiſtentiam adducere/ quod quoniam ſuperiori exemplo accidere non poteſt non enim īcidit aſſumptio: que ampliationi comparationiqz ſimul opponitur/ alio declaremus exemplo. Quidam eunuchum quaſi adulterum interfecit/ reus ſit cedis/ accuſator dicet magnam eſſe rez:

⁊ multo maiorem ea re: quam ipſe cedem e diffinitione profeſſus eſt: hoc totum vel partem vltimam: ⁊ per inficiationem negare quam rationibus communiemus: ⁊ per obſiſtentiam quam aſſumptio nobis prebet: infirmare poterimus: hoc pacto. nō eſt magna res hec: nec maior: vt putas ea: quam ego cedeꝫ profiteor: quod ſi magna etiam videretur: tamen is dignus fuit: qui trucidaretur. Quorum vtrunqꝫ rōnibus ſubiectis abſoluet: que a ſecundarijs locis: aut ab ijs conſtitutionibus: quas negatio nobis reddit: quaſi a locis: vel ab earundem conſtitutionuꝫ locis orator: qui aut paruam in dicendo conſumpſit operam: vel ſine opera conſluent. quod ⁊ in confirmatione ſolere fieri non negamus. hunc modum ſi diligenter obſeruabimus nihil erit quod non ſoluere poſſe videbimur: hac. n. via etiam ea / que manifeſtiſſima: ⁊ firmiſſima ſunt: refutare videbimur.

De quindecim modis ad confutandum.

VErum ne propter breuitatem is locus tam vtilis / tā in hac facultate dicendi neceſſarius obſcurior videatur: nō erit nobis labor īpedimento ſingulos quoqꝫ modos huiuſmodi cōfutatiōis exponere. ergo que ab aduerſarijs dicta ſunt: aut plane falſa ſunt: que breuiter contentione plerunqꝫ ſoluuntur: imo deridentur: aut quāuis vera ſint: aut veriſimilia: tamē quū habeant ex oppoſita quoqꝫ parte veri aliquid: aut veriſimilis mō quē iā docuimus confutantur / aut ita patet: ac aīos auditorū ſic occupant: vt vere ſoluere: vel dīo nequeamus: vel inutile ſit perſuaſis iudicibus aperte quicquā obijcere / qd quū acciderit quid nobis faciēdū ſit ordine: ac paucis exponere in aīo duximus. Primus igitur huiuſmodi ſolutionis locus eſſe vr: vt quū ſoluere nō poſſis: aliquid inquiras: qd ad rē ptineat: quo aduerſariū crimineris. Nā ſi veriſimiliter eiuſdē criminis aduerſariū accuſes: vel rei alicuius que ad eandem rem: qua de agitur pertineat: facit hoc equidem recriminatio: vt quāuis non ſoluas: tamen auditores conſentire vehementer cogere videaris / vt Cicero in oratione pro ligario / quum is in africa contra ceſarem fuiſſe diceretur. quoniam hoc aperte negare nō poterat (res enim ipſa exclamabat) eiuſdeꝫ criminis arguit aduerſarium. his verbis. Sed hic quero quis putet eſſe crimen fuiſſe in africa ligarium? nempe is: qui in eadem africa eſſe voluit: ⁊ prohibitum ſe a ligario queritur: ⁊ certe contra ipſum ceſarem eſt congreſſus armatus / quod confirmat a re. p cōgeriē expoſitiōis vi. hūc modū ſolutiōis eadē in orōne / vel his verbis expreſſit Cicero. Accuſas. n. eū qui cām habet: aut vt ego dico meliorē quam tu: aut vt tu vis parē: nō vero eiuſdē criminis / ſꝫ et crudelitatis accuſat aduerſarium in eadem: nō habet cā vim iſta accuſatio vt Quintus ligarius cōdēnetur: ſed vt necetur: hoc egit ciuis romanus: ante te nemo: externi iſti mores vſqꝫ ad ſanguinē incitare ſolēt odiū: aut leuiū grecorū: aut immanium barbarorū. Nā qd aliud agit: rome ne ſit: ⁊ cetera rōnis huius. Deinde infert / non tu ergo hunc patria priuare / qua caret / ſed vita vis: ⁊ cetera q̄ ſequūtur. Scd's eſt locus / quo certa de cā in aliud tps ſoluere polliceamur: vt Demoſthenes in Androcionē: hoc. n. pacto: quū videāt iudices aliud neceſſario ferme dicēdū eſſe oratori: dū ea interiecta attentius auſcultāt: remouētur vehemēter a priore aduerſariorū rōne: que tū demū cōfutatur / quū iaꝫ aut prepoſitionis rationibus debilitata fuerit: aut auditorū animi abducti facile in cōtrariā partē applicentur neque hmōi poſſe inueniri cām negauerim / in qua locus is quē ſoluere non poſſumus: adhuc abducto vt diximus ab eo: ⁊ alijs occupato animo auditoruꝫ omnino relinquendus videretur. Tertius eſt modus / quum aduerſarij propoſitionē ita cōcedimus / vt aduerſarium ſolū in eo criminē obſeruatū oſtēdamus: vt in oratione pro Aulo cluentio. quū pateret iudicibus corruptū fuiſſe iudiciū / nec id negare vllo mō poſſet: mirabilis ille orator corruptū quidē iudicium confitetur nec itidem eiuſdem criminis vtrunque / ſed ſolum oppianicum reū dicit. quid ergo inquit:

negas ne illud

negas ne illud iudicium eſſe corruptum? non ego / ſed ab hoc corruptum non eſſe cōfirmo: a quo igitur eſt corruptum? opinor primum etſi incertum fuiſſet: quiſnam exitus illius iudicij futurus eſſet. Et pro. p. Sylla longe abeſt regni ſuſpicio. Si queris qui ſunt rome regnum occupare conati / vt ne replices annalium memoriam ex domeſticis imaginibus inuenies: hunc modum. quoniam ⁊ a factis palam improbaturus erat: cum deriſione protulit. Turnus apud Virgilium in vndecimo. meque timoris: Argue tu drance: quoniam tot ſtragis aceruos Teucroruꝫ tua dextera dedit: paſſimque tropheis inſignis agros: poſſit quid uiuida virtus. Experiare licet: nec longe ſcilicet hoſtes. Querendi nobis: circūſtant vndiqꝫ muros. Imus in aduerſos: quid ceſſas: an tibi mauors Ventoſa in lingua pedibuſqꝫ fugacibus iſtis: ſemper erit. In quo illud mirandum: quod cum a factis totū hunc locum ſolueret ſua drancie: ⁊ quidem amara cum deriſione attribuit: ⁊ cum ſolum timoris vitio contineri aſſerit adaperta deinde irriſione quoniam non fugiſſe dicere non poterat: recte facta timori opponit: vt paulopoſt reperiemus. Quartus eſt modus: quum honeſte aliquid factum eſſe: aut fieri poſſe negare non poſſumus ac ideo honeſtatem quidem concedimus: vtile vero ei opponimus: vel econuerſo: vt Demoſthenes quum eſchynes diceret prauos foceuſes: ⁊ iure perditos fuiſſe non negauit: verum vtile reip. fuiſſe affirmat eos incolumes fuiſſe. Quintus modus eſt: quum id quod ſoluere non potes: non tam ad cauſam pertinere dicis / quam id qd aut dici ab aduerſarijs veriſimiliter non poteſt: aut ſi diceretur facile ſolui poteſt: vt Demoſthenes in Timocratem: ⁊ Cicero pro Sexto roſcio. nam quū diceret aduerſarius eam cām incitaſſe. Roſciū ad patrem interficiendum: quod alterum filium ſecum in vrbe / ſecum in conuiuio / ſecum in delitijs: alijſqꝫ vrbanis pater habuiſſet. Sextū a ſe procul in agris duris: ac ruſticis relegaſſet: non poterat hoc negare ipſis etiam apertum iudicibus cicero. Quare quum a cauſa argueret aduerſarius ipſe a vita: natura: moribuſqꝫ roſcij: a quibus non ita bene adiuuabantur aduerſarij eos debuiſſe argumenta ducere obijcit. Quare ab ijs que tam vera / quam veriſimilia erant: optime ad ea que refutata etiam per ſe erant animos auditorum: hoc modo conatur abducere. In hoc tanto: tam atroci tam ſingulari maleficio: quod ita raro extitit: vt ſi quando auditum ſit portenti: ac prodigij. ſimile numeretur: quibus tandē te erudite argumētis accuſatorem cenſes: vti oportere: non ne ⁊ audaciam eius / qui in crimen vocetur ſingularē oſtendere / ⁊ mores feros immanemqꝫ naturā: ⁊ vitam vitijs flagitijſque omnibus deditam: ⁊ denique omnia ad perniciem profligata: atque perdita. Quorum tu nihil in Sextum roſcium: ne obijciendi quideꝫ cauſa contuliſti? patrem occidit Sextus roſcius / qui homo adoleſcentulus corruptus eſt. Sextus modus eſt / quum id quod vehementer veriſimile videtur / cauſa quadam accomodata ſoluitur / que cauſa videlicet huiuſmodi eſſe debet: vt quamuis ficta ſit: tamen aut infamia perſone: aut rumore aliquo aut ſuſpitione: aut euentu rerum vera eſſe videatur / quare diligenter tota cauſa perſpicienda eſt: vt quod fingitur / iſqꝫ facta ſunt / queque manifeſta ſunt conuenire videatur. Septimus modus eſt / quo totū quod dicitur vt facilius confutari poſſit / in partes diuidimus: et vnumquodqꝫ per ſe debilitamus: is modus tunc maxime adhibendus eſt / quū id quod ab aduerſario dicitur: huiuſmodi eſt / vt vna pars alteram confirmare videatur. quare ſi connexione quadam. aut cōplicatione partium inſolubilis obiectio aduerſarij eſſe videatur / nos vt facilius rem noſtram agamus / vnumquodqꝫ per ſe conſyderabimus: deinde ſi cōmodum videbitur / totum etiam ſimul aggrediemur: quod ſi obiectionis partes etiam per ſe facile ſolui non poſſunt non erit ab re vnam quamque aliquo iſtorum modorum: quos expoſuimus: quoſque exponemus labefactare: vt demoſthenes / quū diceret eſchynes propter pacem cherroneſium athe-

nienſibus ſupereſſe:⁊ pacem eſſe pro bello:⁊ tricentas triremes preparatas habere
rem pu. tripartito obiectionē hāc totam diuiſit orator:ac primā quidem partem re-
criminatiōe ſecundam in cōmoditatem. Tertiam ex philippi cōmoditate labefacta
uit. hec latius expoſuit:vt intelligamus:nō recriminationē ſolum:ſed incōmodū no-
ſtrum:⁊ hoſtiū cōmodum poſſe nōnunquā inſolubiles obiectiones diruere. Octa
uus modus eſt:quū ea que cōtra nos dicuntur ab aduerſario:non tanquā obiectio-
nes nobis illatas ad ſoluendū proponimus:verū ita ſolutiones afferuntur:vt obie-
ctiones ſileantur: qd quū accidit narrationi potius quam confutationi orō ſimilis
eſſe debet. Nonus modus eſt:quū aliquid inueniemus:qd cauendū eſſe ab aduer
ſario dicimus:qua rōne ei conſulendo:ac eius rei periculum aperiendo:quā ille fir-
mā rōnem putauit:quū eius beniuolentia moueri videamur:facile poterimus effu
gere:vt demoſthenes:cuius ſimile Ciceronis illud pro. p. ſylla:ſed tamen te a me p
magnis cauſis noſtre neceſſitudinis monendum eſſe etiam atque etiam puto: non
poſſunt omnes eſſe patrici. Si verum queris:ne curant quidem:nec ſe equales tui
propter iſtam cauſam abs te ante iri putant:ac ſi tibi nos peregrini videmur. quorū
iam ⁊ nomen:⁊ honos inueterauit:⁊ huic vrbi: ⁊ hominum fame: ac ſermonibus:
quam tibi illos competitores tuos peregrinos videri neceſſe erit. qui iā ex tota ita
lia delecti:tecum de honore:⁊ de omni dignitate contendunt:quorum caue tu quē-
quā peregrinū appelles:ne peregrinorū ſuffragijs obruare. hoc i difficili ſolutu obie
ctione querēdum eſt:Cicero tamen hic in facile poſuit: neque enim qui ex munici-
pijs erant peregrini rome habebantur. Vbiqz eniz fere omnia conſequitur: ne quaſ
eternitati mandabat orationes:eis quicquam deeſſe videretur. Itaqz nōnunquam
etiam in facilibus:⁊ aperte ſoluit:⁊ monet:⁊ precatur:⁊ terret:alijſqz vtitur modis
vt ⁊ copiam ſuam oſtendat:⁊ facilius opprimat aduerſariuz:quod ⁊ in hoc ipſo: qd
propoſuimus facit. Nam quum dicit neminem vnquam hoc. M. Catoni in corun
cano:curioni Caio mario alijſqz compluribus qui municipes erant obieciſſe. Opi-
nione omnium ⁊ vſu ſoluit. monet deinde:ac terret poſtremo. primo vtitur modo:
quum ⁊ enim eum municipalem materno genere fuiſſe dicat. Decimus modus ē:
quum nō qd nobis opponitur:ſed quod ſequitur:aut precedit:ſi ad ſoluendum faci
lius eſt:aggredimur:vt demoſthenes in leptinem:quum. n. diceret leptines reuo-
candas eſſe vacationis donatiōes/quoniam multi non digni vacatione donati ſūt:
atqz hoc negare demoſthenes tā manifeſtū non poſſet:hoc modo intulit ſolutionez.
Quoniā nonnulli indigni vacatiōe donati ſunt. Idcirco cenſet leptines etiā ab ijs
qui benemeriti de re. p. ſunt eripiendas ingrate vacationes. Nā hic hoc vltimū:qd
tanquā cōſequens poſuit:cuius ſoluere facillimuz eſt. Vndecimus eſt modus quū
multitudine rerū auditor ita opprimitur: vt obliuiōe eius obiectū vis quā ſoluere
nō potes/capiatur. vt demoſthenes in eſchynem:quum enim diceret eſchynes cre
ſobletem antequā ipſe pſectus eēt:deuictū fuiſſe. Aliaꝝ obiectionuz multitudine ſo
lutionūqz copia/ita confudit auditores:vt vel e manibus ipſius eſchynis elapſus
qd optimū inter oēs rationes eſchynis erat:pterijſſet. Duodecimus modus ē: quū
obiectionem quidem nō reprehendimus:ſed aduerſarij intentionem improbamuſ.
Tertiuſdecimus modus eſt/quū nomē pro nomine ponimus:vt demoſthenes pro
theſiphonte ανΤιΤου ανηγορευσε quod lege prohibitum erat εστηγεγε dixit:vt ſi
quis nō exules/ſed vi eiectos reducere affirmaret. Quartuſdecimus modus eſt/
quū aduerſarius nos lege vrget/ac nos multa dicimus preterire/que ad eam rem
ptineāt:ſola vero intentione legiſlatoris/ quod ex lege obijcitur aut ſoluimus/aut
ſoluere videmur:vt demoſthenes p theſiphone. Quintuſdecimus modus eſt:quū
ex vtraqz pte ſimilis quedā ad cām afferri videtur rō quod quū accidit cōparatiōe
opus eſt qua rōnē aduerſariorū reprimamus:noſtrā extollamus:vt ſi ex vtraqz par
te teſtes afferentur:

te teſtes afferentur:ex vita ⁊ auctoritate/ac conſtantia teſtes noſtros efferemus ex
contrarijs locis aduerſarij teſtes cōtemnendos oſtendemus. huic ſimile eſt illud de-
moſthenicū in cononē cū. n. vterqz iureiurando cauſam ſuā affirmaret. Impium il-
lum:⁊ nefarium hoīem reijciendum dicit:ſe piū/ac religioſum accipiendū. pter hec
⁊ riſum mouere in difficili obiectione profuit/⁊ factis falſum oñdere qd palā nega-
re nō poſſumus:⁊ difficiliora difficilibus opponere artis eſt. Vt Virg. in decimo:e-
neas ignarus abeſt:ignarus ⁊ abſit. ⁊ i ſi. pulſus ego:aut quiſquā merito fediſſime
pulſum arguet:haec tumidū qui creſcere tybrim ſanguine:⁊ euādri totā cū ſtirpe vi
deōt procubuiſſe domū:atqz exutos archadas armis:haud ita me experti bitias ⁊ pā
darꝰ igēs:⁊ quos mille viros victor ſub tartara miſi icluſuſ muris ⁊c. Itē i bucolico:
dic quibus in terris:⁊ eris mihi magnus apollo:tris pateat celi/ſpaciū non ampli-
us vlnas:dic qbus i terris iſcripti noīa regū. Naſcātur flores:⁊ phillida ſolus habe
to. ¶ Declamatio inter thebanos ⁊ theſſalos.

His recte habitis:a ⁊ exercitatiōe firmatis:illud maxime oratoris eſt:vt ar
gumēta oia:⁊ rōnes ex eiſdē locis ſic ad cām accōmodet:quo ceteris cau-
ſis cōuenire nullo modo poſſint. hec. n. res ⁊ artē occultat maxime: ⁊ audi-
toris animū:vt credat cōpellit. quippe qui nō extrinſecus ad cām attrahi videat ar
gumēta:ſed ex ipſius cauſe natura profluere. Nā que foris adduci videntur: nec p-
ſuadent:nec gratiā vllam habēt:⁊ quū ſe artificio quodā ficta oñdant:cauillationes
potius quā rōnes appellarim:que res vt vel digito tāgatur:nō grauabimur breui-
ter vnā cāz exponere. captis thebis tabule:qbꝰ theſſalos cētū talēta thebāi dbere cō
tinebatur ad alexādrū delate ſunt. is debitū id theſſalis donare dixit: tabulaſqz la-
cerauit. poſt aliquot annos Caſſander qui macedonie poſt Alexandrum regnauit:
quū thebanos reſtituiſſet diē ſuū obijt. Paccata grecia thebāi apud Amphiteonas
cōe totius grecie iudicium a theſſalis. C. t. petunt. hic qm donaſſe Alexādrū ita cō-
ſtare volumus:quēadmodū Caſſandrū reſtituiſſe:duo nobis eſſe vidētur: vnde ma
xime cauſa dependeat. Si Alexander iure donare potuit:aut ſi qui reſtituit:eo iure
reſtituere ⁊ voluit:⁊ potuit:vt que facta ſunt pro infectis habeātur. Quare a rebuſ
primū:deinde a perſonis hanc cām pendere dicendū. hac ex re illud ēt pateat: quod
qui vnde cā pendeat intelligit:is ⁊ diuiſionem:⁊ ſtatum tum principalem: tum ac-
ceſſorios:⁊ incidentes melius percipit. Verum in hanc cauſam que iuridicialis ab
ſoluta eſt:pauca ex alijs ſtatus locis ex partibus viris:⁊ diffinitione omnia fere in-
ueniuntur/quod vt plurimū accidit:quū cauſa priuata ſit:neqz. n. differt ſi duo ne i
ter ſe populi:aut duo quis homines in petitione contendant. Dicent ergo thebani/
quom donare ſit:quod iure ſuum alicuius eſt ſponte ad alium deferre:donare Ale-
xandrum quod ſuum non fuit non potuiſſe:non fuiſſe ſuum / quod armis ablatum/
non niſi armis retineri poſſit:ſuum vnuſquiſque iure non armis poſſideat / nec eſſe
arma/vbi iudex/nec iudicem vbi arma/iudicio vim oppoſitam eſſe. quare quod il-
le vi ſuum fecerat/iudicio iure ſuum fuiſſe comprobari non poteſt. Quamobrem
quod quum arma valebant vi donatum fuerat/id iudicio reſtitui debet: vt quēad-
modum que iudicio decernuntur plerunqz armis inique reſcinduntur / ſic vi facta
non iniuria iudicijs repudientur. Item donat quis quod habuit/ius noſtrum Ale-
xander nunquā habuit/nā niſi qd manu teneri poteſt:vi nō habetur: ius incorpora
le eſſe/quare donatione in alium aut teſtamento in heredem tranſire poſſe: vi eripi
nō poſſe/aliam victoris/aliā heredis eſſe conditionem/quoniam ad hunc ius cum
re/ad illum res tantum tranſeat. Ad hec ſi maxime ſubiectorum ius in victorē tran
ſire poſſit/non omnes ſubiectos alexādro thebanos fuiſſe:plurimos profugiſſe: qui
quum liberi ſemper vixerint/ac nunc in patriā reducti ſint illis pecunias poſt euer
ſionem vrbis non alexandro ſubiectis theſſalos debuiſſe/quod rei. publi. debetur:

oibus debetur incolumī ciuitate vrbe capta ijs deberi: qui nō ſeruiunt ſeruos nul
lum ius ciuitatis retinere. Preterea ſi etiam potuiſſet Alexander iure donare qđ
non potuit thebanis a caſſandro reſtitutis ius omne reſtitutum: ac vt quos ille euer
tit iſte reſtituit: ita quod ille vi ereptum donauit iſte in integrum reduxit vterq3 ma
cedonum rex fuit: ſi quoniam vnus in ſeruitutem liberos detraxit: donatio valuit:
valeat nunc noſtri iuris recuperatio: quum in libertatem per alterum pie reducti ſu
mus: ſi quoniam ſubiecit ille inique nos/ atq3 impie: quod donatum fuit: pro tēpore
valuit. Nunc reſtitutio ſancte facta valeat in integrum: ſi alienum ius ereptu3 a ma
cedonum rege donari potuit: cur non poteſt ab eorundem rege noſtrum nobis dona
ri: fingite nunc theſſali/ non vos nobis/ ſed nos vobis debuiſſe: ſi petentibus pecu-
niam reſponderemus rem. pu. diruptam fuiſſe: nunc reſtitutam nihil debere: quis
nos iure dicere aſſereret: non enim ſumus alij reſtituti atque fuimus: quu3 eſſemus
incolumes. Quod ergo repetere iure ſi nobis creditum eſſet: poſſetis id quum de-
beatis non redditis: fingite nunc Alexandrū habitis tabulis exegiſſe a theſſalis. C.
hec talenta voluiſſe ad vos iudices veniſſe/ dediſſetis: non opinor/ cur ita: quoniam
quod non dedit repetere iniuſtum putaretis/ quoniam victor armis que inuenit te
net/ que in ciuitate: quam vicit non inuenit/ nec requirit quidem/ quod ergo exige-
re iure non potuiſſet id qui donare potuit: ſed victor fuit: armis nos oppreſſit: ergo
quouſq3 arma valebant vi: noſtrum habuit: nunc armis depoſitis: et vi eiecta noſtra
nobis reſtituta ſunt. At quoniam relata gratia homines inter ſe contineat: maxime
conſyderare debetis theſſali quam nobis promeritis gratiam referatis: quum nul-
lam habeatis. Nam profecto neq3 nos ſi donabatur: quod nobis eripi videbatis/ ſi
quid vel pietatis: vel gratie in vobis erat acceptare debebatis: neque id ego paruū
putauerim: quod eam ciuitatem: que pecunijs ſuis vos ſubleuauerit: non modo nō
alleuiaſtis oppreſſam: ſed iam etiam reſtitutam quantu3 in vobis eſt extinguere ſtu
deatis/ hic et qua mente Alexāder: donauit et caſſander reſtituit queri poſſet. ad hec
ſi poſſent in eos nihil: quod ipſi Alexandrum contra thebanos iniuria concitaſſent:
atq3 totam greciam conturbaſſent: non paruam in eos accumularent inuidia3. Cui
indignationi commiſeratio coniungi poſſet: quod ſatis ſit per eos antiquiſſimam v2
bem diruptam fuiſſe: et erit amplior deſcriptio captiuitatis: nunc reſtitutis ſi pecu-
nijs ſuis per theſſalos priuabuntur. Altera erit captiuitas. Theſſali contra donare
vnumqueq3 poſſe ſuum creditum: ad Alexandrum perueniſſe quoniam victor: ne-
que quicquam poſſe magis ſuum alicuius eſſe: quam quod armis adeptus ſit/ ne-
que magis rem quam ius ad victorem tranſire/ quippe quam nihil ab eo iure repe-
ti poſſit/ quod ſi non eſſet/ que perturbationes omnium eſſent cōſyderare. Nullus
eſt/ qui quod poſſideat/ id natura habeat/ ſed aut vacuas prouintias occuparūt ho
mines/ aut alijs expulſis eas tenuerunt: primum fieri poſſe credimus: alterū quot-
tidie videmus/ quod ſi victoris iure non ſunt/ que armis habuit/ iā inuenietis qui
thebas iure a vobis repetent. Quare nunquā armis habitum iudicio repetitum ē/
nam que armis ablata ſunt: iure reſtitui niſi armis non poſſunt/ quod omnes pter
thebanos intelligunt. Nullus. n. preter eos depoſitis armis a victore/ quod bello a
miſerat in iudicio petit. Reſtituit caſſander/ quod reſtituere poterat poſteriores re-
ges priorum facta reſcindere non ſolent/ neq3 ſi vellent iure poſſent. Quare quod
nobis ab Alexandro donatum erat: alijs dare caſſander nō poterat/ ſed dedit quod
habuit. tabulas has multo ante in manibus noſtris fuiſſe/ quam regnare caſſander
cepiſſet. quis ignorat: At quoniam non eſſe iudicem vbi arma dicis/ miror cur a iu
dicibus petis quod armis ablatum fateare/ et quum reſcindi iudicia vi armoru3 cō
cedas/ cur vis armis facta iudicio repudiari: Nam idem eodem plus/ et minus poſ
ſe qui poterit: arma iudicijs plus poſſunt/ tu quod armis factum eſt iudicio corrige
re vis: At

re vis: At manu ius haberi non poteſt/ ſed habite ſunt tabule/ et magis in victorem
quam in heredem: tam ius quā rē tranſire non intelligis: heres in pace ſolū: qđ ſibi
relictū eſt: poſſidet: armis plerunque amittit victor: quod gladio conſecutus eſt: fa-
cta pace iure non reddet. Preterea ſi que manu habuerunt victores/ iure tenent
quod concedere videris: et ius earum rerum ad eos tranſire concedas neceſſe eſt.
Et enim qui poteſt res iure ad aliquem tranſire: ſi vis non tranſit: niſi rem quoq3 in
iuria teneri a victore contendis: ſed iure non repetitur. ſi nō omnes ſibi ſubiecit the
banos Alexander: at ciuitatem ſubiecit: et profugi illius ciuitatis e qua profugerūt:
ciues non ſunt: quod vt clare videas finge profugos ante reſtitutionē pecuniā repe
tiiſſe nullus iure illis redderet: neque enim armis expulſi eius vnquā ciuitatis e qua
pulſi ſunt iura niſi armis repetere poſſent. Quare non illis: ſed rei. publi. thebanorū
debeamus: ea eruta erat. fingite nunc nihil nobis Alexandrum donaſſe: iure tamen
non redderemus. Nam ſi reſtituta ciuitas omnia de nouo reparat: leges/ iudicia:
menia: que diuturniora: quā creditum ſunt: cur quod prime ciuitati debebatur: hu
ic quoq3 deberi arbitramini: Inuehentur quod ius gentium ſoli thebani contēdāt:
et petent ne in eis primum ius commune deſeratur. ¶ Redit ad precipiendum.

Hinc iam clare videri arbitror: quonāmodo a locis ad cauſam accommoda
tis ita ducantur argumenta: vt alij cauſe conuenire nō poſſint: et quod pri-
cipales: hoc eſt conſtitutionū loci ſecundarios amplectantur: illiſq3 cōfir-
mantur quamuis nonnunquā econuerſo fieri poſſe non negauerim. Preterea in prin
cipalibus locis integras argumentationes fundari a ſecundarijs rationes confir-
mationes: expolitioneſque inueniri: quamuis et a principalibus hoc fieri ſoleat: Ne
que. n. oratoria precepta hmōi ſunt vt aliter ſe habere non poſſint ſed dicuntur qui-
dem que ſepius fiunt: orator vero iudicio ſuo prout cauſa poſtulat omnia commuta
bit. Nam hoc artis maxime eſt qđ ars precepit ad commoditatem cauſe ex arte im-
mutare. Verum vt quod dicebamus auctoritate quoque Cicerōis firmetur: a Mi
loniana exemplum argumentationis proponamus: in quo. a partibus iuris qui lo-
cus in iudiciali principalis eſt: tota argumentatio abſoluitur. Negant intueri luce3
fas eſſe ei qui a ſe hominem occiſum fateatur. In qua tandem vrbe homines ſtultiſ
ſimi diſputant: nempe in ea que primum iudicium de capite vidit Marci oratij
fortiſſimi viri qui non dum libera ciuitate tamen. po. ro. comitijs liberatus eſt cum
ſua manu ſororem interfectam eſſe fateretur: hic iam obiectionem propoſita3 vides
et ſolutionem allatam. a iudicato conſuetudo deinde additur et auctoritas quā ad iu
dicatū reducimus. An eſt quiſquam qui hoc ignoret/ quum de homine occiſo que
ratur: aut negari ſolere omnino eſſe factum aut recte ac iure factum eſſe defendi: ni
ſi vero exiſtimatis dementem. P. africanum fuiſſe qui quum. a Carbone tribuno
plebis in contione ſedicioſe interrogaretur quid de. T. gracchi morte ſentiret.
Reſpondit iure ceſum videri: neque enim poſſet aut hala ille ſeruilius: aut. p. naſi
ca: aut. L. opimius: aut Marius: aut me conſule ſenatus non nefarius haberi: ſi ſce-
leratos ciues interfici nefas eſſet. Itaque hoc iudices non ſine cauſa fictis fabulis
homines doctiſſimi memorie tradiderunt eum qui patris vlciſcendi cauſa: mat-
rem necauiſſet variatis hominum ſententijs: non ſolum humana: ſed etiam ſapien-
tiſſime dee ſententia liberatum: hoc vltimum a iudicato: prius ab exemplo: quod
tamen ad iudicatum reducimus excogitatum eſt: et per oppoſitionem dictum: cui
tamen quoniam facile intelligitur oppoſitum deeſt/ nam quum conſequens nega-
tur/ priorem oppoſitionis partem dicere: cetera auditoribus relinquere: et a conſe-
quente in antecedens orationem torquere vehemētius eſt/ et ſimplex videtur cōclu
ſio. A lege deinde rationem adducet. Quod ſi duodecim tabule nocturnum furem
quoquo modo diurnum: aut ſi ſe telo defenderit interfici impune voluerunt: quis

eſt qui quoquomodo quis interfectus ſit puniendum putet: quum videat aliquan-
do gladium nobis ad occidendum hominem ab ipſis porrigi legibus? Atqui ſi tem
pus eſt vllum iure hominis necandi: que multa ſunt: certe illud eſt nō modo iuſtuꝫ:
verum etiam neceſſarium: quum vis vi illata defenditur. pudicitiam quū eriperet
militi tribunus militaris in exercitu. C. marij: propinquus eius imperatoris inter
fectus ab eo eſt: cui viꝫ afferebat. Facere. n. probus adoleſcēs periculoſe: quā ꝑpeti
turpiter maluit: atqꝫ hunc ille ſummus vir ſcelere ſolutum periculo liberauit. Aſſū-
ptio rē ipſam: qua de agitur aſſūmit: quare mihi quod preceſſerat ad ſuperiora poti-
us: quā ad aſſumptionē ꝑtinere videtur: qđ ſi quis aſſūptionē: Nā vis illata a milōe
depulſa eſt: illud diceret: atqꝫ ſi tpś ēlatius ipſa res aſſumpta eſt: id vero: quod mo
do ſequitur ipſam rem aſſumit: ⁊ ex viui adiuncto: natura: equo ⁊ bono: ⁊ lege com-
probatur. Inſidiatori vero ⁊ latroni: que poteſt afferri iniuſta nex? quid comitatus
noſtri: quid gladij volunt: quos habere certe non liceret: ſi vti illis nullo pacto lice-
ret. Eſt igitur hec iudices non ſcripta: ſed nata lex: quā non didicimus accepimus:
verum arripuimus hauſimus: ⁊ expreſſimus: ad quam non docti ſed facti: non inſti
tuti ſed imbuti ſumus: vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias: ſi in vim: in bella: aut la-
tronum: aut inimicorum incidiſſet: honeſta omnis ratio eſſet expediende ſalutis.
Silent enim leges inter arma: nec ſe expectari iubent: quum ei qui expectare velit
ante iniuſta pena luenda ſit/quam iuſta repetenda: ⁊ perſapienter: ⁊ quodammo-
do tacite dat ipſa lex poteſtatem defendendi: que non modo hominem occidi/ſed eſ
ſe cum telo hominis occidendi cauſa vetat: vt quum cauſa non telum quereretur/
qui ſui defendendi cauſa telo vſus eſſet: nō hominis occidendi cauſa habuiſſe teluꝫ
iudicaretur. Qua propter hoc māeat in cauſa iudices. Non eni dubito qui probatu
rus ſim vobis defenſionem meam: ſi id memineritis quod obliuiſci nō poteritis/in
ſidiatorem iure interfici poſſe. Hac ex concluſione/illa quam diximus aſſumptio cō
firmatur. Uerum ex hoc ratiocinationis ordine illud etiam mihi in mentem venit
ex omnibus locis alicuius ſtatus vnicam argumentationeꝫ componi poſſe/ Sꝫ hec
ſufficiant. Nam de dicendi generibus atqꝫ modis dicere: vt aſpere ſoluat confiſus
probet a ſplendore deinde ad acrimoniam deſcendat. Aſperitatis ſchema: immiſce
at/ſplendorē recipiat/acriter aſſumat: velociter nature vis oculis ſubijciat/eiqꝫ im
moretur: cetera qꝫ huiuſmodi: ⁊ ſi non extra rem: ſtultum. tamen eſſet prius quā dicē
di forme percipiantur. Cur he potius quam ille/cur que ita permixte ſchematis
membris methodo: alijſqꝫ huiuſmodi/quibus confuſe ſimplices/vnaꝫ reddūt rōne
certa explicare velle. Quare de confirmatione ⁊ cōfutatione ſatis dictum ſit.

¶ De peroratione

NUnc ſi de peroratione dixerimus huic volumini modum imponemus.
Peroratio eſt artificioſus terminus orationis/perorationis quam nos e
pilogum dicimus/tres partes ſunt: Enumeratio: Indignatio: Conque-
ſtio. Enumeratio eſt per quam res diffuſius dicte cōminiſcendi cauſa vnum in locū
coguntur: hanc non ab exordio neqꝫ a narratione. ſed a diuiſione incidere neceſſe eſt
deinde non omnia que dicta ſunt/ſed breuiter ac paucis verbis vim vniuſcuiuſ-
que argumentationis ſub aſpectum ſubijciemus/qua in re maxima varietas adhi-
benda eſt: nec ſi ſemper eodem modo enumeremus: aut artificio facere videamus
aut in faſtidium/ac ſacietatem orationis incurramus. Uariabitur ergo enumera-
tio dupliciter/aut Ordine/aut Tractatione. ⁊ ordine rurſus bipartito/aut quum
tam confirmatio: quā confutatio ſimul repetuntur: aut quuꝫ ſeorſum: ac ſeparatiꝫ a
confirmatione repetitur confutatio. Nam confutationis quoqꝫ firmiſſimas ac pro
batiſſimas partes in enumeratiōe aſſumi poſſe manifeſtum eſt/ac cōiunctiꝫ quidē
repetere multo artificioſiuſ:/atqꝫ vehemētius. dū cōmode fiat putamuſ. nā quū q̄d
dixeris oſtendas

dixeris oſtendas/atque quod contra illud afferebatur ab aduerſarijs quēadmoduꝫ
diluiſti demonſtres/mirabili hoc artificio/vt ibi credat auditor: nimirū compellitur
quod ſi ſeorſum ac diſiunctim confutationis enumerationem. a confirmationis po
nendam arbitramur. Nam etiam accidere poteſt/vt hoc potius faciendum ſit/quā
illud: id quoqꝫ dupliciter fieri poteſt etenim aut/a confutatiōe prius aut a cōfirma
tione incipere/deinde alterutra abſoluta ad alteraꝫ tranſgredi neceſſe eſt. Cōmuni
ter autem ſiue coniunctim ſiue diſiunctim enumeras tribus modis commutatione
ordinis varius erit quum partes diuiſionis expones/⁊ quibus rebus vnāquāqꝫ cō
firmaſti breui oſtendis/quum ꝑtitionem quidē pretermitis confirmationis autem
firmiores rationes perſequere: quum non a diuiſione aut confirmationis principio:
verum ab ea/quam nuperrime diximus argumētatiōe q̄cunqꝫ firmiora viderētur:
repetimus vſqꝫ ad diuiſionem/quam ſi hoc ordine dicimus ꝑtermittendaꝫ cenſeo/
ac de ordine: quidem ⁊ diſpoſitione perorationis hec in preſentiarum ſufficiant.
Actione autem variabis: ſi aut perſone: aut rei orationem attribuis. perſone: aut
noſtre: aut aliene: qua grauitatis ac ponderis plurimum apud auditores habere vi
deatur: quam actionem ita proferre poſſumus: vt omni ordinis modo cauſam exor-
nemus: ac nunc a diuiſione: nūc ab initio confirmationis. ſiue confutationis. nunc
a fine incipiemus: hoc modo. Quum hec ita ſint: quid putatis nunc iudices ſcri-
ptorem legis: ſi adeſſe dicturum: non ne his apud vos vteretur verbis? quid dubita
tis iudices legibus hunc e ciuitate depellere? quū hoc ⁊ hoc vobis demonſtratū ſit:
illud planum factum. Rei autem actio attribuitur: ſi vrbi: aut legi: aut alicui rei orō
accōmodatur: quo in genere omnibus ordinis modis varietatem poſſe acquiri per
ſpicuum eſt. hoc modo. qđ ſi leges loqui poſſent: nō ne apud vos ſic quererētur? quid
nam amplius iudices deſideratis/quum nobis hoc ⁊ hoc planum factum ſit. In oī
autem enumeratione non totas argumentationes: ſed id qđ in vna quaque grauiſ-
ſimum videtur/colligendum eſt/ita breuiter ⁊ clare/vt nō omnino ſed memoria re
nouetur. Indignatio eſt oratio: per quam grauis in rem offenſio. aut magnum in ho
minem odium inſtigationis auditorum cauſa concitatur. huius indignatiōis: quaꝫ
etiam amplificationem appellare licet/duplices ſunt loci/proprij ſcilicet atqꝫ cōes
proprij ſunt: quibus rem diligenter expoſitione omnium que conſequi eam poſſe vi
dentur: amplificamus. Quare circumſtantie omnes hic ita cōſiderande ſunt: vt nō
quemadmodum in alijs orationis partibus ad aliquid comprobandū adducantur.
Uerum quecunque ea in re ſint perſona: aut loco: aut tempore: aut cauſa: aut modo
facta ſint/aut poſſe fieri veriſimiliter credantur: ampla ⁊ crimnoſa efferantur ora-
tione. Licebit igitur ad quamlibet circumſtantiam modum diligēter accōmodare:
quod faciemus: ſi ſingula: que vnicuique circumſtantie inſunt: aut vere acciderūt: vel
accidere poſſe creduntur: ſingulatim exponemus. Etenim peroratio: que per indi-
gnationem/aut conqueſtionem tractatur/poeticum fere dicendi modum Inſequi
tur: vt enim poete modo magis materiam quam alijs circumſtantijs ampliant/ita
in his orator modum cunctis circumſtantijs inſerens vehementer/⁊ orationem am
plificat/⁊ auditores mouet. Quod autem poete hoc dicēdi genere vtantur ſingula
modo ſuo amplificando eximius ille poeta Uirgilius vbique oſtendit. Arma virū
que cano troie qui primus ab oris: Italiā fato profugus lauiaqꝫ venit: Littora mul
tum ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto Ui ſuperū. Nam hic ſtatim a principio quemadmo
dum in ſingulis inſiſtat manifeſtum eſt/quum ⁊ profugum ⁊ iactatum terra/ac ma
ri dicat/ Multa quoque ⁊ bello paſſum/modo ſingula amplificat/cauſas quoque
modis addit: quum fato ⁊ vi ſuperum ⁊ memorem iunonis ob iram: ita contigiſſe
confirmet. Itē vnāque licios fidumque vehebat orontē. Ipſius ante oculos ingēs
a vertice pōtus. In puppi ferit: excutitur: pronuſqꝫ magiſter Uoluitur in caput: aſt illā

ter fluctus ibidem Torquet agens circum ⁊ rapidus vorat equore vortex. Verum poete vbiqꝫ fere: vt dictum eſt: hac que ſingulorū expoſitione diligenti fit amplificatione vtuntur: oratores indignatione ac conqueſtione ſemper quam fieri poteſt ampliſſime: partius in alijs: quam quidem ſingulorum: que conſequta ſunt: vel que conſequi poſſe videntur expoſitionem per tria tempora partimur preteritum inſtans: ⁊ futurum. Quare ſi res tantam nobis copiam prebere poteſt: vt a tribus temporibus poſſit amplificari: poterimus ordinem a preterito tempore incipere: ac in futurum terminare orationem qua in re diligenter curandum eſt: ſi idem aut eodem modo dicendum aliquid ſepius contingit vt varietate orationis ⁊ verborum quam multiplice poteſtate ſacietatem fugiamus: quod ſi res adeo tenuis eſſe videtur: vt ſufficientem amplificationi copiam nō afferat: dabimus operam vt oratiōis confirmatio: in qua plerunqꝫ ſparſe ſūt amplificatiōes ſine amplificatoribus efferatur. Ea vero que confirmationem amplificare poſſent: omnia perorationi ſeruabimus: confirmationis amplificationem: ⁊ perorationi inſerentes. Nā hoc intereſt inter illam amplificationem: ⁊ hanc: quod illa non ſingulorum modo: verum ipſa rerum minuta inciſione firmatur. Hec vt dictum eſt modo rerum maxime gaudet. Quare ſi tenuis eſt res: cōprehenſionē hoc eſt locum ab initio ad finē totum ſimul proponemus: ⁊ ad totum fictoria quedam: vt docuimus afferemus. Eas vero diuiſiones: quas in his que ab initio ad finē ſunt fieri docuimus: cōcluſiōi inſeremus: quas nō ita: vt in cōfirmatione dicemus. Genere. n. dicēdi multū a confirmatione differt peroratio. Nam ibi quum longiora ſint orationis mēbra: circuitu etiā plurima efferuntur. perorationis vero mēbra: ⁊ breuiora ſunt: ⁊ ab omni circuitu aliena. Quare hmōi amplificatio: que in re tenui fit ab ea confirmatione: quam ꝑ diuiſionem in ſingula ī comprehēſione fieri docuimus genere dicendi ſolū differre videtur quod ſi res vehementer tenuis eſt: ac eas inciſiones rerum: que in comprehenſione fiunt perorationi conſeruare nō ſufficit. Licebit ſimiliter exēplis ſimilitudine fictorijs: ⁊ huiuſmodi vnum quodqꝫ inciſionis membrum amplificare: ac rurſus in rem commodiſſime redire: qua ex re adeo magna fluet dicēdi copia: vt hic vere videri poterit: oratorem facile rem paruā ſua poſſe oratione: vel in immenſū extollere: qd vt clarius pateat exemplo quoque aperiatur. Trecētos thebanoꝝ captiuos ab Alexandro emerunt lacedemonij: eoſqꝫ ſuper tropheū: quod parta ab illis victoria thebani inſtituerunt omnes vna iugulauerunt: accuſatur in communi grece conſilio iniuriarum. Hic in confirmatione quidē trecentos iugulatos dicemus crudeliter tanquam beluas. Et quorum calamitati ſuccurrere debuiſtis hos vno eodemqꝫ die trucidari nō erubuiſtis. quos ſubleuare debebatis: hos deprimere magis auſi eſtis: quos vt captiuos emebatis: hos vt latrones ſecuri percuſſiſtis. Hec inciſio eſt ex trecentorū perſona: nā quū in omni circunſtantia fieri poſſit in re ⁊ perſona: ad quas ēt cetere reducuntur maxime fieri ſolet: ab inciſiōe etiam rei: ſi diceres: ſi non interfeciſſetis: ſed verberatos ſolum dimiſiſſetis: adhuc iniuriarum crimine vos non abſoluerē. Hec ⁊ huiuſmodi amplificationes: exempla: preterea ſimilitudines contraria confirmationi inſeremus. In hac cauſa: qm̄ res propoſita minime tenuis eſſe videtur: que in re tenui peroratione accōmodari ſolēt (Nam hic modum rerum / vt diximus: cōcluſiōi afferre ſatis ac ſatis erit) iterfeciſtis dicemus trecētos viros: nō eſtis moti lachrymis eorū: nō audiſtis querelas: non intellexiſtis complorationem. A factis etiā eorū ac maxime quū illos alterutros amplecti oſculariqꝫ videritis: tū oēm iniquitatē in eos effudiſtis: A dictis ēt nō mouerūt vos ſupplicationes eorū: nō verba illa miſerabilia: que vel lapides ipſos mouiſſent. Hic ⁊ ſermocinationem ſubire poterimus. Nullo enim orationis loco ſermocinatio aptior eſt: quam indignationi: aut conqueſtioni: quum a proprijs locis peroramus. Hic: vt diximus exēplo-

rum commemoratio,

rum commemoratio, ⁊ ſimilitudinum / ⁊ aliorum: que vel ad confirmationē orationis accōmodari diximus / fieri optime poteſt. Que quoniam idem videri poſſint / in quo differant dicendum eſt. Ea ergo que ad confirmandas rationes afferuntur: huiuſmodi ſunt / vt ⁊ rationis vim ⁊ amplificationis ſimul contineant: que iiſdem de locis ad perorationem trahuntur / ſolam amplificationis naturam retinent / vt ſi in propoſito themate exemplo: confirmares ac diceres tanto crudeliores videri debere Lacedemonios: qd eorum olim trecēti pro libertate grecie apud thermopilas Xerxi ſe regi perſarum oppoſuerunt / qui quantum in illis fuit hoſtes interemerunt greciam liberauerunt. At his non ſatis viſa ab Alexādro deuaſtata grecia / niſi quorum ille hoſtis miſerebatur / eos iſti atrociter necarent: cuius orationis vt apertius dicatur hec vis eſt / vt quāta gloria trecentis eorum pro libertate gretie trucidatis affecti ſint / tanto quoniam ad calamitatem grecie trecentos crudeliter necarunt / merore conficiantur. In peroratione ab eodem ſic. trecentos trucidaſtis / deleuiſtis totam lacedemonie gloriam amiſiſtis laudem illam mirificam / qua ex morte trecentorum / qui quum leonida pro libertate grecie mortui ſunt: ad aſtra lacedemones efferebantur / inquinaſtis eorum virorum laudatiſſimum numerum / aut ſic non mouit vos ille trecentorum numerus: ⁊ cetera ſimiliter. Verum ea de indignatione: que proprijs locis fit ſatis dictum eſt: nunc ad communes tranſeamus. Cōmunes loci ſunt qui omnibus communiter ſimilium cauſarum rebus accommodari poſſūt vt contra parricidam: furem: tyrannum: latronem: aut pro innocente: vel forti viro: ⁊ huiuſmodi.

## ¶ De indignatione.

Communes loci indignationis ſunt: quibus oīa que rē conſequi poſſunt exponimus acriter ⁊ criminoſe. Hi nouem maxime ſunt. Auctoritas: Pertinentia: Euentus / Seueritas: Ampliatio: Comparatio: Collectio: Inconuenientia: Conuerſio. Ab auctoritate ſumitur communis locus: quum commemoramus quāte cure ijs fuerit ea res quorū auctoritas grauiſſima eſſe debeat hec partim dijs: partiꝫ hominibus attribuitur Dijs quum ex oraculis ſortibus: oſtentis: prodigijs: reſponſis: vatibus: ac ſimilibus rebus: quanti eā rē facere oporteat oſtēdimus. hominibus quum aut ex noſtrorum maiorum ſententia / ſcriptorumqꝫ legis actione rē magnā videri oportere putamus: aut regū aliarūqꝫ ciuitatū ⁊ gentiū vſu ⁊ opinione atrocē eſſe facinus cōprobamus. Itē quū aperimus qualis ſit ſapientum hominum ea de re ſententia: ⁊ eorum maxime: qui illis rebus operā diligentiſſime: aut dederunt: aut dant: quarum reruꝫ ſciētia rei: qua de agitur noticiam optime cōprehendit. Pertinētia eſt: per quā amplificando per indignationem ad quos illa res ꝑtineat: acriter oſtēdimus / aut ad omnes: aut ad plures / qd atrociſſimuꝫ eſt: aut ad ſuꝑiores quales ij ſunt quoruꝫ auctoritate indignatio ſumitur quod indigniſſimum eſt ad pares aīo / fortuna / corpore / qd iniquiſſimuꝫ eſt / aut ad inferiores / qd ſuperbiſſimum eſt. Euentus eſt: quo oſtēdimus quid cōſecuturuꝫ ſit: ſi euꝫ īpunituꝫ relinquamus / in quo neceſſe eſt / vt aperiamus multos emulos huius audacie futuros / ſi ſibi cōceſſuꝫ itellexerint / qd cōfirmabimus / ſi demōſtrabimus multoſ alacres / quid d eo ſtatuāt expectare: vt ex eo itelligere poſſit / quid ſibi quoqꝫ de re tali liceat / quibus de rebus quid mali euēturum ſit / ſi huic cōceſſum fuerit / añ oculos ponemus. Cetera ex his īferemus hāc huius rei naturā videri / vt niſi quāprimuꝫ corrigatur / nō ſicut cetere res intellecta veritate cōmutari / ac corrigi poſſit / ſed ſp in peius ruat / quum neqꝫ conſilio: neqꝫ poteſtate aliqua reuocare poſſit / aut difficillime poſſit. Quare cauēdū eē / ſi nos ⁊ rē. p. ſaluos eſſe volumus / ne huius rei licentia auctoritate iudicij ſanciatur. Seue-

ritas eſt: qua oſtendimus nullam voluntario facinori veniam dari conuenire: ĩpru=
dentie nonnunquam concedi oportere. Ampliatio eſt: per quam indignamur: taꝫ te
trum/nefarium/crudele/tyrannicum facinus eſſe factum/per vim/manum/opu=
lentam/que res a legibus/⁊ ab equali iure remotiſſima ſit/ quod confirmabimus/
ſi demonſtrabimus non vulgare/neqꝫ factitatum/nec ab audaciſſimis quidem ho
minibus id quo de agitur/ſed a barbaris ac feris gentibus/immanibus quoque be
ſtijs eſſe remotum: ſi cum iniuria contumelia coniuncta demonſtrabitur/que res in
ſuperbiam/arrogantiam odium incitat. Hec erunt/que in parentes / liberos coniu
ges/conſanguineos ſupplices crudeliter facta dicuntur. Preterea in maiores na=
tu/hoſpites/vicinos/amicos/in eos quibuſcumque vitam egeris/apud quos edu
catus. A quibus eruditus is in calamitoſos mortuos ac in omnes miſericordia di=
gnos. Preterea in homines claros/nobiles honoribus viros/ac in eos qui nunquã
ledere alios conſueuerũt/nec ſe defendere potuerunt/vt ſunt pueri/mulieres/que
omnia hoſtibus/ac etiam inimicis noſtris indigna videri dicemus. Comparatio
eſt per quam per contentionem oſtendimus: quanto atrocius ⁊ indignius ſit alijs ꝙ
conſtat eſſe peccata: id de quo agitur: quod genus ſi atrocius dicere ſtuprare inge=
nuam: quam violare ſacrum: propterea ad hoc egeſtate plerunque homines impel=
lantur illud nullus niſi luxu atqꝫ ſuperbia perditus ſuſcipiat. Collectio eſt: per quã
omnia que in negocio gerendo acta ſunt : queque conſecuta negocium : quum vni=
uſcuiuſque criminatione ac indignatione colligimus: ex qua fit: vt tota res ante ocu
los ponatur : ⁊ ſummum in reum odium concitetur. In conuenientia eſt: per quam
indignamur ab eo nobis illatum maleficium: a quo minime oportuerit: qui nos de=
fendere ac tutari deberet: quod aut nunquã: aut raro alijs accidat: itaque nobis hoc
primum accidiſſe conqueremur nec alicui ante quod memorie traditum ſit. Con=
uerſio eſt per quam ab auditoribus petimus : vt in ſuas res noſtras iniurias refe=
rãt: ſi ad pueros ꝑtinebit ꝺ liberis ſuis cogitẽt: ſi ad mulieres ꝺ vxoribꝰ: ſi ad ſenes ꝺ
parentibus. Ac indignationis quidem hos communes locos eſſe putamus. oportꝫ
autem ex commodo cauſe non hoc ordine: quo expoſuimus: a communibus locis rẽ
amplificare. Illud etiam ſcire conuenit: quod hos communes locos proprijs orato
res permiſcent/vt veriſimilior ſimul ⁊ acrior oratio videatur. Conqueſtio eſt oratio
per quam auditorum captatur miſericordia: huius etiam ſicut ⁊ indignationis loci
alij proprij: alij communes ſunt. Proprij ſunt: qui cauſe ita coherent: vt alij cauſe cõ
uenire non poſſint: Communes ſunt/qui multis cauſis cõuenire poſſunt. Proprij
ergo conqueſtionis loci ex ipſa re geſta: ⁊ his: que rem conſequuntur inueniri ſolẽt/
⁊ a tribus temporibus: preterito: inſtante: conſequente: vt ſuperius dictum ẽ. Capi
untur a preterito/ſi in quibus ĩcommodis iniuria fuerit oſtẽdetur. ab inſtanti ſi qua
infortuna nunc ſit aperiatur: quum ante in ſublimiore fuerit ⁊ fortuna ⁊ dignitate.
A futuro ſiquid ſibi aut ſuis miſeriarum euenturũ ſit oſtendet: niſi cãm obtinuerit.
Uerum hec que dicta ſunt/ſi ita proferas/vt a nobis expoſita ſunt/communibus
non proprijs locis miſericordiam captas. Hoc enim: vt diximus inter communem
locum: ⁊ proprium intereſt: quod proprius rei qua de agitur accõmodatur commu=
nis latius patet/ac ideo multis ſimilibus cauſis accõmodari poteſt. quare ⁊ cõmu
nẽ locum ad proprium rediges: ſi que ad rem pertinẽt: addere volueris: ⁊ proprium
communiorẽ efficies ſi que rei ſunt: ab eo detraxeris: qꝺ breuiter exẽplo quoque de
monſtrandum eſt. Moueat illud vos iudices moueat vehementer / quod decẽ an=
nis: quibus clariſſimus ille rex Agamennon hinc aberat ab adultera matre non vt
Agamennonis filiũ decuit infelix educatus ſũ: ſe quũ ab ipſa clytẽneſtra iudices:
tum ab egiſto adultero ⁊ doctrina miſer priuatus ſũ regia/⁊ moribus cõtra decus
regium ruſticanis nutritus: ⁊ inſuper ſummo cruciatu: ac dolore corporis indigne


cum me ⁊ Agamennone patre: tum vobis ipſis iudices plurimum affectus ſũ. hoc
iam ita cauſe accommodatum videtur vt nequaquaꝫ alij cauſe conuenire poſſit: at
qui eundem locum communiter hoc modo pronuntiabis. Quis ignorat iudices iã
decennio: quibus incommodis. quibus doloribus: quo cruciatu corporis miſer ve=
xatus ſim: Nam quem decuit optimis moribus ac diſciplina inſtitui iudices is ego
⁊ his omnibus aduerſariorum priuatus ſum ſcelere: ac inſuper crudeliter miſer ac
atrociſſime exagitatus: nunc quũ primũ reſpirare viſus ſum ab audaciſſimis aduer
ſarijs etiam in ſupplicium rapior. Hoc ideo latius expoſuimus: quamuis verbo
etiam vno intelligi poſſit: ne quis putaret longe nos ab antiquorum preceptis: que
illi indignationi atque conqueſtioni attribuunt aberraſſe. Nam que illi cõmunibus
precepta locis accommodabant: hec ab his ipſis in orationibus ſuis animaduerti
mus: tam communiter: quaꝫ proprie proferri. Quare vt dilucidior preceptio fieret:
hos cõmunes: illos proprios locos appellare placuit. hoc itaqꝫ: vt dictum eſt: taꝫ in
conqueſtiõe: quam in indignatione volumus ita fieri poſſe: vt ⁊ que rebus inherẽt
ſublatis rerum circunſtantijs communiter efferatur/⁊ que communiter traduntur
circunſtantijs rerum interpoſitis cauſe inhereant: quamuis ⁊ quoſdam ita commu
nes dixerim inueniri: vt ſemper ab oratoribus communiter efferantur; de quibus
etiam primum dicendum videtur.

## ¶ De commiſeratione.

Communes ergo loci conqueſtiõis ſunt: per quos vis fortune in omnes: ⁊
omnium infirmitas oſtenditur: ⁊ commutatio ſimiliter rerum omnium ac
inſtabilitas ante oculos ponitur. Itẽ ſiquid humanitate miſericordia: aut
maiorum: aut eorum ipſorum: qui audiunt: aut omnium dicimus. Quaquidem hu
manitate ac miſericordia ſi maxime vtendum cenſemus: eam honeſto: ⁊ laudabili
⁊ euentu maxime comprobabimus/ceteros locos: qui ⁊ ad proprios rediguntur ex
diſtributione temporum deploratione ſingulorum euentu preter ſpem preterea con
uerſione: exuſcitatione: commendatione obſecratione/pietate: ac poſtremo ma=
gnanimitate emanare cenſemus. Primus eſt/per quem diſtributione temporũ mi
ſericordia captatur hunc bipartito conſideramus. Nã aut ſemper calamitoſos nos
indigne fuiſſe conquerimur: ⁊ nunc id effici crudelitate aduerſariorum niſi huma
nitas nobis iudicum auxilio ſit deploramus/vt etiam in poſteruꝫ ſemper lugere ne
ceſſe ſit. aut quibus in bonis qua dignitate/quo honore fuimus/⁊ nunc per quẽ ma
xime: quibus in malis: ac dedecore ſimus perſtemus: hic commodiſſime turpitudĩ
nem humilitatem: illiberalitatemque rei indignam etate/genere/fortuna priſtino=
que honore noſtro apponemus. Secundus eſt vniuſcuiuſque incõmodi diligẽs cuꝫ
deploratione expoſitio: vt in morte filij oblectamenta infantie: pueritie ſolatia / a=
mor/ſpes/tutela ſenectutis/conſeruatio domus/⁊ que huiuſmodi ſunt. Iteꝫ que
in geſtione negocij ſunt/vt non affui/non vidi/non poſtremam eius vocem audiui
non poſtremum ſpiritum accepi. Item in manibus inimicorum mortuus eſt: in ho=
ſtili terra turpiter iacuit/inſepultus a feris dilaniatus/communi quoque honore ĩ
morte caruit. Itẽ quũ illa incommoda ante oculos ponũtur in quibus ꝺductos nos
ab aduerſarijs dicimus: vt inopia: dolor: dedecus: ſolitudo: infirmitas: vt his qui au
dit re ipſa adeſſe nõ verbis ſolũ audire videatur. Tertius ẽ/per quẽ preter ſpeꝫ ali
qꝺ factũ cõploratur/vt quũ dicis bono te illi fuiſſe/ac quũ gratiã ꝺbitã expectaſſes
in miſeriam incurriſſe: quod per ĩdignationem proferemus quod ab his: a quibus
non cõueniat/male tractemur/ꝓpinquis/amicis quibus bñfecerimus: quos adiu
tores fore putauimus/aut a quibus indignũ eſt: vt ſeruis/liberis/clientibus. ſup=
plicibus: vel quum dicimus ſperaſſe nos a filio. quoniam ita par erat: non filios a

nobis ſepultū iri: noſtroſq; ab eo non contra illius a nobis clauſos iri oculos: aut ali
quid huius. Quartus eſt: per quem caſum noſtrum: aut in eos ipſos: qui audiunt:
aut in eos ipſos: qui chari ſibi ſunt: ita cōuertimus: vt quū nos videant ſui aut ſuo-
rum in memoriā venire cogamus. Quintus eſt: per quem oratio ad mutas ⁊ exper
tes res animi refertur: vt ſi ad equum domum veſtem ſermonem alicuius accōmo-
des: quibus animus eorum qui audiunt: vehementer commoueatur. Sextus eſt: p
quem parentum liberorum ſui corporis ſepeliēdi: aut alicuius rei eiuſmodi commē
datio fit: in quibus commendandis disiunctio quoque deplorabitur: quiā dicam⁹
deduci ab eo: qui cum libentiſſime viximus: vt a parente aut filio aut fratre aut fa
miliari: ⁊ intimo. Septimus eſt qui per obſecrationē ſumitur: in quo orantur. Illi
qui audiunt: humili ⁊ ſupplici oratione: vt miſereantur. Octauus eſt: per quem non
noſtras: ſed eorū qui chari nobis ſunt fortunas conqueri demonſtramus. quare pie
tatem in alios/ magis quam in noſtris incommodis lugere oſtendimus. Nonus eſt
per quem animum noſtrum in alios miſericordem fuiſſe oſtendimus ⁊ tamen āplū
⁊ excelſum incommodorum pacientem eſſe ſi quid acciderit demonſtramus. Nā ſe-
pe virtus ⁊ magnificentia: in qua grauitas ⁊ auctoritas eſt: plus proficit ad materi
am commouendam quam humilitas ⁊ obſecratio. His locis commoueri animi ad
miſericordiam ſolent. Quare eorum aliquos quotquot in cauſam incidunt: non eo
ordine: quo expoſuimus: ſed ſicuti res poſtulat occupabimus: que omnia ita dice-
mus: vt non rebus ſolum: ſed orationis genere voce: geſtu: vel ad lachrymas iudi-
ces prouocemus: quod quum factum intellexerimus finem perorationis afferemus
Nam quoniam conqueſtio ad efficiendos mouendoſque animos miſericordia adin
uenta eſt: non eſt diutius in ea commorandum: ſi quod volumus per eam efficere/
id iam factum eſſe perſpiciemus deinde aut paruum opere precium eſt: in his ipſis
lachrymis ſi fieri poteſt auditores relinquere: vt quod iudicaturi ſint: ipſa notione
animorum pronuntient. Uerum quoniam tam indignationis quam conqueſtio-
nis illud proprium eſſe videtur: vt omnia ſub aſpectum ſubiciantur. Nulla enim
res magis affectus mouet: qui peroratione maxime ſunt excitandi: quā vt ipſis ne-
gocijs audiendo iudices intereſſe videantur. quid de affectibus ſentimus: breuiter
aperiendum eſt. Ut igitur omnes affectus orationi neceſſarios ducimus: ſic eoſ
magis ad elocutionem: quam ad inuentionem pertinere putamus. Non enim ſimi
liter eadem res alio atque alio modo dicta concitat auditores. Quare mihi viden-
tur vehementer errare: totamq; hanc rem penitus ignorare: qui affectus hic curio
ſius enumerant: quaſi facile ſit ſi quis affectus nouerit: quos nouit orōne mouere
aut quaſi enumerari poſſint: qui prout ab oratore conſyderantur pene infiniti ſunt
Neque enī odiſſe: amare cupere abominari: gaudere: dolere: timere: ſperare: iraſci:
⁊ ſi qua alia generalius enumerantur: nobis ſolum ſubiecta ſunt ſed multa preterea
que quamuis iſtis contineri videantur: diuerſo tamen genere orationis tractanda
ſunt. Quis enim neſcit ſic nonnunquam afficiendos iudices: vt contemnant: vt fa-
ueant: vt dedignentur: vt inuideant: vt miſereantur: vt ſeuiant. Que omnia: ce-
teraque huiuſmodi: etſi ad alios reduci poſſe videantur: genere tamen dicendi tra-
ctationeque diuerſiſſima ſunt. Neque inter ſe ſolum: ſed eadem res a ſeipſa non
nunquam. Natura enim iudicium loco. tempori: alijſq; circuſtantijs oratio accom-
modanda eſt. Ubi vel tardi ſunt ac ebetes vel acuti: ad mouendumque faci-
les/ preterea mites/ iracundi truces/ benigni/ inuidi/ timidi/ que omnia longe
aliam atque aliam orationem oratoris deſyderant: quam ſi affectus ipſe per ſe ſo-
lum conſyderandus eſſet. ¶ Ad hec multum intereſt ſe ne ſolum orator affe-
ctum velit oſtendere an iudices quoque afficere. ¶ Neque enim ſemper quum
nos fingimus: auditori quoque terrorem incutere volumus. Quare eos qui affec
tus quot ⁊

tus quot ⁊ qui ſunt enumerant: eamque rem plurimum poſſe arbitrantur. tanquā
huius artis imperitos relinquamus: nos quum quid cauſa deſyderat intellexeri-
mus orationis genus ad id accommodabimus. Affectuſque quum per totam ora-
tionem vt viua oratio ſit: tum in peroratione maxime commouebimus. Qua in re
illud ſumme optimum video: vt artem natura iuuet imagines rerum abſentium ſic
animo noſtro aſciſcere: vt res ipſas videre oculis: ac pſentes habere videamur: hoc
enim modo dum ars ⁊ exercitatio nobis inſit/ voces/ actus/ orationem ipſi affecti
optime confingemus. Nam qui hec affectibus idonea non attribuunt illudere hi
quidem auditores/ deriſioniſque cauſa potius fingere/ quam ex animo dicere vidē
tur. Sed de partibus orationis iam ſatis dictum eſt/ ⁊ huius voluminis magnitu-
do longius proceſſit. Quare q̄ ſequuntur deinceps in quartum librū traducamus.

## De genere deliberatiuo

Quoniam de partibus orationis quam breuius potuimus i-
ſuperioribus explicauimus voluminibus/ eaſque ad iudicia
le accommodauimus. Nunc conſequēs eſſe videtur/ vt pau
cis de deliberatiuo ⁊ demonſtratiuo genere diſſeramus. Ac
primum quidem quoniam difficilius eſt deliberatiuum ab-
ſoluamus/ deinde quum demonſtratiuū etiam expoſitū fue
rit de ceteris oratoris officijs conſyderabimus. Deliberati-
uum eſt/ quod poſitum in conſultatione habet in ſe ſentētie
dictionem eius partes ſunt due Suaſio ⁊ diſſuaſio Suaſio eſt oratio deliberatiua/
que primo in conſultatione quid faciendum ſit oſtendit. Diſſuaſio eſt oratio delibe-
ratiua/ qua auditoribus aliam partem ac ſuaſione oſtenſuē eſt perſuadere conamur
Orationis deliberatiue itidem/ vt iudicialis ſex ſunt partes. Exordium. Narratio/
Diuiſio/ Confirmatio/ Confutatio: ⁊ Peroratio vel Concluſio. Nam etſi quattu
or partium orationem putamus/ tamen ex diuiſione vnius/ ſex nobis redduntur.
Particulas enim in partibus enumerare propter breuitatem nunc placuit: quod
in primo non fecimus: vt rei natura perſpiceretur. Exordium vel principio vel in-
ſinuatione tractatum his rationibus: quibus in iudiciali cauſa inueniri ſolet.
Narratio ſi qua incidit: quomodo explicanda ſit: ſatis ex primo libro intelligi poſ-
ſe confido. ¶ Diuiſionem quoque breuem ⁊ abſolutam: vt in primo dicebamus
facere neceſſe eſt. Uerum hoc non in deliberatiuis tantum cauſis: ſed in ceteris
quoque obſeruare non inutile videtur finem/ quum per totam orationem tum
maxime in diuiſione conſyderandum. Uerum in iudiciali quidem finis quis ſit ma
nifeſtiſſimum eſt. Omnes enim equitatem eſſe: que honeſtatis pars eſt: vno ore pro
fitentur. Demonſtratiui quoque finem honeſtatem eſſe non ita anguſtam: vt in iu-
diciali: ſed latius vniuerſim captam omnes fere contendunt. Deliberatiui generis
alij honeſtatem ſolam: alij vtilitatē: finem eſſe arbitrati ſunt. Nos quoniā illud vni
cum latine lingue ornamentum ac preclariſſimum oratorū decus Marcū Cicero
nem: cuius nec nomen quidem ſine eloquentie dici pōt mentione: vbiq; ſequimur/
deliberatiui generis finē tam honeſtatem: quam vtilitatē cōſtituimus. Utile vero
hoc ⁊ honeſtum/ non ſic ſeorſuē ac ſeparatum: vt nomine dicūtur intelligimus. Ue-
rum id qđ ex honeſto ac vtili intellectu in vnum conflatur finem eſſe deliberationis

affirmamus. Oportet ergo ita in omni genere diuidere: vt ex vnoquoque diui-
ſionis membro:vel ipſe finis:vel que finem conſequuntur palam appareant:vel ex
omnibus diuiſionis partibus:quod intendimus:conducatur: vt Cicero de profi-
ciendo Pompeio bellum mithridaticuꝫ:e genere neceſſarium. Quare non preter
mittendum: ⁊ magnitudine pertimeſcendum. Quare non contemnendum eſt: ſꝫ
illum virum tam in periculoſo bello proficienduꝫ qui proculdubio cūctis romāis i-
peratoribus preſtaret:atqꝫ his partibus honeſtum ⁊ vtile.ita expreſſum eſt vt res
eadem ⁊ vtilitas alijs nominibus poſita eſſe videatur. Quare ſemper diuiſio:quo
recte fiat:non aliena:neque aduerſaria erit fini:ſed ei:vt dictum eſt:accommodabit
atqꝫ inherebit:ceteraqꝫ habebit:omnia:que in primo latius explicata ſunt. Confir
matio ⁊ Confutatio in deliberatiuo genere:haud ferme aliter:atque in iudiciali cā
fieri ſolent. Quare inde omnia que huic cauſe conueniunt traducēda putamus: qꝺ
et ſi facile fieri poſſe reor:tamen ne qua retardatio legentiuꝫ animos impedire poſ-
ſit altius fundamenta hac quoque in re iacere non grauabor.

## De origine deliberatiui generis.

CAuſa deliberatiua propoſita/que conſiſtat conſtitutio cauſe/ queren-
da eſt:que quoniam deliberatio conſequens tēpus vbique ſpectat:ne
gocialis non eſſe non poterit. Et enim negocialis conſtitutio rōnalis:
in qua faciendum ne ſit aliquid aut non queritur. Quare nunquam
mihi quidem videtur negocialis a deliberatiuo genere ab futura:que
quidem vt in ſecundo dictum eſt finalibus locis maxime tractatur fines porro cau
ſarum paulo ante dicti ſunt/equitas:honeſtas:vtilitas. Nam legem poſſibile.ipoſ-
ſibile:laudabile/euentum:⁊ ſi que alie ſunt:que in negociali conſyderantur ad hos
finales reduci locos manifeſtum eſt. Verum quoniam equum ⁊ bonum aliqua iuri
diciali abſoluitur:⁊ negocialis ex lege plerunqꝫ naſci demonſtrata eſt: legitimam ⁊
iuridicialem in deliberationem poſſe incidere neceſſe eſt.quod quum ita ſit: nullus
amplius dubitare debet. Ceteras quoqꝫ omnes cōſtitutiōes:in hoc genere īueniri
poſſe. Nā ſi iuridicialis:quāquā preteritum ſpectare tempus in primo diximus in-
cidit:quanto magis coniectura ⁊ diffinitio:que non magis ad tranſactum quam ad
conſequens tēpus reſpicere videntur: Tranſlationē vero huic cauſe cōuenire quis
dubitet: Preſertim quū intelligant tranſlationem huiuſmodi eſſe:vt etiam ī iudicia
li genere non ſine quadam deliberationis ſpecie inueniri poſſit. Nam quum queri-
tur Ciceroni ne verres accuſandus ſit:aut hoc ne loco his auditoribus hoc tēpore
cauſa agenda ſit:⁊ iudicationes a deliberatione non abhorrent (A tranſacto enīꝫ tē
pore recedere ⁊ conſequens occupare videntur) ⁊ multa ex finalibus locis nonnun-
quā ab eiuſmodi deliberationes probandas īprobandas ve cōferūtur. Quas obres
omnes conſtitutiones earumqꝫ partes deliberatiuū genus ambire neceſſe eſt: quā
uis nonnulle res inueniantur:que nunquā hanc:aut illam conſtitutionem: aut con
ſtitutionis partem recipiant:qꝺ quū ſimiliter iudicio accidat:non hac re a vera re-
ctaqꝫ opinione moueri debemus. Nam ſicut cum deliberamus an indicere bellum
debeamus:iuridicialis abſolute nunquam incidere poteſt: Nullus enim belluꝫ per
ſe ſuſcipiendum diceret:ac cetere ōmnes huiuſmodi cauſas ambiunt: ſic quum ce-
des hominis nunquam per ſe ſuſcipienda videatur:niſi aliquid addas: paruꝫ in ea
abſolutio tibi proderit. Verum quoniam negotialis ſemper huic generi. Cetere
conſtitutiones ⁊ per ſe ⁊ incidenter cum negociali adueniant:quomodo hic fiat ape
riēdū eſt. Negotialis conſtitutio eiuſmodi naturam ſortita eſt:vt nulla deliberatiua
cā inueniri poſſit:quā ſi paulo amplius proponas non accurrat:illico:atque cauſaꝫ
totam pro ſuo

totam pro ſuo iure complectatur. Verum ſi rationis aliquid adijcias/atque inde cō
ſyderes/quiſnam ſtatus ſit ille:tibi ſtatus conſurgit/qui etiam quum latius propo
nebas poſt negotialem acceſſit. Quare licebit:ſi ex re tua fieri videtur: alterutrum
facere. Nam aut negotialem acceſſit. Quare licebit:ſi ex re tua fieri videtur:alteru-
trum facere. Nam aut negotialē cauſam occupabis:reliquoſque ſtatus/tāquā ſecū
darios ad illam reduces:aut a principio ratiuncula quadam contracta cauſa ſtatū
qui ad negotialem accedebat principalem cōſtitues/quo quidem pacto tunc vten-
dum cenſeo/quum nihil aut parū negotialis conductura ſit. Verum quoniam hec
preceptio perutilis eſt:exemplis quoqꝫ aperiatur ſi inferēdum ne ſit bellum mithry
dati conſyderas/quoniam faciendum ne ſit/conſyderas. Negotialis eſt/ac ſi par-
ua adiectione ita conſyderes/quū multos romane vrbis ciues vno die/vno quoqꝫ
nuncio mithrydates interfecerit:ei ne bellum inferendū ſit:etſi faciēduꝫ ne aliquid
queratur/tamen contracta cauſa eſt/nec tamen a negociali omnino diſceſſit. Sed
ei relationem quoqꝫ criminis adiecit. Nam vt ſi animali ratione adijcias/ab aīali
quidem minime receſſiſti:anguſtius autem inſigniti⁹qꝫ animal intelligas neceſſe
eſt/ſic ſi rationem aliquam negotiali afferas/ad aliud quidem tranſiſſe videris:ne
gotialem tamen non omiſiſti. Nec nunc id ego dico:vt omnino velim relationeꝫ cri
criminis negotialis ſpeciem eſſe:preſertim quum abſqꝫ ea inueniatur relatio: ſed
vt oſtendam negotialem deliberatiuum genus non facile pretermittere. Itē ſi quis
dicat diruenda eſt carthago: Alterque non diruendam contendit:quū diruenda ne
ſit queratur:negocialis eſt. Ac ſi dicas diruēdam eſſe carthaginē:ne quid poſt hoc
tale patiamur:opponaturqꝫ non eſſe diruendam/quoniaꝫ nunquā tale quid ab eis
pertimeſcendum eſt vt ſi coniecturalem feciſti per quam tota cauſa tractanda eſt ta
men in negotialem huiuſmodi coniecturam radices tēdere quis nō viderit: Nam
qui dicit non eſſe diruendam carthaginem: quoniam nihil tale pertimeſcendum ſit
is concedere videtur ex honeſto ⁊ vtili eam diruendam/ ſi pertimeſcendum eſſet.
Item arma ne paranda ſint aduerſus. M. Antoniū an nō negotialis eſt/ que quo-
niam diffinitione abſoluitur:poteris vel primo e carceribus impetu eam diffinitio
nem/que quidem negotialem ſupponat adhibere.hoc modo. Aduerſus. M. anto-
nium/qui vrbi bellū infert paranda ſunt arma. E contrario ſic nō ſūt aduerſus. M.
antonium arma paranda:non enim bellum ſed tumultum concitat:hic ſiue tumu-
lantes etiam hoſtes appelles:ſiue bellum dices non tumultuꝫ diffinire neceſſe eſt.
Item delenda eſt corinthus ne commoditate loci greci leues homines inducti de-
ficiant/ac nobis vrbem natura ac manu munitam expugnare labor maximus ſit.
hic ſi dices delendam non eſſe(neque enim deficient: quum totum orbem parere
romanis videant/etſi deficient/non erit ingēs labor expugnare)coniecturā facies:
ſi ex obſtinētia addideris/aut puniendos videri homīes/antequā peccēt/ aut certā
afferre ciuitati ruinā propter quam cōiectura aſſequeris delectionem iure non opor
tere. Iuriditialē abſolutā inuenies/ex quibus clariſſime patet deliberatiuū genus
oēs cōſtitutiones/earumqꝫ partes amplecti/quamuis negocialem ſolā recte alias
obliqꝫ atqꝫ retorte: vt iudiciale negocialem. Nam quū primo impetu non erūpant
neqꝫ vt in iudiciali fieri ſolet accedāt(ei enim/qui accuſatoris vicē gerit/ quare qꝫ
quā ꝓponit dicēdū eſt/qꝺ nunquā iudiciali accidit: vnde a defenſore accedere hic
conſtitutiōes neceſſe eſt:quū que iudiciali ſtatui accedunt ab oratore ſepius ouan
tur/neqꝫ ad locū quempiā incidant:ſed totam ambiant queſtionem/ne negotialeꝫ
amittant: vt ille principalem ſed complectātur ⁊ teneāt:⁊ plerūqꝫ ita: quum ea con
fundātur vt non multi ſtatus:ſed vnus ex illa:⁊ his cōfici videatur) non rectas nec
proprie acceſſorias:nec īcidētes:verū obliquas ac retortas appellamus:quare quā
vis eiſdem nūcupentur nominibus diuerſe tamē he alieque atqꝫ iudiciales ſunt om

nino putande. Nam que eandem originem habere non poſſunt: aliumque finem
reſpiciant: quo fit: vt aliter tractentur: vt paulopoſt latius tangetur: diuerſas eſſe ne
ceſſe eſt. Alioquin tria genera cārum nūquā diceremus. Nullus enim non mente
captus eaſdem diuerſis generibus ſpecies ſubiectas putauit: niſi forte ſuaſionē ac
diſſuaſionem: vt formas generi deliberationi ſubijceret: ſed hec in ipſis formis gene
rum aperte negantur. Hec de origine. Nunc de tractatione pauca dicamus.

¶ De tractatione deliberatiui generis.

QUum ergo aut conſtitutiones earumqꝫ partes ſi plures incidunt inueneri
mus: omnes quidem locos quibus eas conſtitutiones in ſecundo abſolui
demonſtrauimus: diligenter diſcutiemus: ſi quid ab eis: quod adiumēto
cauſe ſit inueniri poterit. Deinde hec quoqꝫ: que deliberationis precepta ſunt pro=
pria quoniam a fine proprio manant: omnia tentabimus nec ſeparatim ab illis ī ora
tione tractabimus: ſed ſingula ſingulis: aut plura vni ſi accommodatius ita videtur
poſſe fieri: diſtribuemus: quam rem in hoc genere perutilem nonnullis clariſſimo=
rū oratorū orationibus declaraſſem: niſi longum eſſet exemplis ſingula complecti /
⁊ rem peritis clariſſimam futuram confidamus. Preterea quoniam ceterorū quo=
que induſtriam ad inquirendum incitandam putauimus: non inutile duximus bre
uius res ſingulas tangere: vt breuitate commoti inueſtigare cetera conentur. Naꝫ
qui omnia dicit quuꝫ nihil quod dubitat lectori afferat: is facit ne quid preter ea que
rendum videantur. Sed ne longius diuertar: quum prius conſtitutionem delibera=
tionis inueneris: oīaque: que preceptis eius conſtitutionis ex re tua dici poſſint cō=
ſyderaueris: tū demuꝫ ea: que a fine deliberatiui generis manant: ſic tue cauſe ada
ptato: vt minime ab his que de conſtitutionibus manant ſeiungi videantur: ſed in
vnum concurrant: vnumque corpus orationis conficiant. Nā vt ſtatus ſtatum pre
ſupponunt neqꝫ ab eo ſeperantur: ita ⁊ loci locos: qua in re naturam conſtitutionum
ſequi neceſſe eſt. Nam vt cōiunctiores vel remotiores a negotiali ſunt: ita ⁊ locos cō
iungi aut ſeparari videmus. Quare aliter negotialem in iuridiciali abſoluta: a qua
vtilitatis ſolum conſyderatione diſtare videtur: aliter in alijs tractabis: quibus ex
rebus patet eos recte deliberatiuum genus tractare non poſſe: qui negotialem cōtē
pſerunt: aut eius naturam non intellexerunt: quos eo magis errare putamus neqꝫ
ſentire quod agant: quod neque ab ea recedunt quuꝫ de deliberatiuo genere loquū
tur: ⁊ generis putant locos a formis ſeiunctos inueniri: quum nihil in genere ſit /
quod in ſpeciem non defluat. Uerum quoniam quomodo conſtitutiones ī delibera
tiuo inueniri docuimus deliberationis quoque ſtatum proprium in iudicium tor=
queri doceamus nec ab oratore ſummo recedamus. L. flaccus quum in aſia pretor
eſſet vt vicina maria a predonibus tota redderet communi ciuitatum impenſa claſ
ſem conſtituit: Accuſatur deinde: quum opus non eſſet claſſem conſtituiſſe. hic quo
niam deliberatio eius reprehenditur tanquam inutilis ac fruſtra ſuſcepta: his lociſ
dicere cauſam oportet: quibus animum ad conficiendam claſſem induxit. Quare
negotialis in iudicio eſt: cui aliquid accedere a iudicij fine non incongruum eſt / vt
quum natura hanc ab illa differre neceſſe ſit: tractatione quoque differat: ſed de his
hactenus. Nunc ad ea tranſeamus: que quū ex ipſo fine deliberatiōis defluāt a con
ſtitutionibus tamen non ſeparantur. Sed quamuis locis conſtitutionum admitā
tur: tamen quoniā ex proprio fine deliberationis profluunt: precipi ſeparatim ſolēt.
Finis igitur deliberatiui generis: vt ante diximus: honeſtas eſt: quam ita intelligi
mus: vt vtilitati coniūcta ſit. quum enim ⁊ honeſto ⁊ vtili finis emanet: placuit ho=
neſtatis vocabulo potiuſquam vtilitatis eum nominare. Nam honeſta multa per
ſe etiā quum inutilia videātur: ſuſcipi videmus: vt ſtoicos multos achademicos ac
cynicos audiuimus acquirende diſcipline ac adipiſcende virtutis gracia non mō
collatam ſibi

collatam ſibi ab alijs pecuniam contempſiſſe: ſed etiaꝫ ſuam eieciſſe. At cōtra nemo
vnquā: qui quidem boni exiſtimatiōem viri habuerit vtilitatem turpem cōſectatus
eſt. His ita dictis rerum expetendarum tria genera eſſe videntur: vitandarumque
ex oppoſito tria. Nam quedam dignitate ſua nullo emolumento capiētia vi propria
nos ad ſeſe alliciunt: que pure honeſta nominamus: vt virtus: ſciētia: veritas. que
dam non ſua vi aut natura: ſed quum turpitudinem non afferant propter fructuꝫ at
que vtilitatem expetuntur: vt pecunia: hec vtilia communiter appellātur. quedaꝫ ⁊
ſua vi nos ducunt ⁊ vtilitatis ſpecie capiunt: vt amicitia: id non quod vtile quidem
ſed inhoneſtum ac palam turpe tanquam inconſiſtens quadruplatoribus: ⁊ ſiccari=
js: de quo deliberent relinquatur.

¶ De virtutibus.

PRimam igitur rerum expetandarum partem: in rectum aut laudabile
diuidimus. Rectum eſt: quod cum virtute ⁊ officio fit: id diuiditur
in virtutem ⁊ officium. Uirtus eſt animi habitus rationi conſentane=
us: que quadripartito diuiſa eſt: in Prudentiam: Juſtitiam: Fortitu=
dinem. Temperantiam. Prudentia eſt rerum multarum memoria: ⁊
vſus quamplurium negociorum: quo quidem ex vſu ⁊ memoria rerum multarum
calliditas quedam conflatur que ratione quadam poteſt habere delectum bono=
rum ⁊ malorū. Partes prudentie ſunt memoria: intelligentia / prouidentia. memo
ria eſt: per quam animus preterita repetit. Intelligentia eſt: per quam ea que ſunt
perſpicimus. Prouidentia eſt: per quam futurum aliquid videtur: antequam fiat.
hec quum maxima pars prudentie ſit: cum multarum rerum memoria ⁊ vſu: tū vel
maxime ſingularum circumſtantiarum acri examinatione conficitur. Qua in re ſi
quis non parum profecerit intelliget ſe multum: ⁊ in prouidendo ⁊ in dicendo con=
ſecutū eſſe. Juſtitia eſt equitas ius vnicuiqꝫ rei tribuens pro dignitate cuiuſqꝫ: hāc
tripartito partimur: vt quoddam natura ius eſſe intelligamus: quoddam cōſuetu=
dine: quoddam lege. Nam iuſtitie initium a natura profectum: conſuetudine poſita
⁊ legibus ſancitum eſt: que etſi in ſecundo qualia ſint patuerunt. Tamen etiam hic
inferenda videtur. Natura ius eſt: quod nobis non opinio: ſed quedam innata vis
inſeruit. Eius partes ſex ſunt Religio: Pietas: Gratia: Uindicatio: Obſeruantia.
Ueritas. Religio eſt vis inſita: que deorum metu: ⁊ cerimonijs hominem ducit.
Pietas eſt in patriam aut in parentes: aut in alios ſanguine iunctos officium. Gra
tia eſt officiorum honorum ⁊ amicitiarum memoria ⁊ remuneratio. Uindicatio eſt:
que vim ⁊ contumeliam defendendo aut vlciſcendo propulſat: ⁊ per quam peccata
punimus. Obſeruantia eſt per quam etate ⁊ ſapientia vel aliqua dignitate ante=
cedentes veneramur. Ueritas eſt: que nos monet: vt rem ſicuti eſt: ⁊ ſicuti ſcimus
dicamus. Conſuetudine ius eſt: quod ſine lege propter vetuſtatem eque / ac ſi legi=
timum ſit vſitatum eſt: vt pactum. par. iudicatum. Pactum eſt: quod inter aliquos
conuenit. Par eſt quod inter aliquos communes equale eſt. iudicatum eſt: de quo
aliquorum aut alicuius iam ſententia conſtitutum eſt. Lege ius eſt: quod aut po=
puli: aut imperatoris iuſſu ſancitum eſt. Fortitudo eſt rerum magnarum appe=
titio: ⁊ rerum humilium contemptio: ⁊ laboris cum vtilitatis ratione perpeſſio /
eius partes ſunt quattuor. Magnificentia: fidentia. patientia. perſeuerantia.
Magnificientia eſt rerum magnarum cum ampla animi cogitatiōe adminiſtratio.
Fidentia eſt per quam animus in magnis ⁊ honeſtis rebus multum in ſe fiducie
certa cum ſpe collocauit. Pacientia eſt rerum arduarum / ac difficilium hone=
ſtatis ac vtilitatis cauſa voluntaria: ⁊ diurna perpeſſio. ¶ Perſeuerantia eſt in
ratione bene conſyderata ſtabilis ⁊ perpetua permanſio. Temperantia eſt ra=
tionis in libidinem: atque in alios non rectos impetus animi firma ac modera=
ta dominatio. Partes eius ſunt continentia: clementia: modeſtia. Continentia eſt

per quam cupiditas conſilij gubernatiōe regitur. Clemētia eſt per quā animi teme
re in odium: temere concitati comitate retinentur. Modeſtia eſt per quā pudor ho
neſtus clarā ⁊ ſtabilem comparat auctoritatē. Hec quidem ſunt fere que per ſe expe
tūtur: de quibus multo latius ac ſubtilius philoſophi diſputare ſolēt. Quare ſiquiſ
hec acutius atqꝫ perfectius comprehendere velit adhibebit ad legendos philoſo-
phorum eos libros: qui de officio ⁊ virtute ſcripti ſunt: ⁊ tempus ⁊ diligentiā. Nos
hic iſta tetigimus: quoniam aliter ne intelligendi quidem huius deliberatiui gene-
ris poteſtas datur. Nam etſi iudicijs etiam non parum haruꝫ rerum cognitio cōdu
cere videatur: tamen deliberationi atqꝫ demōſtratiōi ſic propria eſt: vt ſine his re-
bus nec deliberatio: nec demonſtratio quidem dici poſſe videatur.

## De officijs.

Ex his autem que de virtute dicta ſunt officium illud oriri videtur: quod
quum ipſius virtutis ad vnumquenqꝫ hominum accomodatio videatur:
a virtute quidem nunquā ſeiungi queat neceſſe eſt. Ita enim cum ipſa vir-
tute ſe habet: vt neqꝫ virtus vnquā ſine officio: neqꝫ officium ſine virtute inueniatur
que quum ita ſint tamen virtus omnium: officium non omnium eſt. Nam ea virtus
⁊ decorum: quod communius conſyderatur: ſi vnicuiqꝫ ſecundum etatem: ſcienti-
am: dignitatemqꝫ ſuam accommodes: officium appellatur. Quare patet officiū eſ-
ſe ex etate: ſcientia: ⁊ dignitate vniuſcuiuſqꝫ circumſtantijſqꝫ ceteris ſecundum vir-
tutem congruam ac conuenientem actionem. Hec officia etſi oratoris conſyderatio
ni ſubiecta ſint: tamen quantum ad rem pertinent: quoniam ⁊ deliberatiuo ⁊ demō
ſtratiuo generi multum afferunt. Sufficit paucis qualia ſint breuiter ante oculos
ponere. Nullus ergo dubitat alia virorum: alia mulierum eſſe officia. Virorum. n.
regere: ⁊ ratione cuncta diſponere. Mulierum viris ſubijci: ⁊ eos ſubſequi/ nec om
nia velle ſcire/ que gubernationi virorum ſubiecta ſunt: Nam aliter in matris papi
rij pretextati fabulam ſepius incideremus. Feminarum autem alia quidē virginū ⁊
puellarum: alia matronarum officia ſūt. harum viros diligere ac obſeruare: liberos
ſi qui ſunt libere educare: virginum parenti non contradicere nec ſermōe vti nimis
amplo: ſed modeſto ⁊ parco: nam procax quidem ſermo: ⁊ loquacitas quāuis nemi-
nem deceat: tamen non tam in viris quam in mulieribus: nec tam in matronis: quā
in virginibus turpis eſt. In viris rurſus alia puerorum: alia iuuenū: alia ſenum of-
ficia ſunt. Nam ſeni conſilium ⁊ cura iuuenum plerūque traditur. Iuuenes laborē
perpeti: maioribus ſubſequi: laude accendi vehementer decet. Deinde imperator
quidem clementiā: prouidentiam/ magnanimitatē in omnibus cōſeruabit. Miles
autem non erit quidem earum virtutū expers: ſed maxime oſeruabit magnā quan
dam in explēdis imperijs voluntatem. Iam quoniam de officijs dignitatum loqui
mur: quis non videt aliud eſſe: quod ad ſenatorē: aliud qđ ad tribunū plebis/ aliud
quod ad conſulem aliud quod ad pretorem pertineat: aliud legati: aliud tribuni mi
litum: aliud magiſtri equitū aliud imperatoris exercitus: ⁊ eius preconſule: aut con
ſulis/ aut dictatoris officiū eſſe quis nō intelligit? Sed eorū oīum aliqua legibus/
aliqua cōſuetudine: aliqua equo ⁊ bono confirmatur. Sunt item alia: que parentū
ad liberos ſūt/ aut liberorū ad parētes. Itē ad ciues: aduenas/ pegrinos/ ⁊ eos pau
peres calamitoſos: inopes: aut contra diuites: potentes: felices. Item cum poteſta
te/ aut ſine poteſtate/ que omnia ſi quēadmodū dicuntur: Ita ſimpliciter/ ⁊ fieri de
berent: non eſſet parue cognitionis videre in vnaquaqꝫ re quid conueniat. Nunc au
tem quum adeo inter ſe permutentur/ vt nunquā ferme ſtabilia ſint. ſed loco: tpe ho
rum: aut illorum preſentia in vario nimis: atqꝫ vario ſtatu inueniantur difficillimū
omnino omnium iudico/ ⁊ quid deceat inuenire/ ⁊ quum inueneris actione non in-
commoda exequi. Maxie vero tū quid faciēdū ſit: difficile videtur/ quū ita accidit:
vt opponi

vt opponi quedam inter ſeſe videātur: vt ſi filius magiſtratus populi ſit. Dubitatū
enim diu eſt a multis quodnam officium patris ad filiū/ aut filij ad patrem id tēpo-
ris ſit: quorum multi non dubitantur quoniam filius magiſtratus populi ſit: deam
bulandi: ⁊ ſedendi: ⁊ ſalutandi rationem commutatam aſſerere. Nonnulli tamen ſo
lum id fieri oportere aſſeuerant: quum aliquid quod ad publicā actionē adminiſtra
tionemque pertineat agitur. domi autem: ⁊ in his que ad priuata pertinent: patrem
preponunt. Nos quoniam huius rei mentionem fecimus/ accidere poſſe contendi
mus/ vt nunc primum/ nunc poſtremum nunc neutrum recte fieri poſſit. Nam ⁊
magiſtratus dignitas nonnunquam tanta eſt/ vt non ſolum foris/ ſed etiam domi
dictatorem: aut conſulem populi romani recte patri propoſueris: ⁊ pater ſi ſumme
auctoritatis tum etate/ tum honoribus/ tum ſapientia fuerit a minore magiſtratu
filio anteponetur/ ac noſtra quidem ſententia ſuper ea talis eſt. Horum ergo ma-
gnam habere officiorum cognitionem/ ⁊ quid conſuetudine valeat/ quid etiam lege
ſancitum ſit: in deliberationibus ſcire neceſſe eſt. Nonnunquā enim in deliberando
queritur/ quod ⁊ in alijs fieri poteſt generibus/ quorum poteſtas de re propoſita đ
liberandi ſit/ Aut qui modus/ quod tempus/ quis locus/ que cauſa huius delibe-
rationis eſſe ſoleat/ que omnia ex medio officiorum oriri fonte/ qui circumſtātijs im
plicitus eſt preclariſſimum eſt. In deliberationibus autem non ea ſolum/ que pro
pter ſe expetuntur/ ſed ea etiam/ que propter ſe vitanda fugiendaque ſunt plurimū
poſſe neceſſe eſt. Nam quemadmodum his que expetūtur hortari cōſueuimus: ita
his rebus/ quas propter ſe fugiendas arbitramur potiſſimum diſſuadere non dubi
tamus. Fugienda igitur propter ſe dicimus tam ea/ que ⁊ virtuti officio videtur op
poſita: quam ea que quum finitima fere ac propinqua videantur abſint inde ta-
men longiſſime: in quibus etiam maior fieri error plerūqꝫ ſolet: multique virtutis
imagine capti feruntur in vitia penitus: quū credant nequaquā recedere ab officio
Nam virtuti quidem oppoſita manifeſta ſunt: vt ignauia fortitudini: iniuſticia: iu-
ſtitie: intemperantia modeſtie: ſtultitia prudentie: ⁊ per alias honeſti partes oppoſi
tum inuenire: non difficile eſt. Que autem etſi finitima videntur: tamen procul
abſint: eaque re inter vitia rectiſſime numerantur: vt exemplo oſtendemus huius
generis ſunt confidentie contrarium eſt diffidentia: audacia non contrarium ſꝫ ap-
poſitum ac propinquum: ac tamen vitium eſt: ſimiliter perſeuerantie: que virtus ē
pertinacia finitima eſt: religioni ſuperſtitio/ ⁊ ceteris ſemper virtutibus que finiti-
ma videntur: vitia fugienda ſunt: que nonnunquam nec certo quidem nomine ap-
pellantur. officijs autem propinqua putamus vitia quecunqꝫ aliqua circumſtantia
non recte facta videntur/ vt ſi poteſtatem alicuius rei cuidam homini eſſe cōcedere-
mus: eo autem modo: aut tempore: aut loco: aut cauſa non debuiſſe facere conten-
dimus. Quare quuꝫ aliquid huius accidit: vt vel officio rē fieri abſolute negemus:
vel alicuius poteſtati ſubiectam non eſſe inficiatione/ quum ex aliqua circūſtantia
infirmamus obſiſtentia vtendum arbitramur. Verum quoniam res expetēdas tri
partito diuidimus/ honeſtum ſcilicet vtile ⁊ coniunctum/ honeſtumqꝫ in rectum ⁊
laudabile: ac de recto quantum ad rem pertinet ſatis dictum eſt: conſequens eſt vt
de laudabili breuiter diſſeramus. Laudabile eſt quod conficit honeſtam ⁊ preſen-
tem ⁊ conſequentem commemorationem/ id ex officio ⁊ virtute naſcitur. Quare
ab officio ⁊ virtute re quidem non ſeparatur: in dicendo autem idcirco ſeparari ſo-
let/ quoniam non ſolum virtus hominibus/ verumetiam laus per ſe expetitur/ qua
ratione nonnunquam recto pretermiſſo a ſola laudis petitione cohortamur: quum
oſtendamus quam famam/ gloriam conſecuturi ſumus. Item quam infamiam fu
giemus: quam ignominiam euitabimus: ſi hoc fecerimus: quod ita eſſe: aut parti
bus honeſti comprobabitur: quum omnibus laudari virtutem dicemus: aut mo-

ribus: aut conſuetudine omniũ/aut ſapientioribus hoībus/⁊ his maxime/qui harum rerum peritiſſimi habentur: aut ciuibus noſtris ſociiſque laudabile viſum iri oſtendemus/que omnia non tenui/ſed graui ⁊ ampla oratione proſequemur.

## ¶ De vtili.

Sed de honeſto ſatis dictum eſt/nunc de vtili breuiter dicamus/quod partim bonorum preſentium conſeruatione: ac abſentium comparatione. partim incommodorum inſtantium propulſatione/ac futurorum inhibitioneꝫ diffinimus. hanc vtilitatem que in ciuilibus queritur cauſis totam corpori attribuimus. Nam res fortune omnes ad commodum fere corporis expetimus. Ac ciuitas quidem quaſi corpus ea conficere arbitramur. ſine quibus nec ciuitas quidem eſt/vt agri/portus/pecunia/claſſis/naute/milites/ſocij/que quamuis ita ſe habeant vt nonnulla etiam horum ad conſeruandam ciuitatem neceſſaria non videantur/tamen quoniam nullum eſt: quod aut huic aut illi ciuitati neceſſarium non ſit. Idcirco corpus ciuitatis cõſtituere huiuſmodi omnia dicenda ſunt: Nam mediterranea quidem tanquã extraneas res quaſdam: quibus non neceſſario conſtituatur: ſꝫ amplificetur ac exornetur ſolum claſſe ⁊ nautis neceſſe eſt. Venetiarum autem preclariſſima noſtris temporibus ciuitas nautis: claſſe: portu non minus cõſtituitur. quã pecunia militibus: ſociiſqꝫ corroboretur. Hec ideo diximus: quoniam per vtile imo neceſſarium oratori putamus: ſi recte conſulere patrie ſtudet: vt diligenter conſyderet: quibus ciuitatis corpus tanquã ad viuẽdum neceſſarijs membris cõtineatur: quibus coadiuuatur: quibus exornaſ. Plurimũ eni intereſt ad dicẽdũ ad corpuſne ciuitatis ptinere oſtẽdas rẽ qua de agitur: aut ad amplitudinem ⁊ dignitatẽ ſolũ. vſus appelletur. His ita cõſyderatis ſi quis agros: portus: pecunias: ⁊ ꝗ hmõi quã ampla dicit cõficiendã: is quoniam potentiorẽ ciuitatem cõfici cenſeat: amplitudinẽ ſimul cũ incolumitate ciuitatis conſeruãdã dicit. Quare vtilitatis partes duas eſſe cenſemus incolumitateꝫ ⁊ potentiã. Incolumitas eſt ſalutis tuta ⁊ ĩtegra cõſeruatio. huius ptes ſũt cuſtodia: regiõis menia: port⁹: claſſes: naute milites: ſocij: arma: equi: imperatores clari: pecunia ⁊ que ea cõſequũtur: vt eſt earũ rerum: que efferũtur ⁊ inferuntur diligens obſeruatio: redditũ amplificatio: impẽſarũ diminutio. ⁊ que hmõi: dum hec omnia neceſſario ad conſtituendam ⁊ conſeruandam ciuitatem requirantur. Potentia eſt non ad ſua conſeruãda ſolũ: ſed ea etiam: que aliorum ſunt obtinẽda idonea rerum facultas. Potẽtie partes ſũt he: quaſ ⁊ ĩcolumitatis diximus: dum illis amplũ quoddã ⁊ excellẽs ac minus neceſſarium eſſe additũ intelligatur: vt per ea nõ ſolũ ad defendendam iniuriã: verumetiam ad inferendam ciuitas multũ valeat. Sed de vtilitate nunc ſatis: Quare cõiunctũ tum ex vtilitate tum ex honeſto cõſyderemus. Huius cõiũcti partes ponimus dignitatẽ: amplitudinem: amicitiã: bellũ: pacẽ: legiſlationem. Dignitas eſt alicuius honeſta cultu/⁊ honore: ⁊ verecũdia digna auctoritas. Amplitudo ẽ potẽtia aut maieſtatis: aut aliquarũ copiarũ magna abundãtia. Amicitia eſt mutua beniuolentia/que conſenſu ac pari voluntate conficitur. Bellum aut ad expellẽdũ preſentem vel futurum metũ: aut ad amplificãdum imperiũ ciuitatum cõtentio Pax eſt cepti belli federe depoſito. Legiſlatio eſt alicuius rei ex ſententia totius populi diſpõ. Ad hãc lationẽ legis tãꝫ quã mẽbra tã abrogationẽ quã correctionẽ ac expoſitionem legum adijcimus. Abrogatio legis eſt quũ dicimus non eſſe ſeruandum legẽ: quoniam inutilis: aut in honeſta/aut vtrũqꝫ. Correctio legis eſt alicuius rei in lege additio vel diminutio. Expõ ẽ obſcure legis interpretatio. At loci quidẽ/quibus oĩs pſuaſio aut diſſuaſio fieri ſoleat fere omnes expoſiti ſunt. De his. n. ⁊ ex his ac eorũ contrarijs omnis deliberatio fit. Hec igitur omnia/vt diximus/negotialis conſtitutionis locis accõmodãda ſunt: ⁊ quum vtilia ⁊ honeſta: tum ⁊ neceſſaria ⁊ facilia demonſtranda ſunt. Neceſſario fieri dicimus quecũqꝫ aut natura ſui: aut cauſa fieri neceſſe eſt. Nã oriri ſolẽ atqꝫ occidere mori hominem/vri flamma. Natura ſui neceſſaria ſũt vrbem quampiam in hoſtium peruenire poteſtatem ſimpliciter neceſſe non eſt: ſed caſu: Nam ſi ita accidit: vt vndique hoſtium copijs circundanda ſit: neque auxilium aliũde poſſit expectare/neqꝫ ciues rerum abũdantia. Preterea vel manu/vel natura loci muniti ſint nec quid ſit: quod hoſtes inde amouere poſſit: vrbem in hoſtium poteſtatem venire neceſſe eſt. Ciues autꝫ ab huiuſmodi ſeruitute liberari adhuc: aut fuga: aut morte aut deditione honeſta ⁊ liberis digna poſſibile eſt. Poſſibile eſt facile. Facile/quod nullo aut ſine magno labore: ſumptu. moleſtia quam breuiſſimo tempore confici poteſt. Laborem vero ſumptum: moleſtiam: lõginquitatemqꝫ tẽporis: nõ ſimpliciter: ſed comparatione rei: qua de agitur conſyderare putamus. Nam qui nullus aut paruus labor videri debet: ſi rei preclare gratia ſuſcipitur is maximus iure exiſtimabitur: ⁊ ſi parua quadã de re ſ: ſbeundus diceretur: ſed facilitati ac neceſſitudini difficile ac impoſſibile oppoſita ſunt. Difficile igitur eſt: quod ſine magno labore ſũptu moleſtia: longinquitateqꝫ temporis confici nõ poteſt. Impoſſibile ſimiliter ac quod neceſſe eſt: aut natura ſui fieri non poteſt: vt quieſcere celum: moueri ſurſuꝫ lapides: deferri ignem: aut caſu ſi cum alicui que ſuperius enumerauimus vrbi acciderent. Impoſſibile diceres ciuitatem euadere: Hec igitur quattuor: que tã honeſtati quã vtilitati adiũcta dicimus: ſiue hortaris: ſiue dehortaris: diligẽter conſyderanda ſũt ⁊ ea quidem: que natura ſui: aut fieri non poſſunt: aut neceſſario fiunt quum in dicendi rationem incidunt: nihil erit: quod multa dicamus: Nulla eniꝫ rõne huiuſmodi naturam lenire poſſumus. At in alijs ſi hortamur impoſſibile nõ huius ſꝫ difficile difficile facile eſſe oſtendemus vt in ſuperiore exemplo ſi permanere: ac defendere vrbem cenſemus: multa inueniemus: aut a conditione loci: aut ab inſcitia hoſtiuꝫ: aut a calliditate ⁊ conſilio noſtro: quibus rem fieri poſſe: quamuis difficile cõfirmabimus: deinde quum iam animos auditorum eo quod poſſint euadere exuſcitauerimus: quod difficile dicebamus: facile appellabimus. Id que vel ex re ipſa: quod cito: qꝺ ſine magna moleſtia ⁊ labore: ſi hoc aut hoc faciemus vel ex comparatione cõprobabimus nullos labores: nullam moleſtiam: nihil eſſe tam arduum: tam difficile: tam periculoſum: quod pro libertate iocundum videri non debeat. Econtra vero ſi dehortabimur facile difficile: difficile impoſſibile appellabimus. Quod niſi omnes partes bene ac diligenter occupabimus: ac poſtremo ſic eos colligemus/vt vel vno ſpiritu oculis auditorum ſubijciantur: nunquã commode conſequemur. Quare quẽadmodum ei qui hortatur vnum aliquid ſufficit quo rem ⁊ fieri poſſe ⁊ facile fieri poſſe confirmet. Ita ei qui dehortatur nihil per ſe ſolum ſufficit/vt aut ĩpoſſibilem aut rem neceſſariam confirmet: niſi ſimpliciter res huiuſmodi eſſet. Unde patet: quod qui caſu neceſſariã aut impoſſibilẽ rem dicit: niſi aſſeueranter omnia conglutinet/ac ſub vno aſpectu demum omnia colligat/nihil facit. qui contradicit ei ſufficit: vt aut loco: tempore: aut perſona quadam: conſilio cautione: mendatio: pollicitatione: pactione aliqua: rem facilem poſſibilemque oſtendat.

## ¶ De deliberatione ex adiunctione.

Preterea ſcire oportet non ex ipſa re ſolum: ſed etiam ex adiunctione plerunqꝫ huiuſmodi neceſitudines cõſyderari ſolere/qꝺ quũ accidit: aut in adiunctionem tota cauſa transfertur/aut ex vtraque parte ſi res quoque orõnẽ patitur cũ exhortationes/tum dehortationes querẽde ſunt. Uerum in exemplo propoſito ſatis iam preceptum eſt/quomodo ex ipſa re ſuademus/aut diſſuade

mus. Ex adiunctione autem hoc pacto: neceſſe eſt vt deditiõe hoſtibus te tradas ni
fame malles perire. Nam quum rem ipſam ſi fieri poteſt labefactaueris: quod non
neceſſe ſit vt te tradas: Poteris enim te fortiter manu defendere: aut conſilio ſupe-
rare hoſtem: ⁊ ſi quid huius dici poteſt: ad ipſam adiunctionem venies: quã ſi fieri
poteſt: primo negabis: vel quod per eius diſtributa frumenta diuitius poſſint ſuffi-
cere: vel qȝ alia ẽt inuehi poſſunt: deinde honeſtius eſſe dices: vel ſi certum ex fame
conſtare exitium in libertate fortiter mori: quam in ſeruitute ignauiter ſimul ⁊ miſe
rabiliter viuere. Uerum quoniam honeſtum ⁊ vtile deliberatiui generis finem dixi
mus vtilitatiſque partes duas eſſe putauimus. Unam que incolumitas: alterã que
quum ad vim atqꝫ opes ſpectet vſum nominamus: conſyderandum eſt cui nam iſto-
rum adhereat adiunctum. honeſtati ne: vt ſi diceres: neceſſe eſt hoc faciamus ſi hone
ſte volumus viuere an incolumitati: hoc modo. Neceſſe eſt ſi icolumes eſſe volumuſ
arma preparemus: an vſui ⁊ cõmoditate hoc pacto neceſſe eſt ſi ſine incommodo vo
lumus viuere: ea exportare: quibus abundamus: ea inuehere: quibus egemus.
Omnibus igitur adiũctio inherere nequaquã neganda eſt. Uerũ honeſtas ſine qua
nec viuere quidem homo dicendus eſt: ſũmam neceſſitudinis obtinet. Incolumi-
tas poſt honeſtatem maxime neceſſaria eſt. vſus ⁊ commoditas tertium locum ne-
ceſſitudinis ac leuiſſimũ ſubſortita eſt. hec quum inter ſe comparanda: ſint commo-
ditatem nunquã incolumitati: aut honeſtati aperte anteponẽdaꝫ eſſe dicemus qȝ ſi
cauſa hoc poſtulat cõmoditatem ac vſum incolumitatem appellabimus: idqꝫ ita cẽ
rõnibus: quod ſine hmõi cõmodo incolumitas/ aut difficile aut nullo modo conſer
uari poſſit comprobabimus. deinde incolumitatẽ cõprobabimus honeſtati. Neque
enim ita clare contendemus ĩcolumitatem ⁊ tutelam vite honeſtati preferendam.
Nullus enim id equo accipiet animo ſed quod nihil honeſtum ſit quod ſalutem nõ
pariat virtutibus vti non poſſe qui ſuas rationes in toto non collocarit: ipſos etiam
deos infeſtos his eſſe: qui ſibi pericula necemque inconſulto aſciſcunt. Quare inco
lumitatem preponendam q: nũquã ſine honeſtate ſit: honeſtatem ſine incolumita-
te nomine ſoulum re nihil eſſe. hoc pacto comparationẽ faciet qui tutam rationem
honeſte rei preponet: qui contrariam partem defendit: primo ſi ex re dici poteſt: nõ
eſſe honeſtum huiuſmodi: vt non ſeparetur ab incolumitate breuiter ratione: aucto
ritate exemplo demonſtrabit: vel ſi hoc melius viderentur auditores ſuſcepturi cũ
tute viuere/ qui honeſte viuit aſſeuerabit/ non qui in preſentia incolumis ſit: ⁊ cum
qui turpiter viuit incolumem eſſe non poſſe/ ⁊ his in periculis verſari: vt vel ſeipſũ
ac vmbram ſuam pertimeſcat. Quare non honeſtatem incolumitati ſed incolumi-
tatẽ honeſtati cõiunctã eſſe dicet. Unde ſine honeſtate incolumitatem nomine ſolũ
eſſe. deinde vel dolorem ſi is timeatur vel mortem ſi ea formidetur/ dedecore ⁊ in-
famia leuiorem eſſe conſyderare: que ſit turpitudo conſecutura. At non immortali-
tatem neque eternam incolumitatẽ conſequi/ nec eſſe exploratum illo vitato piculo
nullum in aliud periculum venturos: virtute vel vltro ad mortem proficiſci eſſe pre
clarum/ fortitudini fortunam quoque adiumento eſſe ſolere. Sed comparatio qui-
dẽ incolumitatis cũ honeſtate hoc fere modo fieri poteſt. Sepe autem ⁊ ipſum ho-
neſtum inter ſe ⁊ vtile nonnunquam ſibi ipſi comparãdum eſt: quod fit ſi ambe par-
tes deliberatiõis/ aut honeſte/ aut vtiles videtur. His ergo in cauſis prio dabimꝰ
operam: ne huiuſmodi res eſſe credatur: vt vtraqꝫ deliberatiõnis pars honeſta aut
vtilis/ ſed hec honeſta/ illa turpis: hec vtilis/ illa inutilis videatur/ primũ ex iuridi
ciali abſoluta oſtendemus: quod hoc natura: lege: conſuetudine: iure cõmuni: pacto
iudicatiſqꝫ innitatur/ illud econtra alterum coniecturis aſſequemur. Quare natu-
ra rei/ loco/ tempore/ perſona cauſa. Hoc vtile/ illud inutile/ per contentionẽ oſten-
dere poterimus. Deinde ſi ex cauſa fieri videtur: per obſiſtentiam vtrunqꝫ vtile aut
honeſtum confitebimur

honeſtum confitebimur: ⁊ hoc tamen honeſtius aut vtilius eẽ cõtendemus. Idqꝫ
hiſdem de cauſis: ⁊ exijſdem locis comprobauimus. Preterea in cõparatione vtili
tatis: quum locorum: temporum perſonarumqꝫ contẽtio fit: vt quid bellum ne: aut
pax ex ratione noſtra fieri poſſe conſyderamus: non circũſtantias ſolum cõferẽdas
arbitramur. Uerum etiam cetera: que aut circunſtantijs attribuuntur: aut eas con
ſecuntur. Non enim ſolum: cui locus commodior: cui tempus aptius: quis meliore
cauſa nititur conſyderandum eſt: ſed militum etiam numerus: voluntas: induſtria
exercitatio: audacia: obedientia fides imperatorum. Preter hec fere omnia ſcien-
tia fortuna: virtus: auctoritas: vtriuſqꝫ ciuitatis pecunia: arma: equi: naues: naute
nautarumque peritia: ⁊ pacientia. Similiter quenã gens audatior: bellicoſior: ma-
ioris animi adeo: vt etiam victa non ſe victam reputet. at altera ignaua. timida: q̃
verbis ſolum ſe efferat: ⁊ in aduerſis rebus omnino cõcidat: in ſecundis tumore cor
rumpatur. Ita rebus corporis animi externis facta contentione per demonſtratio
nem quid vtile: aut quid vtilius facile videbimus que omnia ita dicemus: vt ſimul
quoqꝫ: quid nobis factu facile: quid illis: quid difficile aut difficilius: quid neceſſari
um impoſſibileque ſit: ſi opus erit appareat. Eiſdem enim rebus corporis animi ex-
ternis: hec quoqꝫ comprobantur. Amplius id quoque breuiter: hic commonenduꝫ
puto: laudem: vtilitatemqꝫ: ac eorum oppoſita quadripartito: vt in ſecundo dixiꝰ
ſpectare oportere: hoc pacto. Si hoc facimus: ⁊ ſi qua preſens eſt infamia diluetur
⁊ que in poſterum conſequeretur euitabitur aut lenietur: aut quam habemus lau-
dem conſeruabimus: ⁊ maiorem acquiremus. Item ex parte cõmodi ac incõmodi
ſi hoc facimus: aut non facimus: ⁊ preſẽtia commoda cõtinebimus: ⁊ adipiſcemur
maiora: ⁊ ſi quid incommodi eſt abijcietur: aut diminuetur. ⁊ quod incommodi fu-
turum erit: non aderit: aut minus aderit. Sed iã nihil eſſe puto qȝ ad deliberationẽ
pertineat: cuius fontes ⁊ radices non aperuimus. quorum omnium illud maxime
in omni deliberatiõe memoria tenendũ: vt maior orationis eo confiectatur: qȝ ma
gis obſtat: vt verbi gratia ſi bellum agendum dicis: cum quibus ad bellum opus
eſt acriter conſyderaueris: quod armis militibus: claſſe imperatoribus: nauis: ſi
quid horum facile haberi poſſe non videatur: quomodo comparari queat enodabiſ:
⁊ quoniam hec pecunijs apparantur: earum quoqꝫ copiam: vnde acquiretur: niſi ĩ
promptu ſit declarabis: idque ordine faciendum ſi qua de facultate pecuniaruꝫ du
bitatio ſubeſſe videatur. Quare reſolutionis atque compoſitionis fere modo cun-
cta nobis vtrinqꝫ excogitabuntur: ⁊ ex comparatione ſi opus eſt noſtra efferentur:
hoſtium deprimentur: aut ſi re aliqua hoſtes antecellunt: vel pluribus vel potiori-
bus nos ſuperiores oſtendimus. Uerum hec de deliberatione ſufficiant de qua lon
giorem ſermonem contexuimus: quoniam nullus ſatis doctrinam hanc explicaſſe:
aut grece: aut latine nobis viſus eſt. Nam omnes: quos ego legi vir de hoc genere
principium precipiendi fecerunt ⁊ finem ſtatim attulerunt: ſiue quod rem difficilẽ
rati ſunt: ſiue quod vſu rerum potiuſquam preceptis confici putauerunt. Nos non
ab re feciſſe arbitrer: quod quantũ oratoris intereſt explicare conati ſumus. Nunc
de demonſtratiuo dicemus: ſi prius id cõmonuerimus cetera in deliberatiõibus ſi
militer ac in iudiciali genere fieri ſolere. Argumentationis enim modi: propoſitio-
nes: rationes: confirmationes: ſolutiones: eodem modo etiam hic fieri debere nul-
lus dubitat. perorationes ſimiliter: aut per enumerationem: aut per conqueſtioneꝫ:
aut per amplificationem conficiuntur. Nam ⁊ vtilitas: virtus. laus amplificanda
nonnunquam: quũ horũ gratia aliquid faciendum exhortamur: ⁊ calamitas ⁊ miſe
ria preterita inſtans conſequens ante oculos per commiſerationeꝫ ponenda eſt: quũ
erumpere ab his malis: ad quicquam boni ſuſcipiendum cohortemur.

## De genere demonſtratiuo.

De amplificatione. Ex quintiliano libro. viij. Primo eſt igitur amplificandi vel minuendi ſpecies in ipſo rei nomine: vt cum eum qui ſit ceſus occiſum. eū qui ſit improbus latronem. contra quecum qui pulſauit attigiſſe qui vulnerauit. leſiſſe dicimus. Vtrunque pariter exemplum ē. pro. M. Celio. Si vidua libere. proterua petulanter. diues effuſe libidinoſa meretricio more viueret. adulterum ego putarem. ſiquis hanc paulo liberius ſalutaſſet: Nam et impudicam meretricem vocauit et cum cui longe ex eius illa fuerat viſus. liberius ſalutaſſe. Hoc genus increſcit ac fit manifeſtius. ſi ampliora verba cum ipſis nominibus pro quibus ea poſituri ſumus. conferantur. vt Cicero in Verrem. Non enim furem. ſed ereptorem. non adulterum. ſed expugnatorem pudicitie. non ſacrilegū ſed hoſtem ſacrorum religionumqꝫ non ſiccariū. ſed crudeliſſimū carnificem ciuiū ſociorumque in veſtrum iudiciū adduximus. Illo enim modo. vt ſit multum. hoc etiam plus vt ſit efficitur. Quattuor

Demonſtratiuum eſt: quod attribuitur in alicuius certe perſone laudē vel vituperationem cum amplificatione. Eius partes ſunt laus ⁊ vituperatio. Laus eſt oratio amplificatiua rerum bonarum: quas certe in eſſe perſone dicimus. Vituperatio eſt oratio amplificatiua rerum malarum: quas certe in eſſe perſone dicimus. Verum etſi certarum perſonarum laudem ⁊ vituperationem eſſe affirmo: non tamen ignoro has demonſtratiui generis partes nō ſolū perſonis: ſed rebus: temporibus: locis: plātis animantibus etiā nonnunquam attribui. Nā vt ſingulos ſepe homines: gentesqꝫ vniuerſas demonſtratione amplectimur ſic virtutum aliquam ver: aut eſtatē: montes: ortos: vites: lauros / boues: equos. aut vituperatione: aut laude dignos putamus: que omnia: quum de his dicitur perſonarū tenere locum arbitramur. eiſdem enim locis fere in horum atque in perſonarum demōſtratiōe vtendū eſt. Quare vt hec cōmodius tranſigere poſſimus: huius quoqꝫ generis quo per omnes partes ſuas abſoluta inuentio ſit: precepta breuiter exponēda videntur. Nam quamuis raro in vita hoc genus ſeparatim temporibus noſtris accidere poſſe forte videatur: ac in iudicialibus ⁊ deliberatiuis cauſis ſepe magne partes eius verſantur. Etenim ita ſe habere tria hec genera ſepe conſiderauimus: vt vnum in altero ſepiſſime inueniantur: ac niſi alterū alteri innitatur / non poſſe graui atqꝫ facunda: vereqꝫ oratoria oratione abſolui. Nam deliberationis partes in iudiciali: tum occupare neceſſe eſt: quum acriter quicquam peccatorum puniendum hortamur / ne illius rei quaſi auctoritate iudicum ſumpta licentia omnes in eiuſmodi ſcelera ruant. que enim incommoda euenient accuſator contraque defenſor / q̄d commodi ex abſolutione: qui deliberationis loci ſunt / diligenter ⁊ conſyderant ⁊ exponunt. Quid enim in eodem iudiciali: non ne magna demonſtrationis pars conſicitur / quum oſtenditur quam vtilis vite hominum / aut contra is / cuius de re agitur fuerit / futurus ne ſit / ⁊ cauſa / que plurimum in coniecturis valet / non ne niſi demonſtratione vite probetur / partim conficit: Idem in relationibus / aliiſqꝫ conſtitutionis partibus ſolet vſui euenire. Iudiciale vero genus duobus in reliquis inueniri / cui dubium nunquam fuit. Nam quum iuridicialis conſtitutio eius generis propria videatur / ea ceteris in generibus plerunque verſari ſolet vt ſi quum faciendū ne ſit quicquam deliberes iure ne fieri poſſit cōſyderes. ſimiliter quoque ſi iure aut iniuria vituperandum vel laudandum quenquam contenderes / atque id ipſum demonſtrationis genus quum in plures deliberatiōis locos / quum maxime in exhortationes belli aut pacis / quum vires hoſtium noſtris viribus comparantur / ita incidit: vt huiuſmodi contentione fieri quidem aliquo pacto poſſit: niſi demonſtrationis locis vtaris. quas ob res ſi quis vno in genere quam plurimum valere deſyderat is oportet / vt in omnibus elaboret. quoniam ergo non minus induſtrie in hoc quoqꝫ genere cauſe conſyderandum putamus: vt diligenter ac breuiter hec etiam pars abſoluatur: per partium orationis ordinem: documenta exponi debere intelligo. Partes orationis demonſtratiue / ita vt in aliis ſex eſſe putamus / exordium ſpferme per principium tractatur. Nam etſi ex conſuetudine accidat: vt in nōnullis venetie ciuitatibus fieri vidi: vt neceſſe ſit aliquē laudare: quāuis minime probus videatur. tamen beniuolentia capta ex hoc ipſo quod officio noſtro fiat: ⁊ quod bonam conſuetudinem ſeruandam putamus: que probos meliores improbos bonos ſepe reddere conſueuit: ad reliquas orationis partes veniemus de quibus mox dicetur. Principium ergo: aut ab noſtra: aut ab eius de quo dicitur: aut ab eorum qui audiunt perſona: aut a rebus ipſis ſumitur. A noſtra perſona: ſi laudamus: aut officio facere vel quod cauſa neceſſitudinis intercedat. vel quod in eo loco honore dignitateque ſimus: in qua qui fuerunt ſemper huiuſmodi minus ſuſceperint. Hoc tamen tum

tamen tum faciendum arbitramur: quum nō bone effugere poſſumus: quin vel improbum laudemus. quo in caſu etiam illa nō erunt aliena. nos ideo ſuſcepiſſe laborē vt opera noſtra non paruam vtilitatem vniuerſe ciuitati conferamus: bene nos perſpexiſſe laude improbos probos: bonos meliores fieri. hic tamen ſi is quoqꝫ audiret: de quo dicimus: ne eum offendamus: addere poſſumus certo ſcire nos hunc probatum virum ita excitari laudibus: vt ex probo meliorem futurū non dubitemus: aut a ſtudio facere affirmabimus: quod huiuſmodi virtutis ſint: qui laudātur: vt ex laude ipſorum appareat qualis noſterqꝫ animus ſit: ⁊ ſimul nobiſcum ceteri ad ſimilē virtutē accēdātur. Si vituperabimus: aut merito facere: q̄ ita tractati ſumus aut ſtudio quod vtile putemus eſſe ab omnibus vnicā maliciam atqꝫ nequitiā cognoſci vel quod placet oſtendi qui de nobis diſpliceat: aut officio: quod in eo loco honore dignitateqꝫ ſimus: vt hoc nobis vel neceſſe faciendum ſit. Ab eius perſona de quo dicimus: ſi laudabimus dicemus illius facta poſſe verbis cōſequi neminem: quoniā huiuſmodi ſint: vt omnium laudatorum eloquentiam facile anteire poſſint: omnes illius virtutes predicare oportere: vix aliquid eo dignum ab omnibus dici poſſe. Si vituperabimus paucis commutatis eodem fere modo dicemus. Nam quoniā laus vituperationi oppoſita eſt / ſi pauca laudationis verba in contrarium vertes vituperationē nimirū conficies. Ab auditorū pſona: ſi apud eos laudabimus: qui hominem cognouerint: dicemus nos monendi cauſa pauca dicturos. Sin eſſent ignari vt talem virum velint cognoſcere petemus: quoniam in eodem virtutis ſtudio ſunt: qui audiūt: atqꝫ ille quē laudaturi ſumus. Preterea ſpare nos facile his huius fcā probaturos: qui ad hec ſponte parati ſunt: qui quum ſua ſtudia preclaris viris placuiſſe videant: alacriores ad complectendam huiuſmodi virtutē efficientur. Cōtraria erit virtuperatio: quoniam nouerint pauca de malitia: nequitiaque eius dicturos: quod ignorarent: petemus vt cognoſcere velint vti ſingularem malitiam vitare poſſint. Preterea ſperare nos illius vitam ipſos vehementer improbaturos: quoniā diſſimiles ſint. Ab rebus ipſis icertum eſſe quid potiſſimum ex tanta multitudine rerū quas optime geſſit: laudare debeamus: vereri ne quum multa dixerimus: plura pretereamus: nullam eſſe orationem: que illius factis non vincatur: ⁊ ſi quem ex eloquentia laudaturi ſumus: in hac excellentia rerum ipſius opus eſſe oratiōe dicem⁹ ⁊ que huiuſmodi ſunt: quibus contraria ſumuntur in vituperatione. Principio ita tractato: narratio non erit vlla: q̄ neceſſario cōſequatur: ſed ſi quid inciderit quodaliquod factum eius de quo loquimur nobis narrandum ſit: eū laude ac virtuperatione ampla prout res poſtulat narrabimus: ſed narratio ſicut nunquam fere incidit: quum laudamus: cuius facta nota ſint: ⁊ ſola amplificatiōe indigent: ſic ſemper inuentur: quum quid fecerit ignotum ſit: que non vno in loco tota vt in aliis generibus cogitur: ſed paſſim: vt quicquam amplificandum eſt: breuiter narratur: quod ⁊ in aliis accidere poſſe propter multitudinem rerum non ex reo ſolum: vt dictum eſt: verumetiam ex acuſatore Cicero in Verrē teſtatur. Diuiſione vtemur cōmode ſi naturam eius rei quam laudamus diligenter quibus conſiſtat conſyderabimus. non. n. oportet (vt plurimi putant) quoniam omnis demōſtratio: aut ex rebus quas externas appellant: aut ex his: quas corpori aut animo attribuūt in has partes ſemper orationem diſtribuere: Nam ⁊ faſtidium auditoribus pareret ſi ſepius fieret: ⁊ ignorantie vitium non euitaret: ſi quis rei naturā relinqueret: ⁊ his cōmunibus ſemper eſſet occupatus. Quare optimum factu putamus vt in iudicio atqꝫ conſilio is bene partitur qui quū oīa quibus facile abſolui poſſit eā conſyderauit: ea reducit in pauciſſima quedam genera: quibus in diuiſione vtitur: ſic hoc in genere: ſi poeta verbigratia vel orator laudandus eſt: danda eſt opera: vt intelligamus quibus rebus poeta eximius aut eloquentiſſimus orator ad tantam facultatem profe-

De tamen matie generibus video conſtare amplificationē incremēto. comparatione. ratiocinatiōe. congerie. Incremētū eſt potentiſſimus cum magna videtur etiam que inferiora ſunt. Id aut gradu vno ſit. aut pluribus. per id venitur non modo ad ſummum. ſed interiā quodāmodo ſupra ſummum. Omnibus his ſufficit vel vnum Ciceronis exemplū. Facinus eſt vinciri ciuem romanum. ſcelus verberari prope parricidium necari. quid dicam in crucem tollē. Nā ⁊ ſi tantum verberatus eēt. vno gradu increuerat. ponendo etiam id eē ſceleſtius q̄d erat inferius. Et ſi tātum occiſus eſſet. per plures grad⁹ aſcenderat. Cum vero dixerit prope parricidiū necare. ſupra quod nihil eſt: adiecit. quid dicam i crucē tollere. Ita cum id quod maximū eſſet occupaſſet. neceſſe erat in eo q̄d vltra eſt verba deficere. Fit ⁊ aliter ſupra ſummum adiectio. vt apud Vergiliū d̄ Lauſo. Quo pulchrior alter nō fuit excepto laurētis corpore turni. Summum eſt enī quo pulchrior alter nō fuit. Hic deinde aliquid ſupra poſitum eſt. Tertius quoque eſt modus ad quem nō per gradus itur. ⁊

cuis ſit/que omnia ad quã pauciora maxime poſſumus reducemus/deinde vnum quod ꝗ etiam eorum ſi in plura diuiditur/locis ſuis diſtribuemus. Sic enim elo quẽtie magiſter Cicero/ cuius quum clariſſimas legimus orationes/multa diuina huius artis ornamenta nobis affluunt/quum ſcribimus/ea ſolum notamus/que occurũt/ſic inquam ipſe in oratione pro Pompeio preficiendo in ea parte fecit/in qua ſummas imperatoris laudes diligenter perſecutus eſt/ vbi ⁊ ſi laudatio ipſa Pom. propter conſultationem adhibita ſit/diuiſio tamen nõ aliena ab ea diſtributione eſt/que ſi ſummũ imperatorem laudare vellet/nõ vt preficeretur/ſed vt clarior fieret adhibenda fuiſſet. quid ergo dicit. Ego enim ſic exiſtimo in ſummo imperatore quattuor has res ineſſe oportere/ſcientiam rei militaris/virtutem. auctoritatem/felicitatem. Oportet igitur ſi Ciceronẽ imitari velis in eas partes breuiter ac abſolute diuidere/que totam rem complectuntur/atque conſtituunt. deinde ſingulas partes loco ſuo in minora decidere/ſi ita faciendum videbitur/aut etiam nõ diſtincte:ſed paulo confuſius agere/ſi hoc commodius fuerit:quod ipſe in eadem oratiõe factitauit. Nam quum multas dicat eſſe virtutes imperatorias multaſqꝫ numeret confuſius poſt eas inſequitur quam ad diſtinctam diuiſionem pertineat. Quod quare faciat:aut in commentarijs eiuſdem orõnis:aut quum de ſumma grauitate oratoris agemus latius dicetur.

## De confirmatione ⁊ confutatione demonſtratiui generis.

Nunc quoniã de confirmatione ⁊ cõfutatione huius generis dicẽdũ eſt: ꝗ ptes oratiõis nũquã bñ poſſe tractari videntur:niſi quis cõſtitutionẽ cauſe nouerit habeat ne cõſtõnem demonſtratio diſſerendum eſt. Magni enim intereſt: quũ in cauſa proponitur ſcire ſit ne conſtõ querenda: que totam cauſam contineat:quam principalem nominamus:an in dicendo ſolum emergat atqꝫ erumpat:quam incidentem dicimus:qua in re difficili atque obſcura vererer equidem:quod ſentio aperire:niſi viderem nullo pudore multos in mediũ afferre/que opinatur:etſi non ſolum falſa: verumetiam inutilia nimium ad dicendum exiſtant. Dicunt enim demonſtratiuam cauſam:non minus quam deliberatiuam:vel etiam iudicialem:conſtitutiones ſuſcipere:quẽ errorem tam magnum:tã ad dicendũ icõmodum:tunc iure reprehendiſſe arbitrabimur: quũ eas rationes:quibus niti videtur:confutauerimus:quod vt facilius fiat:rationes eorum prius breuiter exponemus. Primo igitur Ciceronis: Quintiliani: Victorini: Martialis cuiuſdã auctoritate ratum dicunt eſſe:quod ſentiunt:deinde nullam unquam cauſam cenſent eſſe dicendam:que conſtitutione aliqua non contineatur. Quare cecos nos penitus eẽ aſſerũt ſi demonſtrationem ⁊ cauſam eſſe cenſemus: ⁊ nulla conſtitutione complecti. hoc enim natura ipſius rei nullo pacto fieri poſſe affirmant. Idem enim aſſerũt eſſe hominem ſine ratione:⁊ cauſam ſine ſtatu inueniri poſſe. Tertio facti aiunt controuerſiam in omnia tempora diſtribui. Nam ⁊ quid factum ſit poteſt queri: hoc modo. Occiderit ne aiacem vlyxes ⁊ quid ſit hoc pacto:bono ne animo ſint erga rẽ pu. fregellani:⁊ quid futurum ſit hoc mõ. Si carthaginẽ relinquerimus incolumẽ: nunquid ſit incommodum ad rem pub. peruenturum. Hec enim a Cicerone ipſo in primo rhetoricorum ita expoſita ſunt:quo fit. vt ad hanc rationem auctoritas quoque tanti viri accedat:in quibus omnibus cum coniectura comprehendatur/eam coniecturam que in preſenti tempore verſatur: vel victorino teſtante:quum deſcribendi fregellani:ac ex laude:vel vituperatione ipſorum demonſtrandum ſit: bonũne vel malum erga rem pu. gerant animum demonſtrationis eſſe dicũt. Quarto ſi clariſſimorum hominum orationes in demonſtratiuo genere conſtitutionibus abſolute ſunt:neceſſe eſſe dicunt:vt vel male huiuſmodi orationes conſcriptas arbitremini:vel non poſſe demonſtrationem conſtitui ſine conſtitutione aliqua concedatiſ.

At conſtat

quod non eſt pluſ quam maximum ſed quo nihil maius eſt. Matrem tuã occidiſti:quid dicam amplius? matrem tuam occidiſti. Haꝫ ⁊ hoc augendi genus ē. tantũ aliquid efficeret:vt non poſſit augeri. Creſcit oratio minus aper te. ſz neſcio an hoc ipſo efficacius cũ citra diſtinctionẽ in contextu ⁊ curſu ſemper aliquid priore maius inſequitur. vt de vomitu in Antoniũ Cicero. In cetu vero populi romani negocium publicum gerẽs magiſter equitũ. Singula incrementũ habent. Per ſe deforme. vel non in cetu vomere. in cetu etiam non populi. & non romani. vel ſi nullũ negocium ageret. vel ſi non publicũ vel ſi non magiſter equitum. Sed alius diuideret hoc. ⁊ circa ſingulos gradus moraretur. Hic in ſublime etiam currit. ⁊ ad ſummũ nõ peruenit niſu ſz impetu. Verum vt hec amplificatio in ſuperiora tẽdit ita que fit per cõparationem. incrementum ex minoribus petit. Augendo enim quod eſt infra. neceſſe ẽ extollat id quod ſupra poſitum eſt. vt idem atque i eodẽ loco. Si hoc tibi interceſſiſſet in illis manibus poſſuiſſe eius accidiſſet. quis non turpe diceret. In ce

At conſtat ſi quintiliano credendum eſt. C. Ceſarem in vituperãdo Catone tribus viſum fuiſſe conſtitutionibus: idqꝫ Ciceronem ipſum notaſſe:aut ergo caſu:aut impetu quodam nature:a qua tamen profecta omnis ars eſt:non arte Catonem vir ille vituperauit:aut ſi arte vſus eſt:non poteſtis negare conſtitutiones ita demõſtratiuũ habere genus:vt ne genus quidem ſit:ab omni conſtitutione deſtituatur Nam primũ quidem ſi diceris. C. Ceſarem impetu non arte vituperationem illam edidiſſe:nihil amplius nobis vobiſcum erit:qui tam impudenter huius artificij auctores contemnatis:hec illi quum dicunt contentionis nobis multo cupidiores eſſe videntur quam veritatis. Ita enim eos cõtrouerſia verbi exagitat:vt neqꝫ ſeipſos neque nos recte intelligere videantur:verum vt apertiſſime oẽs percipiant quibus vel parum huius facultatis ineſt rem ſicut intelligi debent breuiter exponemus: deinde argumentis rationibuſque ſuis facilius reſpõdebimus. Demõſtratiuũ genus:quũ ſimplex eſt ac purum hoc eſt ſolũ demonſtratiuum abſqꝫ deliberatione quapiam atque iudicio ſemper id amplectitur:quod certum eſt:quod cum veterum vſu:quo inuenta omnis demonſtratio eſt:⁊ conſuetudine laudãdi vituperandiqꝫ tum marie ratione comprobatur. Nam ⁊ qui vltima demonſtrationis initia querunt:inde aſſerunt laudandi conſuetudinem ortam:quod qui in gymnaſijs:paleſtra:ceſtu:curſura hiſqꝫ huiuſmodi generibus:alijs in contentione vincebant ⁊ coronari ⁊ laudari ſolebant. Quam rem pindari ode:quibus olympionicos ad aſtra tollit: confirmant: qua in laudatione non ſolum res:ſed ne ſuſpitione quidem affuit vnquam aduerſarius. hanc conſuetudinem inde acceptam:omnes quoqꝫ oratores:qui in hoc genere verſati ſunt:diligenter conſeruant. Raro enim huiuſmodi orationem inuenies.in qua ſibi orator aduerſarium totius huiuſmodi cauſe confingere audeat: quod rõne fieri neceſſe eſt. Non enim videtur abſque ratione fieri:quod crebro fiat. Quare ſi rationem aperuerimus:⁊ priſtinam conſuetudinem:⁊ orationis vſum:recte ſine aduerſario conſtitutam intelligemus. Si laudator ⁊ vituperator hoc in genere inter ſe aduerſarij non ſunt:nemo vnquam aduerſarius inueniri poterit. Nã quum ita inter ſe oppoſite ſint laus ⁊ vituperatio:vt accuſatio ⁊ defenſio: perſuaſio ⁊ diſſuaſio; oportet vt accuſator defẽſori ⁊ diſſuaſori ſuaſor:ſic vituperatorem laudanti aduerſarium eſſe. At in demonſtratiuo genere laudator vituperanti nunquam re aduerſarius eſt. Relinquitur ergo vt genus hoc aduerſario careat. Nam ſi quis Ciceronem verbigratia laudandũ contendit:atqꝫ alius eundem non laudandum opinatur iiqꝫ inter ſe aduerſarij ſint:iam huiuſmodi demonſtratio de natura ſui decidit:⁊ aut iudiciale:aut deliberatiuum genus cõplexa eſt:quomodo non negamus cõſtitutiones in demoſtrationem incidere. Verum queſtio non de hoc:neqꝫ de incidenti conſtitutione habetur: de qua paulopoſt videbimus: ſed vtrum demonſtratiuo generi ex natura ſui principalis non incidens conſtitutio attribui poſſit:quod adeo falſũ ẽ: itaqꝫ aliena omni ab demonſtratione conſtitutio videtur: vt nec demonſtratio quidem ſit:ſi conſtitutionem recipiat. Neceſſe eſt enim vbicunque conſtitutio inuenitur:ibi ⁊ aduerſarios de re aliqua inter ſe contendere. Eſt enim:vt ⁊ nobis in primo expoſitum eſt:⁊ omnes conclamant nihil aliud conſtitutio niſi defenſoris prima depulſio cum accuſatoris inſimulatione coniuncta. Porro quum aduerſarij de re quapiam contendunt:tunc decerni:diiudicarique aliquid neceſſe eſt: quod primo iudiciali deinde deliberatiuo accidit. Quare demonſtratiui generis proprium erit omni conſtitutione carere. Aliter enim res:que demonſtratiuo generi ſubijcitur: certa non erit:ſed in controuerſiam trahetur. laudandus eſt:quod linguam latinam eloquentia ſua decoraſſet Cicero: ſi nullus contradicit demonſtratio pura eſt: neque ob id qui laudat tacere debet:quod enim laudandus ſit:omnes laudatori tacite cõcedimus:quibus vero laudibus:quam amplis:quam firmis rationibus compro-

tu vero populi romani. Sed in Catilinã. Serui mehercle mei. ſi me iſto pacto metuerent. vt te metuũt omnes ciues tui. domum meam relinquendam putarem. Interi propoſito velut ſimili exemplo efficiẽdum eſt. vt ſit maius id quod ꝑ nobis exaggerandũ eſt. vt idem pro. Cluentio. Cũ ceſpoſuiſſet Mileſiam quandam a ſecundis heredibus pro aborru pecuniã accepiſſe. quãto inquit Oppianicus in eadem iniuria maiore ſupplicio dignus? Si quidem illa cum ſuo corpori vim attuliſſet. ſe ipſam cruciauit. Hic autẽ idẽ illud effecit per alieni corporis vim atqꝫ cruciatum. Hec putet quiſquam hoc. quã quã eſt ſimile illi ex argumentis loco quo maiora ex minoribus colliguntur. idem eſſe. Ille enim probatio petitur hic amplificatio. Sicut in Oppianico. non id agitur in illa cõparatione. vt ille male fecerit. ſed vt peius. Eſt tamen quamquam diuerſarum rerũ quedam vicinia. Repetam itaque hic quoque idem quo ſum illic uſ exemplum. ſz non in eundem vſum. Nam hec nihilo oſtendendum ẽ augendi gratia non tota modo totis. ſed etiam partes partibus compa

ratiſſiant hoc loco An vero vir ãpliſſimus Pub. Scipio põ.mar. Tib. Gracchum mediocriter labefactantem ſtatuȝ rei pu. priuatus interfecit:Catilinã orbem terre cede atque incendio vaſtare cupientẽ nos conſules perferemus. Hic ⁊ Catilina Graccho. et ſtatus reipu. orbi terrarum. ⁊ mediocris labefactatio cedi ⁊ incendijs ⁊ vaſtationi. ⁊ priuatus conſulibus comparatur. que ſiquis dilatare velit plenos per ſingula locos habet. Quas dixi per rõcinationem fieri amplificationes. videamus an ſatis proprio verbo ſignificauerĩ. nec ſum in hoc ſollicitus. dum res ipſa volentibus diſcere appareat. Hoc ſum tamen ſecutus. quod hec amplificatio alibi poſita eſt. alibi valet vt aliud creſcat. aliud augetur. Ide ad id quod extolli volumus ratio deducitur. Obiecturus Antonio Cicero merum ⁊ vomitum. Tu iſtis faucibus iſtis lateribus iſta gladiatoria totius corporis firmitate. Quid fauces ⁊ latera ad ebrietatem. minime ſũt ocioſa. Nam reſpicientes ad hec poſſumus eſtimare: quantum ille vini in Hippie nuptijs exhauſerit. qđ ferre ⁊ coquere non poſſet illa

baris:audire deſyderabimus:quo fit vt ea:que in conſiſtentia in alijs generibus eſſent:hic conſiſtant:neque pugnantia dicimus quod cõſiſtere aliquid abſq; ſtatu putemus. Hoc enim generibus ceteris accidit neceſſario:qđ ⁊ aduerſarij ſint. ⁊ principales ſtatus:⁊ quidem clare ac explicite inueniantur. Hic tamen vnde principalis oriatur re non ſit:vt tibi ipſi obijcis:ac aduerſarium adeſſe fingis. Ita ſtatum occulte ⁊ implicite oriri neceſſe eſt/quod ad conſtituendam cauſam in demonſtratiuo genere ſufficere res ipſa docet. His ita dictis rationes ſuas quales nam ſint conſyderemus. primum inquiunt:vt Cicero in veteri:⁊ Victorinus:qui eos libros rhetoricorum exponit omni in genere incidere conſtitutiones confirmant. Nam quũ dicitur bono ne animo ſint erga rem pu. fregellani deſcribendi nobis ſunt fregellani:qui ſemper videbantur aduerſi. Quare hoc in themate demonſtrationem contineri. Victorinus putauit: ¶ Neque nos negamus/ſed tamen principalis hic cauſa demonſtratiua non eſt: ſed ad probationem principalis incidit cauſe. Nam vt ſepe dictum eſt/non ab eo quod probat: ſed ab eo quod probatur cauſe conſpiciende ſunt. At hic principale illud bono ne animo ſint demonſtrationis non eſt: quod vel ipſa propoſitione preclarũ eſt. Sic enim in duobus generibus in demonſtratiuo certius vt omnis abſit controuerſia proponitur:hoc pacto. bono animo ſũt fregellani erga nos. Principale igitur illud non eſt/quod aduerſi rei.p. alias quoque fuiſſent/aut non/ſed ⁊ certũ ex hiſtoria eſſe poteſt/⁊ principalem queſtionem probat. Quare/ſi qua etiã conſtitutione hoc ſecundum pertractandum fuerit/ea nõ principalis/ſed incidens cõſtitutio dicenda eſt. Neq; tamen hec ps ſi per ſe tota conſyderatur/recte demonſtrationis erit/ſi cõſtitutionem recipiat/oportebit enim depulſionem intelligere/qua demonſtratio caret. Nos:autẽ non de huiuſmodi/ſed de pura demonſtratione/neq; de incidẽti ſtatu/ſed de pricipali diſputamus. Nam incidens quidem non in huius cauſis ſolum:ſed etiam in his:que vere demonſtratiue ſunt inuenitur. vt ſi cum laudeȝ Ciceronem iure parentem patrie ipſum appellandum putem:qđ Catiline infregit cõſilia:idq; vterer ne equo animo auditores acciperent:atq; propterea mihi ipſe obijcerem obiectaq; refellerem:incidenti conſtitutione iuridiciali in demonſtratiuo genere vterer. qđ ſepiſſime fieri non negamus. totam ẽt q̃ſtioneȝ demonſtrationis laudandum nec ne aliquem videri conſtitutione:pro vt qui dicit aduerſarium ſibi fingit implicite contineri cenſemus:aperte querendum per negamus. Nulla enim eſt:quod qui contra dicunt non intellexerunt:aut conſulto pretermiſerunt. Quare nobis videtur ſi auctoritas eius qui demonſtrationi ſtatum attribunt tanta eſt:vt negari honeſte non poſſit de incidenti locutum conſtitutione dicendum eſſe quod ⁊ Ciceronis exemplo:bono ne animo ſint erga nos fregellani latiſſime patet:in quo ea ipſa demõſtratio:⁊ alij coniungitur: ⁊ principalis non eſt:deinde quum nullo pacto cauſam ſine ſtatu poſſe conſtitui arbitrentur:vehementer errant. Cauſa enim ẽ res que cum certarum perſonarum interpoſitione in dicendo proponitur. Conſtitutio vero eſt prima deprecatio defenſoris cum accuſatoris inſimulatione coniuncta. Quare conſtitutio quidem omnis:⁊ cauſa erit:Habet enim certas perſonas defenſoris:⁊ accuſatoris:aut ſuaſoris ⁊ diſſuaſoris. Nihil.n. refert quantum ad hanc rem hoc aut illo vocabulo contendentes appellare:non autem idcirco ⁊ cauſa omnis conſtitutionem neceſſario complectetur. Nam vt proprium eſt conſtitutionis controuerſia:ita cauſe proprium omnes aiunt certarum perſonarum interpoſitionem. Id autem etiam ſine controuerſia conſiſtere poſſe quis non viderit. Nam quum ſit controuerſia certarũ perſonaruȝ de re quapiam contentio ipſa quidem cauſa eſt:⁊ iudiciali maxime:tum ab allijs:tum a Cicerone ad herennium attribuitur. Cauſa vero quum certam perſonaȝ requirat: eamq; abſque controuerſia ac contentione poſſit adipiſci:demonſtrationem ſine conſtitu-

tione conſtitui

tibus orationis conuenire videantur ita intelligenda ſunt / vt ibi ſolū huiuſmodi vo
cis habitū adhibendum arbitremur. Sed que huiuſmodi ſunt: vt earum partiū ſen
tentijs cohortatiōis verbi gratia aut conqueſtioni ſimilia ſint: ea in quacunqȝ orō-
nis parte inueniuntur: ſimili quodam modo pronuncianda cenſemus. Itē non hec
tantūmodo ſimplicia genera inueniri: ſed multa ex his cōpoſita: vt illud in tertio in
verrē. Tante ne tue verres libidines erunt: vt eas capere ac ſuſtinere nō prouincie
populi romani non nationes extere poſſint. Tu ne quod videris: quod audieris: qḋ
cōcupieris: qḋ cogitaris: niſi id ad nutum tuum preſto fuerit: niſi libidini: tueqȝ cu
piditati paruerit illigentur homines: expugnabuntur domus: ciuitates non modo
paccate: verumetiam ſociorum atqȝ amicorum ad vim atqȝ arma confugient: ⁊ ab
hac atqȝ liberis ſuis legati populi. romani. ſcelus ac libidinē propulſare poſſint. Nā
hic cum cohortationis plurimum inſit: tamen oratio a continuationis voce alie-
na non eſt. Quare ea vocis qualitas verbis attribuetur: que cohortatione ac con
tinuatione conficitur. Et illud pro. pub. Sylla: niſi forte regnum tibi videtur ita vi-
uere / vt non modo homini nemini: ſed ne cupiditati: quod vlli ſeruias: contemnere
omnes libidines: non auri: non argenti: non ceterarum rerum indigere: in ſenatu
ſentire: libere populi vtilitati magis conſulere quā voluntati: nemini cedere: multiſ
obſiſtere: ſi hoc putas eſſe regnum me regem eſſe confiteor. Nam hic demon-
ſtratio dignitas ⁊ continuatio in pronunciatione commixte ſunt. Demonſtratio
quoniam docet quomodo quis vere rex / quod poteſtatis ſue ſic extimari poteſt:
dignitas: vel quod bonum virum diſtribuit: vel ſeipſum naturamque ſuā ⁊ mores

quales ſint aperit. Continuatio: quod volubili quodam clamore verba proferenda
ſint. quare pronunciationis vocem in hoc exēplo abſq3 dubio ex his tribus ita mixtā
eſſe oportebit: vt vnū quod ex omnibus confici intelligatur. diligēter ergo animad-
uertere debemus quid ſimplici genere vocis ex his octo/que dicta ſunt quid cōpo
ſitione quorundā pronunciādum ſit: que quidam cōpoſita genera vocis ſimplicia
eſſe intelligamus. Verū quoniam aliter dici non poſſunt. Neq3.n. nomina tam di-
uerſarum vocum habemus/nec ſi haberemus oporteret longiores eſſe in ea re que
facile intelligitur: cōpoſitione eorū q̄ dicta ſunt: cetera ꝑcipiantur. Dabimus ergo
operā id induſtria exercitationeq3 noſtra conficere: quod vt facile intellectu ita fa-
ctu difficillimum eſt. Nam quantū hoc res oratori vtilitatis afferat ⁊ demoſthenes
qui ſatyri cuiuſdam ludicri ſuaſu magnam in hac re operam conſumpſit. Et Cice-
ro: qui Roſcio ac Eſopo formandum ſe ad pronunciationem tradidit duo clariſ-
ſimi oratores atq3 ſoli hoc nomine digni facile oſtendunt. Verū de figura vocis ſa-
tis dictum erit: ſi id tangitur vnum etiam orationis contextum ita varia voce pro-
ferēdū: vt initia depreſſione que ſequuntur pro qualitate rerū maiore clarioreq3 vo
ce dicenda ſint. Nec eni melius aliquid aut clarius in pronunciatione ꝑcipi poſſe
crediderim quam vt naturā rerū ſequamur: q̄ animi quodā impellēt: ipetu: vt alia
fuſca alia clara nōnulli exili quadam plena: hilari: meſta: flebili: ridiculoſa: depreſſa:
acuta: clamoſa: humili: tarda cita voce dicamus. Nunc de corporis motu dicēdum
videtur. Motus ē corporis geſtus: ⁊ vultus q̄dā moderatio: que ꝓbabiliora reddit
ea que pronunciātur. Conuenit igitur in uultu pudorem ⁊ acrimoniam ineſſe: in
geſtu nec venuſtatem conſpiciendam: nec turpitudinem eſſe: ne hoc aut hiſtriones
aut operarij eſſe videamur: ab iiſdē ergo ꝑtibus in quas vox eſt diſtributa motuſq3
corporis ratio accōmodanda videtur. Nam ſi erit ſermo in dignitate ſtante in veſti
gio leui dextre motu loqui oportebit: hilaritate: triſtitia: mediocritate vultus ad ſer
monis ſententias accōmodatus. Sin erit in demōſtratione ſermo paulum corpora
ceruicibus dimittemus. Nam ⁊ hoc eſt natura datū: vt quā proxime vultus admo
ueamus: ſi quā rem docere auditores: ⁊ vehemēter vt credant inſtigare velimus.
Sin erit in narratione ſermo: idē motus poterit idoneus eſſe: qui pauloante demon
ſtrabatur in dignitate. Si in iocatiōe vultu quādā debebimus hilaritatē ſignificare
ſine cōmutatiōe geſtus Sin cōtendimus: per cōtinuationem brachio celeri: mobili
vultu: acri aſpectu vtemur. Sin contentio fiet ꝑ diſtributionē porrectioneq3 celeris
brachij in ambulatione pedis dextri rara ſupplauſione: ⁊ defixo aſpectu vti oportebit
Sin vtemur cohortatiōe per amplificationē paulo tardiore: ⁊ cōſyderatiōe geſtu cō
uenit vti ſimilibus rebus atq3 in contentione ꝑ continuationem. Si vtamur ampli-
ficatione ꝑ cōqueſtionē feminco plāgore capitis ictu nōnunquā ſedato cōſtāti geſtu
meſto ⁊ conturbato vultu vti oportebit. Sed demotu corporis quicunq3 earū octo
partiū conueniat ſatis dictū eſt. in his vero ſententijs cōpoſitionibuſq3 verborū/q̄
ex his quodāmodo componi videntur: non vt de voce dicebamus: ſic arbitramur
mediū quendam modū inuenire oportere: qui ipſis ꝑtibus: ex quibus conſtare orō
videtur conſentaneus ſit. Hoc.n. nobis non difficile factu ſolum ſemꝑ ferme impoſſi
bile ſemꝑ viſum eſt. Neq3 ſi fieri etiam facile poſſit egregiam in eo vtilitatem eſſe in
telligimus. Non ergo cōpoſitus nobis motus querendus: ſed ad id accōmodādus
quod maiorē vim in oratione habere videtur. hec ſunt: que de pronunciatiōe vir ille
ad herēnium cōſcripſit: que inde accepta: ne quid huius artificij lectores deſyderēt
operi noſtro ⁊ quidem explanatius inſeruimus/que omnia ille mihi conſequetur/
qui ita dicit: vt animū inducat ea videre: eaq3 tāgere: ipſiſq3 in rebus verſari: quas
oratiōe explanare conſtituit. nam quum pronunciatio ad mouendum animos potiſ
ſimum accōmodetur. a motione quoque animi potiſſimuz proficiſcatur. Quare nec
recte pronuntiabit:

recte pronuntiabit: qui cōmotus non eſt: nec alios afficiet: non affectus: qui vero di
cendarū rerū imaginem animo concipere conſueſcit: is ſi quid exercitationis adhi-
buerit: mirabilem ſe in pronuntiando oratorem reddet: quod in conſequendis ꝑpō
dere rerum dicendis generibus plurimum exercitatio prodeſſe non negauerim.

CEteris omnibus rhetorice facultatis par
tibus elocutio mihi diligentius tractanda videtur: nō ſo-
lū quoniā omnino ab artis ſcriptoribus neglecta eſt: verū
quoniā inter alias vtiliſſima videatur. Nam inuētio: quā
facile primam conceſſerim: nec omniuz etatuz eſt: nec rhe
toris ſolūmodo preceptione contenta eſt. Naz ⁊ vſuz mul
tarum rerum ⁊ diuinam quandā cōplurium negociorū me-
moriā flagitat: ⁊ ſecundarū aduerſariarūq3 rerum vericu
lo confirmatur: ⁊ legū atq3 inſtitutionum ciuitatis ſciētia
dialecticaq3 ſubtilitate iuuatur: que omnia rhetorica ꝑceptione colligere impoſſibi
le eſt. Multa.n. aut pene infinita ſunt: quare niſi quis multa viderit: audiuerit: tra
ctauerit: quid de re propoſita dicat non habebit. Quāobrem vix demum in ſenectu-
te eius inuentionis copiā habere poſſumus/que rebus/ꝑſonis/locis/temporibus:
cauſis ſic accōmodatur: vt oratori digna eſſe videatur. At elocutio omniū etatū eſt:
⁊ rhetoris ſola preceptione abſoluitur non minus.n. adoleſcēs ac iuuenis ne magis
ēt dicam viro aut ſene cōpoſitione: clauſula: numero/ceteriſq3 huiuſmodi ducitur.
Nam ſenex ſniarū grauitate magis/iuuenis ſuauitate verborū delectatur. Rheto-
ri aūt adeo ꝓpriū eſt de elocutione dicere: vt multi fuerint: qui memoriā ⁊ pronun
ciationē natura ſolū inuentionē ⁊ diſpoſitionem alijs artibus quibus prudentia: ⁊ i
geniū acuitur nō rhetorica (male illi quod/ſed forſaſſis ſuſtentari poſſent) conſtare
putarint. Elocutionē nemo vnquā auſus eſt oratori eripere: hac.n. efficitur vt quū
ornate: diſtincte: aperteq3 dicas eloquens merito eſſe videaris. quaſobres elocutio
mihi ceteris rebus anteponēda videtur/ꝑſertim quum videā quod inueneris etiaz
ſi optimū ſit deiectum tn̄ niſi elocutione ꝑpolitum ſit: depreſſumq3 videri. Preterea
pulcherrimū omnium eſſe credendum eſt/ea in re ceteris omnibus preſtare/qua ip
ſa natura hominum cunctis animantibus antecellat. Quare ſi loqui propriū homi
nis eſt/ea que re a ceteris maxime animantibus differt: Nemini dubiū eſſe puto: ꝑi
um rerū/quas natura humano generi prebuit: elocutionem eſſe preſtantiſſimā. Nā
ratio quidē ipſa: que in mentis intellectuſq3 abditis recondita eſt/niſi oratione fue
rit elicita/tantum ſplendoris habet quantum ignis abſtruſus in ſilice: queq3 niſi fer
ro ꝓuocetur: nec ignem quidem aliquis vnquā appellabit. Quare ſi quam maximū
orōnes nr̄as fulgorē edere deſyderamus: elocutionis ꝑcepta imprimis rōne ꝑcipiē
da/exercitatione firmanda: ⁊ vſu ita nobis faciliora conficienda ſunt: vt nobiſcū na
ta eſſe videātur. Preſertim quū ipſa natura/que in adoleſcētia ſolidiores inuētiōis
rōne ſaliarūq3 liberaliū artiū ſubtiliora theoremata aſſequi nō patitur/ad hāc rheto
rice ꝑtē nos inuitet. Nihil.n. facilius arripitur/in adoleſcētia. nihil diutius retinetur
nihil etatē eā magis oblectat ⁊ allicit/quā numeroſa explicata oratio. Quid ergo ru
dius/quā id cōtēnere: qd̄ hominē perficiat: quid icōmodius quā id abijcere: qd̄ cete
ris hoībus ꝑſtantiorē reddat: quid ignauius qui id nō aſſequi/ſine quo vitā ducere
adeo alienū ab hūanitate eſt/vt ipſa natura quo huic rei vaces tp̄s tibi cōceſſerit: nō
ne tibi in mentē venit. preſertim quū canes: boues. aſinos pſitacos ac alia hmōi mō
ſtra vel contra naturā ſuā humanas voces aut ꝑcipere aut proferre cogas/quā eru
beſcēdū ſit: ſi ea negligis: que tibi natura inſita ſūt. Sed quid opus ē verbis: oēs ita

eſſe fatentur/huic rei dandã eſſe operam nõ negant. Verũ neſcio quibus delicijs/
quibus voluptatibus corrupti ⁊ perditi ſic conſumunt adoleſcentiam: vt quum in
maiorem etatem peruenerint ſi tũc demũ qđ eloquentiã amiſerint penitere eos inci
piat ne tũ quod quum velint aliquid boni capere queant. Nã quum vel primorum
elementorũ penitus nudi ſint: aut labore repelluntur/aut faſtidio abducuntur. Ve
rum de his qui ab omni literarum ſtudio abhorrent: nimis fortaſſis multa: qui vero
philoſophiam ceteraſqȝ bonas artes profitentur ideo magis mihi reprehendendi
videntur: qđ omnia ſcientia ⁊ doctrina niſi eloquentie fulgore niteſcat: ſordida que-
dam ⁊ aſpera omnis dignitate expers auctoritate nulla erecta: nulla expolitione
ornata/nullo elata faſtigio/iacet in tenebris/quod non fugit ſocraticam omnem il-
lam familiam/nec diſciplinam ſtoicam: nec academicam latuit. neqȝ. n. facile quod
maiores noſtros: tam latinos quã grecos elegantis aliquem orationis expertẽ inue
nies. atqȝ vt omittã Carneadem. Critolaum: Ariſtippũ: Theophraſtũ: Diogenẽ:
qui eloquentes homines tantũ ceteris preſtare cenſebat hominibus/quã ipſi rudes
homines ab animantibus diſtent: vt alios omittam innumerabiles platonemqȝ ip-
ſum eloquentie fontem ceteroſqȝ: qui eius veſtigia diligenter ſecuti ſunt: Ariſtote-
lem illum ſummũ profecto philoſophie magiſtrũ. quẽ iſti ſuũ principem eſſe volunt:
quem probe totis ſequuntur viribus: quem diligunt: admirantur: amplectuntur:
Ariſtotelẽ inquã ipſum inſpiciamus. Quid ergo is philoſophie caput: ⁊ oculus elo
quẽtie ne precepta contemnit? At nemo iudicio meo ornatius: nemo diſtinctius/ne
mo numeroſius ſimul ⁊ grauius locutus eſt. Adeo vt ſi quis deum fingat humana
oratione vti non preſtantiore. neqȝ elegantiore dicendi forma eũ vti contemnere au-
ſim: que non ſe ſolũ: ſed nos quoqȝ dicere cupiẽs plura huius artis ornamẽta reli-
quit: quã hi qui ſeſe rhetores profitebãtur: Itaqȝ citius quis philoſophiã ei ademe
rit: quam eloquentiã nõ conceſſerit. Fertur enim in licio ante prandium quidem ca
deambulando ſecreta nature explicaſſe: que ipſe acroamatica nũcupabat: poſt prã
dium maiore medius fidius diei parte: oratorias artes/elocutioniſqȝ precepta tra-
didiſſe. Iudicabat enim philoſophum hominem niſi eloquens ſit parum. aut etiam
nihil ab eo differre/qui quum ſeſe diuitẽ profiteatur/tñ vel his omnibus/que na-
ture neceſſaria ſunt non mediocrẽ inopiam patitur: ⁊ recte quidem. Nam vt qui
ſe diuitem oſtentat ſi neqȝ fundos ampliſſimos nec magnificas edes habeat. Pre-
terea ſi e calceis digiti erumpant totumqȝ corpus ſordida ac feneſtrata veſte cõtectũ
ſit: is nonmodo pauper ſed egenus omnino atqȝ inops deridetur: ſic qui mundi
ſe ambitũ rerũ cauſas/celeſtiũ naturam/vnde quelibet fiant quo ruant ſcire profi-
tetur/niſi oratiõis quoque copia tanquã auro aut gẽma/exornet ⁊ illuſtret doctrinã
omni ſcientia inops videri debet. Verum hec alias latius. Nũc perinde ac pateat
elocutionẽ rerũ humanarũ principem eſſe/de ea quid precipi poſſit diligentius con
ſiderabimus/ſi hoc vnum addiderimus/non eã nos elocutionẽ approbare cui nul
la eſt ſubiecta ſententia vel ſcientia. Quid enim tam ineptũ: tam inane: tam furio-
ſum/quam verba in numerũ cõſtructa/quibus aut nihil aut a re qua de agitur alie
num aut leue quid ineſſe videatur? Nam mihi quidẽ ſi ornate numeroſeqȝ oratiõis
⁊ rerum intelligẽtie vtrum velim optio detur: hoc poſtremum tanquã diuinum ele
gerim/illud quaſi furioſum abijcerẽ. Verũ vtrumque ſimul quum inuenitur quod
vulgo erat antiquitus/his perditis temporibus ne fieri quidẽ poſſe videtur: neſcio
quid perfectum vereqȝ diuinũ efficitur: Quamobrem nobis placet ſi quis propter
etatẽ vtrũqȝ ſe habiturũ non ſperat/ſi nil aliud niſi vt ſciat querit cauſis rerum: acriſ
que ſcientijs ei potius elaborandum. Sin rei. p. gubernande gloriã appetit rhetori-
ce incumbendum eſt. vtrunque vero fieri optime poterit: ſi adoleſcentia huic matu
rior etas ceteris adhibebitur.

## ¶ De elocutione.

Elocutionis duas

ELocutionis duas facimus partes: vnam qua figuras orationis: quaſi ſyl-
uam quandam atque materiam vniuerſam: ⁊ confuſam conſyderabimus
alteram: qua ſingulas dicendi formas diſtinctius exponemus. Figure ora
tionis ſunt tres: Sublimis quam ⁊ grauem ⁊ grandem appellamus: Attenuata:
quam ⁊ infimam dicunt: ⁊ Mediocris. Sublimis eſt que conſtat ex verborum gra
uium magna ⁊ ornata compoſitione. Attenuata eſt que tam verbis: quam compoſi
tione vſque ad vitatiſſimam puri conſuetudinem ſermonis demiſſa eſt. Medio-
cris eſt ſublimi humilior: attenuata grauior oratio. Hanc nec vltimorũ: hoc eſt gra-
uis ⁊ infime ſublatione: nec permixtione quadam: aut confuſione magis quam infi
me quidem intenſione: aut incremento: grauis vero depreſſione ac remiſſione fieri
putamus. Has orationis figuras late patere arbitramur. Nam quum grauem di-
cimus: que mediocrem excedat: eã ita intelligimus: vt ⁊ paulo grauior ⁊ multo gra
uior inueniatur. Similiter etiam in attenuata: ⁊ mediocri fieri tunc clariſſimũ erit:
quum ſingula dicendi genera enodabimus. Nunc: vt diximus prius de figuris a-
gamus. Ois figura orõnis ſnis: verbis: compoſitione conſtat. In ſublimi ergo figu
ra oratio conſumetur: ſi que dignitatem habent ſententie deligentur. ¶ Eiuſ-
modi ſunt amplificationis ⁊ cõmiſerationis ſententie. Similiter quecunqȝ de deo
de rerum natura: de vita hominum: de virtute: aut vitio: de maximis rebus geſtis:
de amplitudine maiorum de liberalibus ſtudijs: ⁊ ſi que huiuſmodi ſunt. Infime
figure ſẽtẽtie ſunt: que ſic cõmuniores eſſe videntur: vt quiuis rem ſimilẽ aut ean-
dem facile inuenire poſſe putetur. Minus ſunt que nihil habere videntur ſubtilioris
⁊ altioris ſenſus. Mediocris ſunt que communem quidẽ: ac omniũ vſum excedere
videntur: non tamen afferunt tantum ponderis orationi: quantum ille ſuperiores
Verborum omnis copia tripartito diuiditur. Nam aut propria ſunt: aut innouata:
aut trãſlata. Propria dicimus certa quedã vocabula rerũ pene vna nata cũ rebus ip
ſis. Hec diuidimus in verba inuſitata: ⁊ cõtrita. Inuſitata ſunt q̃ vetuſtate ab vſu
quotidiani ſermonis iampridem intermiſſa ſunt. Contrita appellamus: que õni-
bus in ore ſunt. Inuſitata igitur ⁊ priſca grauiori orationi conueniunt. Affluit eniȝ
ſimul cum verbis vetuſtatis quedam dignitas: atque magnitudo: que orationeȝ ex
tollit. Verum rarius collocanda ſunt ne aut obſcuram reddant orationem: aut pre-
parationem ſignificent: aut oſtentationis crimen nobis adducat. Sunt item que-
dam ita vetuſta: vt tamen ab vſu remota oratio non ſint: quibus crebrius: dũ magni
tudini rerum cõueniant: vti licet: vt tempeſtas: proles: ſoboles: nuncupari: opinari
⁊ eiuſmodi: quibus loco poſitis: grandior: atque antiquior oratio ſolet videri. Con-
trita ⁊ communia infime figure accommodantur. Verum Orator etiam in his de
lectum habebit. Non enim omnibus vtetur: ſed his: que aliquãtulum a cõmuniſſi
mo ⁊ peruulgatiſſimo vſu recedunt. Nam quum omnis figura late pateat: vt dixi-
mus/etiam in infimo genere dignitatem obtinebimus. Inter hec alia ſunt: neqȝ
oĩno ab vſu abhorrentia: neqȝ quotidiana verba: que mediocri figure idonea ſũt
Veruȝ hec non ita diffinimus/vt in graui: verbigratia figura omnino velimus ver
ba magni ponderis eſſe. Nam ad omnia dicendi genera quod debere fieri dicitur
ſatis eſt: ſi ſic magis quam aliter fiat. Preterea ⁊ grauiori orationi verba nonnun-
quam quotidiana ſolum/⁊ mediocri grauia/⁊ infime ſublimiora ineſſe poſſunt:
cum compoſitione aliud quid quam natura ſua pariunt: efficiunt: vt latius paulo
poſt dicetur. Innouata verba dicimus: que ab eo: qui dicit gignũtur: aut aliqua
ex parte conformantur. Innouati verbi ratio multiplex eſt. Nam aut additione
variatur: q̃ vel in principio: vel in medio: vel in fine verbo aliquid addat: vt ſi quis:
vt amarier: vt legier dicebatur: ſic addere quicquã alijs verbis auderet qđ vitium
in latinitate putamus: aut detractiõe ſimili: que tñ in medio: vel vulgo fieri ſolet: vt

compoſitus:periculum:amaſſet pro amauiſſet:amat pro amauit:rarius ⁊ poetice licē
tie:aut compoſitione:aut verſutiloquus:quorũ omniũ maiorem licentiã poete poſ
ſidēt Orator rarius etiam quã priſca verba ex ſeipſo conficta confirmataq3 ponet.
Nam vt orationē extollũt:exornantq3 ſi raro ⁊ loco ponuntur: ita ſi crebro:⁊ preter
quã res petit:collocantur:turgidam inflatamq3 reddunt. Quare ne ſatietas fiat: li
cet nunc hoc mõ nunc illo verba in ſublimi oratione innouare:quod vt facilius fieri
poſſit:modos:quibus quodãmodo verba innouantur:⁊ transferuntur: latius expli
cemus. Affert enim hic locus ⁊ grauitatē ⁊ copiã. Innouãtur igitur verba maxime
fictione:deinde deriuatione:⁊ tropis:quos motus quidã latine appellarunt. His
enim modis plurima de nouo etiã a maioribus verſa: deducta:⁊ ficta putamus: q̃
etſi nobis ab illis accepta viſitata ſint:gratiam tamen ſuam:verſa maxime ⁊ ficta nõ
amiſerunt: ⁊ vim nõ paruam rebus adijciunt. Id ita fieri credo:q̃d hec vocecilla ſi-
gnificatione recenti floreant:deducta ipſa deriuationis conſuetudine:que taq3 voce:
quam ſignificatiõe a principio defluant:minus habent gratie:⁊ infime figure accõ
modatiora:niſi a primitiuis altius quid ſuſceperint. In deriuatione igitur obſeruã
dum:vt preceptis artis grãmatice deductio fiat. Fictio eſt que ex rei ſono quoddã
vocabulum trahit:vt rudentes.vagitus.mugire. Verum deriuare raro licet: fin
gere rarius. Nõ enim ita nouis gaudere latinos verbis:vt grecos inuenio. Quare
niſi neceſſitas cogat:aut quod iam accepimus minus ſignificare videatur. His mo
dis non innouabimus:confectis a maioribus licentius vtemur. Tropus eſt ver
bi vel ſermonis a propria ſignificatiõe mutatio. Hos multi exornationes: quos
vulgo colores dicũt:eſſe putauerũt:neq3 id abſq3 ratiõe. Nam vtriſq3 idem queritur
vis ⁊ gratia:ſed quũ tropus verſionem addat:vt a genere ſpecies differat ſermonis
tropus compoſitionis eſt. Verſio in verbis pronuntiatione:intellectione: tranſlatio
abuſiõe:appoſito:⁊ antiphraſi fieri ſolet. Ac primo de his: deinde de cõmunibus
ideſt que tam vnico in verbo:quã in cõpoſitiõe fiunt dicemus:que ſũt Illuſio: Per
mutatio:Superlatio. Pronominatio eſt que rei cuidam:quaſi cognomen quoddã
conueniens trahit. Hec multiplici ratione deducitur. Nam aut viſitatis cõficitur
verbis:⁊ circuitiõe quadam cognominat:vt ſi quis quũ loquatur de gracchis Africa
ni nepotes dicat:⁊ euerſorem Carthaginis Scipionem. Romane eloquẽtie princi
pem Ciceronē:aut fere noui verbi deriuatiõe: vel cõpoſitione:vt plagioſippus:vt
grãmatocyphon apud Demoſthenem:fit ⁊ tranſlatione/⁊ alijs tropis. In laudãdo
ergo ⁊ in ledẽdo/non inornate poterimus ex animo / corpore / vel extraneis rebus
pronominationem educere. Sed liberalius ceteris fictis parcius vtendũ cenſeo.
Intellectio eſt que a rebus propinquis ⁊ finitimis id verbũ trahit/quo poſſit intel
ligi res / qua non ſuo vocabulo ſit appellata. Id multis modis fit. Nam aut ab in-
uentore inuentum intelligitur/vt pugnatum Marte dubio dicimus Venerem pro
coitu decentius/Liberum pro vino/aut ab inuento inuentorem/aut ab inſtrumen-
to dominum/vt ſi quis ſariſſas pro Macedonibus ponat/aut id quod fit ab eo qui
facit/⁊ omnino a cauſa effectum/vt ferrum pro enſe/aut qui facit ab eo quod fit: ⁊
omnino ab effectu cauſam/vt pallidam mortem dicunt poete/⁊ vulnus pro telo.
Oratores precipitem iram/hilarem adoleſcentiam/ſegne ocium/aut ab eo quod
continet id quod continetur / vt moratas vrbes dicimus epotum poculum/ ſecu
lum felix/fabuloſam greciam/inuictam Italiam/aut ab eo quod continetur id q̃d
continet/vt hominem deuorari/cuius patrimonium conſumitur / aut ex parte to
tum vt puppis pro naui ponitur poetice/aut ex toto partem / vt ſaucius at qua
drupes in ſeptio pro ceruo ⁊ alibi etiã pro equo Nam ⁊ genus totum quoddam eſt
⁊ ſpecies pars/aut ab vno plura/vt Romanum ⁊ Gallum pro Romanis ⁊ gallis
dicimus/aut a pluribus vnum/vt anhelantia pectora. Tranſlatione eſt qua ex
vna re

vna re ad aliam non ſine ſimilitudine verbum tranſferimus. Hec ſumitur aut rei
ante oculos ponende:aut breuitatis:aut obſcenitatis vitande:aut augẽdi:aut dimi
nuendi:aut exornandi cauſa:aut denique proprij verbi inopia incenſus ira: inflam
matus cupiditate:experge factus terrore:ſignificantius dicitur:breuius. Quid fa-
ciat letas ſegetes:bello ciuitatem extinctam:obſcenitatis vitande gratia. Hoc fa
ciunt nimio ne luxu obtuſior: vſus ſit genitali aruo: ⁊ ſulcos oblimet inertis:ſed ſi-
tiens rapiat venerem:interiuſq3 recondat. Nam tranſlationum crebritate in alle-
goriam excidit:que primum honeſtatis locum tenet. Augendi cauſa. quum ſege-
tes alte:campiq3 natantes Lenibus horreſcũt flabris. Minuẽdi:in gurgite vaſto
Ornandi:eloquentie flumina ⁊ pro Milone. Cur inquit odiſſet Clodium Milo ſe
getem ac materiam glorie ſue. Tranſlationem ſi loco adhibemus: ornatiſſimam
ſimul ⁊ grauem reddemus orationem:quamuis ⁊ figuras tres amplectatur. Nam
quum neceſſitate recipitur:ab humili non recedit/⁊ ornatum retinet/vt gemmare
vites. ſitire ſegetes. Pudoris etiam habita:breuitatiſque cauſa non longe ab infi-
ma eſt. alijs ſi quidem lenius quid efficit mediocris/grauis: ſi rem extollit:aut ſi au
ditores excitat. Ad hec viſitate nimis ⁊ contrita/humilior/rarior/ aut noua gra
uior. Quod tã de intellectione:quam de alijs fere omnibus intelligendum eſt. Trã
ſlationem quadrupliciter transferri greci auctores ſunt. Nam quum omnes res
aut animales:aut inanime ſint ex animalibus ad inanima transfertur. Illud in vn-
decimo. Oceanum interea ſurgens aurora reliquit. ab inanimis ad animalia in. vij
Volucrem nubem: ab eodem ad idem in eodem. Nec quiſquam eratas acies exag
mine tanto. Nam agmen ⁊ acies de cygnis dixit. Ab inanimis ad inanima:gemma
in vitibus. In tranſlatione cauendum:ne dura ſit:ne diſſimilis. Hoc enim maxi-
me a ſimilitudine tranſlatio differt:quod illa pluribus verbis: hec ſingulis verbis
abſoluitur. Nã qui dicit:vt procellas:⁊ fretum:ita concionem eſtuare ſimilitudinē
qui fretum ⁊ procellas concionis tranſlationem fecit. Itē ne turpis:ne longinqua ſi
militudine ducta:ne immodica. i. ne nimiũ magna paruaq3 ſit:vſus quoq3 eius mo
dicus eſſe debet. Nam nimium frequens:tum tedioſus:tum obſcurus eſt: continu
us in allegoriam:⁊ enygmata erit. Verũ tranſlatio pulcherrimum orationis genus
conficiet:ſi quũ ſimilitudinis ei gratia iuncta ſit:in id tranſlationis genus declinas:
a quo ſimilitudo inceperit:vt illud ad Herennium Ciceronis. Vt hirundines eſtiuo
tempore preſto ſunt:frigore pulſe decedunt:ita falſi amici ſereno vite tẽpore adſunt
ſimul atque fortuna immutata eſt:deuolant omnes. Huiuſmodi etiam illud eſt:cui
⁊ allegorie gratia permixta eſt:quod fretum:quod euripum tot motus: tantas taq3
varias habere creditis agitationes:commutationes fluctus / quantas perturba-
tiones:⁊ quantos eſtus habet ratio comitiorum:dies intermiſſus nonnunquam
aut nox interpoſita conturbat omnia:⁊ totam opinionem parua nonnunquã com-
mutat aura rumoris. Hanc rerum conſequentiam non ſeruare:hoc eſt ſi verbi cau-
ſa:quum incendio inceperis in ruinã excas: fediſſimum in dicendo. Abuſio eſt que
facit/vt verbo ſimili ⁊ propinquo pro certo ⁊ proprio abutamur: vt magna oratio
breuioribus verbis:pro paucioribus parricida non patris ⁊ matris ſolum: ſed etiã
fratris. Appoſitum plerique latinorum vocant/quod grece dicimus epitheton.
ideſt quum alicui rei quaſi proprium accidens attribuitur. Hoc in ſoluta oratione
raro vtimur/niſi quum ſine appoſito quod dicitur minus eſt/vt o ſcelus abominan
dum/o deformem libidinem/o frenatam cupiditatem. Appoſitum ceteris ſimpli-
cibus verbi tropis/⁊ maxime intellectione/ac tranſlatione trahi ſolet:vt pallenteſ-
que habitant morbi/triſtiſque ſenectus. ⁊ turpis egeſtas. Dicitur ⁊ abſq3 tropo/vt
Demoſthenes orator/Ariſtoteles philoſophus. Eſt etiam quando quadã excellē-
tia rerum ſolum epitheton ponitur. ⁊ proprium intelligitur / quam antonomaſiã gre-

ce dicimus: vt Orator: Poeta pro Cicerone ac Virgilio. Eſt ⁊ alia verſio: quam antiphraſim greci nominant. Hec contrarium ex contrario exprimit: Huiuſmodi eſſe videntur: lucus: ⁊ officium. Sed hec horumqꝫ ſimilia longo iam vſu propriorum gratiam obtinēt: que hoc modo de nouo vertuntur. Ironie aptiſſima ſūt. eam illuſionem latine appellare placet. Illuſio ē verſio vno vel pluribus verbis oppoſitū eius oſtendens: quod dicitur. Hec aut riſu: aut rei natura: aut perſona ſignificatur. Verres pretor vrbanus: homo ſanctus ⁊ diligens integritas tua te purgauit: vita ante acta ſeruauit. Perſona ſi quis adulterum Hippolytum appellet: eum qui parentē verberauerit: eneam nominet. Permutatio eſt oratio aliud verbis: aliud ſententia demonſtrans. Eam allegoriam greci nuncupant: que crebris tranſlationibus ex ſimilitudine emergit: ⁊ pulcherrima ⁊ clara eſt ſic. Nam quum canes funguntur officio luporum: cui nam preſidio pecuaria credemus: Et illud in tertio georgicorum. Hoc faciunt nimio ne luxu obtuſior vſus. ⁊ in ſecundo. Sed immenſum ſpatijs cōfecimus equor: Etiam tempus equum fumantia ſoluere colla. Sine trāſlatione in Buccolicis. Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe menalcam. Nam in ſuperiore ex tranſlationibus voluminis modum ſibi habendum intelligit: ⁊ hic Menalcam pro ſeipſo ponit. Hec poſterior ⁊ durior eſt: ⁊ obſcurior: ⁊ ſolute orationi fere inutilis. Obſcurior permutatio enygma fit: que verſio etſi in ſermone plerumqꝫ fieri ſoleat: tamen ⁊ vnico verbo fieri poteſt. Eſt autem enygma obſcura oratio: que id quod ſignificare poteſt conditum tenere videtur: vt in buccolicis. Dic quibus in terris: ⁊ eris mihi magnus appollo. Tris pateat celi ſpatium non amplius vlnas. Dic quibus in terris inſcripti nomina regum: Naſcātur flores ⁊ cetera. Hanc niſi in altercatione ab oratore ſumendam non cenſeo: vt Cicero: quū ad ipſum Hortenſius in defenſione Verris: quoniam nō intellexerit: quod ſibi perplexe obijciebatur Hortenſium ſe nō Edippum diceret adieciſſe fertur: atqui tu ſphingam domi habes: quod Hortenſio clara fortaſſis viſa eſt permutatio: alijs enygma. Sciebat enim Cicero Hortenſium: vt Verrem defenderet ſphingam ex auro magni ponderis accepiſſe.

Ⓒ Hyronia duplex eſt in vno verbo: eſt tropus in certum adiuuanda lenocinio pronunciantis inſertū nō vt ī antiphraſi que autem non in vno verbo ſit ſed in totacōne nullo inutari poſtulat lenocinio ab hac poſtrema ſocrates dictus eſt hyroncus ſtes idest irriſor.

Ⓒ De altercatiōe ex quintiliano libro ſexto.

Altercatiōis precepta poterūt videri nūc incohāda: cū omnia que ad continuam orationē pertinēt peregiſſem. Nam eſt vſus eī ordine vltimus. Sed cū ſit poſita in ſola inuentione: neqꝫ habere diſpoſitionē poſſit: nec elocutionis ornamēta magnopere deſideret: aut circa memoriam ⁊ pronunciationē laboret. priuſquam ſecundā quinque partium. hanc que tota ex prima pendet. tractaturus non alieno loco videor: quā ſcriptores id fortaſſe alij reliquerunt. quia ſatiſ ceteris preceptis in hanc quoqꝫ videbantur eſſe proſpectum. Conſtat .n. aut intētione aut depulſiōe: de quibus ſatis traditū eſt quia quicquid in actione perpetua circa probationes vtile ē: idē in hac hac brevi atqꝫ conciſa proſit. nec eſſe eſt. neqꝫ alia dicuntur in altercatione. ſed aliter aut interrogando aut reſpondendo. Cuius rei fere oīs obſeruatio in illo teſtiū loco excuſſa nobis eſt. Tamen quia latius hoc opus aggreſſi ſumus. neque perfectus orator niſi hac virtute diſpōi. paululum impendamus huic quoqꝫ peculiari operę: que quidē in quibuſdā cauſis ad victoriam vel plurimū valet. Nam vt in qualitate generali: i qua recte ne factum quid. an cōtra ſit queritur. perpetua dominatur oratio. ⁊ queſtionē finitionis. actionis plerumqꝫ ſatis explicat: ⁊ omnia pene in quibus de facto cōſtat. aut coniectura artificiali ratione colligitur. Ita in his cauſis. que ſūt frequentiſſime. que vel ſolis extra artem probatiōibus vel mixtis continētur. aſperrima in hac parte dimicatio eſt. nec alibi diceris magis' mucrone pugnari. nā ⁊ firmiſſima queque memorie iudicis inculcanda ſunt. etiam preſtādum quicquid in

Superlatio eſt oratio ſuperans veritatem augendi minuēdiue cauſa. Hec ſumitur aut ſeperatim: vt fluctuſqꝫ ad ſidera tollit. Item romani imperij magnitudinem a ſolis ortu ad occaſum vſqꝫ metiebantur: aut cum comparatione: ⁊ hoc vel ſimilitudine: vel preſtantia. Similitudine ſic. Corpore niueum candorem: aſpectu igneum ardorem aſſequebatur. Preſtantia: vt illud: ⁊ fulminis ocior alis. Seperata per ſimilitudinem: ſi longior eſt: gratior redditur: vt Virgilius in ſeptimo: quaſi ſignis quibuſdam agilitatis hyperbole idest ſuperlatione: ⁊ quidem longa ⁊ pulchra ſic vtitur. Illa vel intacte ſegetis per ſumma volare Gramina: nec teneras curſu leſiſſet ariſtas: Cui alia ad maiorem rei creſcentiam additur. Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti. Ferret iter celeris: nec tigeret equore plātas. Huiuſmodi duplicatas in Verrem paſſim inuenies. Exquiſita eſt ſuperlatio: que magnū quid vnum: vel plura negat: vt maius: aut ſub aſpectu ponatur: aut inferat: vt Virgilius in ſecundo: Nunc ſi quum: ſpumeus amnis exijt: oppoſitaſqꝫ euicit gurgite moles: Fertur in arma furēs cumulo: campoſqꝫ per omnes: Cum ſtabulis armēta trahit: Cicero in Verrem. Verſabatur in ſicilia longo interuallo non Dionyſius ille: non Phalaris. Tulit enim illa quōdam inſula multos ⁊ crudeles tyrannos: ſed nouum quodam ex vetere illa immanitate: que in eiſdem locis verſata dicitur. Nō enim charybdim tam nec ſcyllam nauibus: quā iſtum in eodem fuiſſe freto arbitror ⁊c. Superlatio vltra fidem: ſed non vltra modum eſſe debet: modus ex natura rei ſumendus non crebro: nec niſi res poſtulat affectanda. Fit ⁊ vnico verbo: vt illud in xi. quo turbine torqueat haſtam. Turbinem enim pro impetu poſuit. Verum hec de motibus: qui aut vno ſemper in verbo: aut maxime in pluribus conſyderantur ſufficiant: cuncta

ſufficiant. cuncta vero verba: que verſione dicuntur: preterquā ironica ⁊ enygmatica: niſi quotidiano vſu contrita ſint: modo poſita grandem: crebrius adhibita turgidam orationem efficiunt: vſitatiora infime ac mediocriſi frequentius accipiantur: accōmodatiora ſunt: ſed eſt vſque quo hec omnia fieri debeant. Nā vt varietas maxime omniū delectat: ſic ſatietate nihil vnquā inueniri poterit faſtidioſus. Verum oīa nobis recte cōficientur: ſi loco ⁊ tpe fiant: ⁊ rebus diligēter accōmodabūtur: qua de re quū de grauitate dicendi loquemur: plura precipiemus.

## Ⓒ De compoſitione.

Nunc de compoſitiōe diſſeramus: ſi illud commouerimus: plurima in motibus ceteriſqꝫ huiuſmodi inueniri: que diuerſa ratione diuerſis accōmodari poſſe videntur. Item omnes magni aliquid pollicerī: ac niſi vulgo ac vetuſtiſſimū quicquā ſit longe a ſermone recedere. Compoſitio eſt que facit vt oīs oratio prout genus ſuum exquirit: animum auditoris expolitione afficiat. Hanc expoſitionem ceteris: que ad elocutionē pertinent: longe preponendam arbitramur. Nam quum ſint duo: quibus res maxime ornantur: delectus verborū: ⁊ cōpoſitio: ordine quidem delectus: vi autē ⁊ preſtantia compoſitio prima eſt: neqꝫ hoc orōni ſolum: ſed omnibus accidere ſolet: in quibus compoſitio ⁊ delectus inueniūtur. nemini enim dubium eſt diuerſe figure lapides: diuerſe que magnitudinis: ac nōnullos aſperos ⁊ intractabiles ab edificatore ita diſponi: vt nō cohereant ſolum: ſed optimam ⁊ pulcherrimā ſtructurā conſtituāt: adeo vt non facile meliorem iiſdem ex lapidibus coniunctionem excogitare poſſis. Quare oratori huic rei ſummopere incūbendū eſt: vt quibuſcunqꝫ verbis vtatur: atqꝫ etiā ſi in delectu verborum parū diligens ſit: tamē cōpoſitione orationis: quodcunqꝫ voluerit genus cōſequatur. Nō .n. ſemper priſcis quibuſdam: aut tranſlatis / aut innouatis verbis inſiſtendū eſt. Nā hec vt quaſi lumina exornant: ſi loco ponuntur: ita ſi vbiqꝫ: aut non loco locātur: obſcuram: inflatā: ⁊ omnino faſtidiendam orationem reddunt. Quare oportebit cōpoſitionis adeo diligentem habere curam: vt etiam ſi communiſſima quedā: ac vſitatiſſima verba haberentur: tamen genus orationis: quod velis ſola verborū ſerie conſici videatur. Quas obres diligentius nobis compoſitio tam in vniuerſum: quam in ſingulis generibus tractabitur: maxime quoniā ⁊ delectus quāuis prior ſit compoſitionis: tamen preceptis clarior teneatur. Nam quoniā vbiqꝫ naturam ars imitatur: ⁊ verba ſingula his litteris: atqꝫ ſyllabis natura duce compoſita ſunt: quibus naturam rei exprimere melius poſſent. Verborū inter ſe compoſitio litterarū in verbis ad genera cōficienda cōſequitur: quo fit: vt etſi hunc locum de compoſitione inſcripſimus: delectus tamen quoqꝫ ſimul habeatur. Omnis igitur compoſitiōis vis partim in elementis / quas ⁊ litteras nuncupamus / partim in ſyllabis: partim in dictionibus: partim in membris conſiſtit. Elementa ſunt a quibus prima vox conſtituitur / ⁊ in que demum reſoluitur: Eorū alia vocales alia conſonantes appellant. Vocalium cōcurſum latinus magis quā grecus fugit. Nam illi in graui oratione adhibendum ideo putant: quod maiore ſono atqꝫ aſperiore aures percutiat. Cuius rei ionicam linguam teſtimonio aiunt eſſe: que quū grauis ſuauiſqꝫ ſit: pleraſque voces concurſu vocalium hiulcas habet. Qua de cauſa Homerū quoque nature poetam aſſeuerant: quum grauius quid efficaciuſque vel pronūtiatione vocum ante oculos ponere voluerit ionicis vti reſolutionibus. qua in re non grauaremur exemplis quoque vti Homericis: niſi longū eſſet: ⁊ nos hoc labore non grece ſed latine oratiōis compoſitionē aperiremus. Animaduertimus igitur latine ligue auctores ⁊ huius facultatis principē. M. Tulium earūdem vocaliū concurſum in graui magis euitare: quā i mediocri: ⁊ i mediocri magis quā in tenui. Attenuate nāqꝫ figure propriū eſt nō vehemēter expolitum ⁊ accuratum edere ſermonē. Quare nō ſolum

vocalium: ſed aliarum quoqꝫ litterarum in grauiore coniunctionē minus inuenies. Sed cōcurſus omnis: aut earundem: aut diuerſarum litterarum eſt. Earundem in accurata ornataqꝫ oratione ſepius: diuerſarum vocaliū incurſum minus fugiemus Ego omni officio ac potius pietate erga te; ceteris ſatiſfacio omnibus. Hic earundē hiatus maior: quā diuerſarum vocalium orationem demittit. Hoc enim precipue voluit/ minus ornatum/ ꝛ ex tempore ſibi ſermonem effugiſſe videri/ quod cum hiatuum ceteris compoſitionis conſecutus eſt modis. vt loco ſuo planum faciemus Nam verba quidem huiuſmodi ſunt/ vt vel in grauiſſima figura nihil eorum merito recuſares. Conſonantium vero alias mutas/ alias ſemiuocales appellant. Mutarum tenuiter alias/ hoc eſt ſine ſpiritu/ alias cum ſpiritu. nonullas inter has proferunt. In omnibus igitur litteris/ ac conſonantibus magnopere modus pronunciationis conſyderandus eſt. Nam que apertione oris/ aut cōpreſſione labiorū efferuntur: aut lingue ad palatum eleuatione/ ſi dictiones finiunt/ vt ſunt l. n. r. s. non paruam aſperitatem efficiunt/ ſi poſt eiuſmodi litteras eas afferre coneris/ que oppoſita quadam affectione oris/ labiorum/ lingue/ palati/ dentiū pronunciantur/ vt ſuperioribus oppoſita ſunt. b. p. m. Exaſperatur enim oratio oppoſitis ita litteris crebro poſitis/ ꝛ duriciem quandā auribus affert oratio. At hec quidem diximus vt ſiquis voluerit cogitet accuratius/ quomodo vnaqueqꝫ litterarum profertur/ ꝛ in graui quidē nō reſpuat etiam eas coniungere/ que quoniā oppoſito quodāmodo proferūtur/ orationem extollunt/ quod non in conpoſitione dictionum ad orationē ſolū/ ſed in locatione quoqꝫ ſyllabarū ad dictionē/ litterarumqꝫ ad ſyllabam/ quod delectus magis eſt intelligi volumus. Tantū enim huic rei attribuimus/ vt cōpoſitionis iudicio/ delectū quoqꝫ expendi oportere putemus. Hoc Thucydides apud grecos ita factitat/ vt iudicio meo eam grauitatē quā ſibi elegit/ non modo aſſequatur ſed excedat. Nos ne nimiū exaſperemus orationē/ duriora mitioribus cōteremus. Lenibus in humili figura abundabimus: medijs in media. Ita enim diſceſſu ab extremis/ vt paulo āte dicebamus/ mediū inueniemus/ quāuis pari quadā permixtiōe fieri quoqꝫ poſſe negandū nō ſit. Sunt igitur vt breuius ac dilucidius totū hūc explicemus locū/ vocales omnes breues grauitati parum idonee/ longiores multo preſtantiores/ quibus etiam. o. ꝛ a. longe excellentiores Semiuocaliū/ que duplices nominantur/ robuſtiores. l. ſuauiſſimū/ cui enim proximum ponimus. r. aſperū ſonat. m. in ſuauitate ꝛ aſperitate. Semiuocalium mediū eſt. S. littera aſperrima omniū/ vnde apud nos Pyndari quoddā dictū iam factum vſu prouerbiuꝫ eſt/ quo ſignificatur antiquiſſimos vel totas odas compoſuiſſe: in quibus nequaqꝫ s. inueniretur. και τοσαμ κιβδηλομ ανθρωποισ. Mutarū vero. c. p. t. ſine aſpiratione tenue quiddam: ꝛ ſuaue: cum aſpiratione pingue ac robuſtū ꝛ ingens pollicētur. b. g. d. quanto robuſtiores nō aſpiratis: tanto aſpiratis humiliores. His ita dictis in grauiori figura prout opus eſſe videtur: his que robuſtius ſonant ſyllabarum litterarumqꝫ cōpoſitione: dictionibus abundare oportet: tranſitus quoque ipſe huiuſmodi litteris cohereat: leuiſſima omnia ſint: in infima hiulce voces huic magis conſentanee: quāuis a ſublimi nō abhorreant. Nimis enim accurata oratio: quod colligatio vndiqꝫ conſonantium facit: niſi durior ſit: pondus orationis deijcit. Membra longiora in graui: breuiora in humili: inter hec in mediocri eſſe debent: ſed de his: ꝛ de clauſulis: ꝛ numeris: qui membra ſic conſequuntur: vt temporis quantitas ſyllabarum: quū de ſingulis generibus dicemus: explanabimus. Neqꝫ enim prius explicari plane poſſe videntur. Verū ne quaſi deſipere videamur: quoniam noua quedam ꝛ inaudita multis precipimus: clariſſimorū auctorū vti exemplis non ſuperſedebimus. Homerus quū tarditatem atque velocitatem: luctum: aut leticiam: facilitatē aut e contra: indignationem: deſpectum: gratiam: ſupplicationem: minas: ceteras

huius ſignificare

actione promiſſimus. ꝛ refellenda mendacia. Nulquaꝫ eſt denique qui cognoſcit intemiꝫ. Nec immerito quidam: quāquam in dicendo mediocres. hoc tamen altercandi ꝓſtantia meruerit nomen patronorum. At quidam litigatoribus ſuis illuꝫ modo ambitioſium declamandi ſuadeem preſtitiſſe contenti. cuꝫ turba laudantiuꝫ deſtituunt ſubſellia. pugnamque illam decertatoriaꝫ imperitis ac ſepe pullace turbe relinquunt. Itaque videas alios plerūque iudicio priuatis ad altercationes vocari. alios ad probationē Que ſi diuidenda ſunt officia. hoc certe magis neceſſarium eſt. pudendumque dictu. ſi plus litigantibus proſunt minores. In publicis certe iudicijs vox illa ꝓ cōis preter patronos ipſum qui exgerit citat. Opus eſt igitur i primis ingenio veloci ac mobili animo preſenti ꝛ acri. Non enim cogitanduꝫ ſed dicendum ſtatim ē ꝛ prope ſub conatu aduerſarij manus erigēda. Quare cum i omni parte huiuſce officij plurimum facit totas non diligenter modo. ſꝫ etiaꝫ familiariter noſſe cauſas. cum in altercatiōe maxime neceſſarium eſt. omnium perſonarum. inſtru-

huius ſignificare vult: eam membrorum inter ſe/ ꝛ ex dictionibus dictionum inter ſe/ ꝛ ex ſyllabis ſyllabarum/ litterarumqꝫ ex litteris compoſitionem conficit: vt nō re ſolum: ſed voce rem: qua de dicit: conetur exprimere. Quod quamuis alienū ab hoc opere videatur/ tamen ne quis nos vana dicere credat/ aliqua etiam carmina eius his maxime ponamus/ qui grece intelligunt/ deinde ad imitatorem eius/ vel potius parem atque equalem Virgilium tranſeamus. Homerus igitur quuꝫ velit floride quicquam/ ꝛ iocunde dicere/ ita omnino componit/ vt in ſyllabis littere/ ꝛ ſyllabe in dictionibus: ac in toto carmine dictiones facilis cuiuſdam ꝛ lenis tranſitus ſint ac ſuauiter copulentur: vt illud in tertio Iliados.

εολοι τεττιτεσσιν εσικοτεσ οιτε καθυλην
δενδρεω εζομενοι οπα λειριοεσαν ιεισι.

¶ Omnes enim dictiones his fere litteris conſtant: que nil aſperuꝫ floridi nō parū habent/ quod cum in ſe minus/ tum in compoſitione ad alias maxime oſtēdūt. Cuius rei aures ſi quis bene intelligit/ acre iudicium conferre poſſunt/ in quo etiam illud admirandum eſt/ quod λειριοεσαν impoſuit/ quo in verbo pronūtiando ꝛ hiatus quidam propter vocales fit/ ꝛ planus habetur ſonus in prima propter. l. aſperior in ſecunda propter. r. Nam quamuis ſuauis inter ſe compoſitionis ſint ſyllabe/ quod ambe ſemiuocales eiuſdem pronuntiationis ſint: ꝛ eiſdem vocalibus excipiātur/ tamen propter inſitam. r. littere aſpirationem aſcendere oportet/ inde per hiatum ad grauiorem duplicate. ſſ. littere conſcendendum eſt. Ipſam ergo modulationem non re ſolum: ſed prolatione quoque verbi exprimere conatus eſt. Talia ſunt: que in eodem Priamus de Agamennone dicit.

ω μακαρ ατρειδη μοιρηγενεσ ολβιοδαιμον
ηρα νυ τοι πολλοι δεδμηατο κουροι αχαιων

¶ Quod grauius quidem ꝛ politius dictum eſt/ litteris omnibus fere magnum ſonantibus. Grauiore enim affectu opus erat: deinde nullus hiatus nullus de verbo ad verbum durus tranſitus/ verum in. Δ. is dicendi flos mirabilis eſt.

αυταρ ο συλα πωμα φαρετρησ εκ δ ελετ ιον
αβλητα πτεροεντα μελαινεων ερμ οδυνων
αιψα δ επι νευρη κατεκοσμεε πικρον οιστον
ευχετο δ απολλωνι λυκηγενει κλυτοτοξω
αρνων πρωτογονων ρεξειν κλειτην εκατομβην
οικαδε νοστησασ ιερησ εισ αστυ ζελειησ
ελκε δ ομου γλυφιδασ τε λαβων και νευρα βοεια
νευρην μεν μαζω πελασεν τοξω δε σιδηρον
αυταρ επει δη κυκλοτερεσ μεγα τοξον ετεινε
λιγξε βιοσ νευρη δε μεγ ιαχεν αλτο δ οιστοσ
οξυβελησ καθ ομιλον επιπτεσθαι μενεαινων

preter enim τυ ερξειν κ τυ λιγξε nihil in his aſperum verbum poſitum eſt. Ipſa vero quoniam α ε τ ρ litteris ad ξ durus tranſitus eſt/ etſi huic generi incommoda videantur: tamen aliarum ſuauitate hinc atqꝫ hinc poſitarum leniuntur. nec eadē ipſa ſine ratione dicta ſunt. At quando rem aſperiorem dicit. verbis quoque exaſperat.

λαξεν αηθεσι βασεξεσ πασε μει λινον εγχοσ

¶ Ploratum vero etiam ſono verbi ante oculos ponit plerunque.

πυργω εφεστηκει γοοωσ ατε μυρομενητε

ꝛ enim τογοοσα ipſo hiatu vocis plorantem ſignat

και ερ τοοχλ ομεοιοντι

οπου λεγει

εκτορ μηδοι μι μνεφιλορ τεκοσ ανερα τουτομ

mentorum. temporum. locorum habere notitiaꝫ. alioquin tacendū eſt ſepe ꝛ alijs ſubijcientibus plerunque ſtudio loquendi fatue modo accedendum. quod nunquam accidit ni noſtra credulitate aliena ſtultitia erubeſcamus. Neque tamē hoc ipſis monitoribꝰ claruit. Quidaꝫ faciunt aperte. qꝛ ruenuur. Videas enim pleroſqꝫ ita percitos exclamātes. vt inde iudiat contrarium id eſſe. quod admōe nuntiataque ille qui pronunciaturus eſt in cā malum quod taceatur Quare bonus altercator vitio iracundie careat nullus .n. rationi magis obſtat affectꝰ. ꝛ fert extra cauſā. ꝛ plerumque deſomia conuitia facere ac mereri cogit ꝛ ipſos nonnunquam iudices incitat. Melior moderatio. ac nōnunquam etiam patientia. Neqꝫ. enīꝫ refutanda tantuꝫ que contrario dicuntur. ſed contēnenda. eleuanda. ridenda ſunt. nec vſquam plus loci reperit vrbanitas. odium meredere pudor. cōtra turbantes audendum. ꝛ impudentie fortiter reſiſtendum. Sunt enim quidam preduri in hoc oris. vt obſtrepant ingenti clamore. ꝛ medios ſermones intercipiant. ꝛ omnia tumultu confundāt

¶ Quod autem mi & me voces ploratus ſunt etiam Ariſtophanes oſtendit: qui in hippeuſi totum verſum hac ſyllaba: vt vocem ac ſonum plorantis ederet compoſuit. Cuius vocis naturam & Cicero bene proſpexit. Pro Milone enim cauſam dicẽs: vt maxime in lachrymas moueret / ita erumpit / o me me miſerum / o me infelicem. Verum ne hec caſu potius quam obſeruatione factitata a ſummo illo poeta videantur: videamus etiam quum ſonitum continuũ maris ante oculos ponere vult: quẽadmodum ipſa prolatione vocum / que litterarum compoſitione fit / ipſam rem conſequatur ηιονεσ βοοωσιν ερευγομενησ αλυσ εξω. Ipſũ qđ dr̃ medius fidiꝰ aurībꝰ percipere videor: quum hec lego. και αλλαχου ροχθει γαρ μεγα κυμα ποτι ξηρου ηπειροιο παλιν αιγιαλω μεγαλω βρεμεται σμαραγει δε τε ποντοσ. In primo enim hiulcis vocibus ſonum expreſſit / in alijs aſperarum conſonantium / que aliquid ſimilitudinis habent ad id / quod volebat / rem ipſam voce conſequitur.

τοιαυτα γαρ το ροχθει το ξηρου το βρεμεται το σμαραγει η γαρ ρο συλλαβη μεταξυ του χ ει locata / το ομοιωσ ησμα μετα τησ ραγκακεινη παλιν μεισ τησ δει. Aſperaꝫ omnino & ipſius ſoni / quem ſignificare voluit: ſimilem vocem conficiunt. Omitto ſyllabarum ſonum qui ex aſpera litterarum locatione conſurgit. Omitto alia / que in vnaquaque vocali conſyderanda fortaſſis eſſent / ſi oſtentationem facere: nõ preceptionem artis conſcribere vellemus / que quoniã minutiaria ſunt: forte multi cõtemnunt. Illud vnuſquiſqꝫ conſyderet: quod ex tota compoſitione proficiſcitur. Verum ipſe non proprijs ſolum tranſlatiſue verbis: ſed fictitijs nonnunquam idoneũ orationis genus cõſequitur. ωσπερ ταν οιαων ροιζον λεγει και δουπον ακουτον μυκημα τα ταυρων συριγμουσ λιγμουσ σιζε και τα τοιαυτα: quorũ omnium natura nobis ſemina impoſuit: ars perfecit. Nam quod multi putant hec ſine arte ac obſeruatione facere poſſe: inſanum dictu eſſe ſatis argumento erit / quod nemo hec apud grecos preter Homerum: apud latinos preter Virgilium cõſecutus eſt: quos in pedeſtri: vt greci aiunt: oratione Demoſthenes & Cicero expreſſerunt: ceterique omnes / prout ingenium / doctrina / vſuſqꝫ ferebat / conati quidem ſunt. Verũ ab illis viris longiſſime abſunt / cuius rei cauſam loco ſuo dicemus. Nũc ſi pauca homerica addam / vt cum multitudine exemplorum diligenti obſeruatione / non caſu hec ita fieri certo comprehendatur. Et ad inquirenda cetera / imitandaque ſtudioſos exhortemur / ad Virgiliana tranſitum faciemus. Quum ergo florem quendam orõni Homerus inijcere vult / vocalibus quidem optimis & ſonantibus vtetur / & ſemiuocalibus his / que maxime molles ſunt / neque eis litteris inculcabit ſyllabas / que ſi mul coniuncte duriter pronuntiantur / hiatum quoqꝫ omnem vitabit / & mutas nõ crebras / neque inter ſe coniunctas / ſed ſemiuocalibus diuiſas ac ſeparatas collocabit / ac dictiones quidem huiuſmodi eliget. Ipſorum autem verborum inter ſe coniunctio ſuauis / non aſpera / non dura / non hiulca / neque tamen velox / ſed media erit / Cuiuſmodi hec ſunt.

δηλω δε ποτε τοιν απολλωνοσ παρα βωμω
φοινικοσ νεον ερνοσ ανερχομενον ενοησα
και χλωρηι αηδων περικαλλεσ την ποτε εννλασ
υμηνεον μετα καλλοσ επει πορε μυρια εδνα

¶ Differt a ſuperioribus hiatu crebro / quod quare fecerat nemo eſt / qui non videat / eorum maxime / qui pulchritudinem muliebrem & admirantur & ſequuntur. Verum ſi huiuſmodi omnia homerica conſcribere vellemus / totum hic Homerũ proponeremus. Nihil eſt enim apud eum / quod non ita conſcriptum ſit: vt ipſa voce ſic aures auditoris afficiat: quemadmodum ſententijs animum. Quid enim horribilius aut voce aut ſenſu.

σμερδαλεοσ δ αυτοισι φανη κεκακωμενοσ αλμη

Quid aſperius

quos vt non ſimulent. ſic acriter propulſare oportebit & ipſorum improbitas remunda. & iudices vel preſidētes magiſtratus appellādi frequenter. vt loquēdi vices ſeruētur. Nam eſt nos animi tacēdo: & molles ſupra modum fronte: ſaliſque plerumque quod probitas vocatur quod eſt imbecillitas. Valet autem in altercatiōe plurimum acumen. qđ ſine dubio ex arte nō venit. Natura enim non docetur. arte tamen adiuuatur. in qua precipuum eſt ſeperid incolūſ habere: & quoquerentur. & quod volumus eſſe contere. Et propoſitum tenentes in rixam non ſtimus. nec cauſe debita tempora conteriando cōteremus. gaudebimuſque ſi hoc aduerſarius facit. Omnia tempora ſore paratā ſit me ditatio diligenter quoqꝫ aut ex aduerſo dici aut reſpondeti a nobis poſſunt. Nonnunquam tamē ſolet hoc quoque oratorts genus. vt que damni actiōe diſſimulata ſubito in altercando profe rantur. Et inopinatis eruptiōibus aut ex inſidijs erūpēſſimo facto ſimul Iiimum. Id autem tum faciendum ē cū eſt aliquid cui reſponderi nō ſtatim poſſit. Nonnunquam autem ſi ſepius ad reſpondendum

Quid aſperius πολλα δ ετ εχει μαρμαρι κετορεσ φιρεοντεσ εσ μισγαγγειαν συμβαλλετον ομβριμον υδωρ.

¶ Facit autem hec omnia non compoſitione ſolum membrorum: dictionum: litterarumqꝫ: verum etiam pedum: & productione contractioneqꝫ ſyllabarum dictionũqꝫ numero: quod & vno exemplo qualia ſint cetera conſyderare poſſis: quo ſiſyphũ ad montem voluentem lapidem ac rurſus a cacumine ad campum deiectum exponit proponatur.

και μεν σισυφον ει σειδον κρατερ αλγε εχοντα
λααν βασταζοντα πελοριον αμφοτερησιν
ητοι ο μεν σκηριπτομενοσ χερσιν τε ποσιν τε
λααν ανω ωθεσκε ποτι λοφον αλλ οτε μελλοι
ακρον υπερβαλλεειν τοτ αποτρεψασκε κραταιισ
αυτισ επειτα πεδονδε κυλινδετο λαασ αναιδησ.

¶ Hic tarditatem & laborem voluentis ad montem lapidem / qui põdere ſuo vehementer premeretur / neqꝫ ad altiora facile impelleretur. Vide quã diuinitus cõpoſitione quoqꝫ vocum expreſſit. Primo quidem verba multa immiſcuit paucarũ ſyllabarum. Monoſyllaba enim aut diſſyllaba fere ſunt omnia / que compoſitio idcirco tarda eſt / quoniã neceſſe ſit de verbo ad verbum tranſitio aliquid temporis cõficiat deinde producte plures ſunt breuibus. Tertio hiatus & aſpera compoſitio laborẽ ac ponderis magnitudinem ſignificauit. Spondei autem frequens modulatio lõgitudinẽ operationis & conatum deſignat: que hac obſeruatione facta quod ſequitur oſtendit. Quum enim retro lapidem deferri oculis ſubijcere voluiſſet: cuncta in oppoſitũ facit / nullum verbũ monoſyllabum / plures breues ſyllabe dactyli enim ſũt omnes: nihil aſperum / nihil durum. facilis tranſitus / vt currens oratio deſilientẽ lapidem preuertatur. Nunc vt polliciti ſumus videamus ſi Mantuanus ille Homerus litterarum ſyllabarũqꝫ varietati / hoc eſt dictionum litterarum vi cõmutatarũ. Item membrorum pedumque compoſitione multiplici varia dicendi genera cõſequitur. Ex eo igitur quidquid prius in mentem venerit: ſine aliqua electiõe ſumemus. Nihil enim apud eum vnquam inueniemus / quod non certa ratione. pro vt res poſtulat compoſitum ſit. hec ergo in bucolicis cõſcripſit. Dulce ſatis humor eſt depulſis arbutus hedis Lenta ſalix feto pecori: mihi ſolus amyntas. Hic preter ſentẽtiam (nihil enim de ea impreſentiarum dicimus) compoſitio etiam magnam facit ſuauitatẽ. Dictiones enim omnes cũ ſyllabis ſingule ſuauibus / tum inter ſe iocundo curſu compoſite ſunt. Neqꝫ enim eſt aliquid magnum nec aſperum / preterquã arbutus. Dure. n. poſt ar. ſyllabam bu. infertur / & ſalis feto. Quid enim poſt lix: ſe collocata velit auribus clariſſimum eſt. Quod non modo natura rerum fit que ita cuncta dicendi permiſcuit genera: vt nihil fere ſine alio purum inueniatur / ſed ſtudio quoque conficiendũ. Nihil. n. varietate pulchrius. Itaqꝫ ad hoc aut illđ genus condendũ non omnia / ſed plura querenda ſunt. Quare quum quodcũqꝫ purum dicendi genus ſimplicitate ſic deijciatur vt ſuauitatem nullam habeat. Omnia que de elocutione dicentur: ita intelligimus: vt non qđ omnia: ſꝫ qꝫ plura huiuſmodi eſſe debeant: genus aliquod confici cenſeamus. Simile eſt illud. Tale tum carmen nobis diuine poeta: Quale ſopor feſſis in gramine: quale per eſtum Dulcis aque saliente ſitim reſtinguere riuo. Hic reſtinguere & prolatione & tranſlatiõe alienꝰ eſt: cetera cõueniunt: Item Talis amor daphnim: qualis quum feſſa iuuẽcũ cum Per nemora atque altos querendo buccula lucos. Propter aque riuum viridi procũbit in vlua: Perdita nec ſere meminit decedere nocti. Talis amor teneat: nec ſit mihi cura mederi. Hic oĩa mirifice compoſita ſũt ad facilitatem: tenuitatẽ: ſuauitatẽqꝫ huius generis. Et iã apparet cõpoſitionẽ magis quã verba hmõi genꝰ

fuiſſe. Nas ...
deliter ſirmi ...
a primis ſt a...
ctionibus a...
re optimi ...
ſepius diu...
dicatur. Illu...
ſaltem preci...
dum videtu...
turbidus ...
moſius tant...
altercator. ...
leſſaci ſũt. ...
teras neſcit...
improbitas ...
uerſario m...
ſit. iudicilm...
Nocet etiā ...
gna in hĩ ...
inueneon p...
Nā vbi vim...
cõſcet. expe...
dere. ſꝫ ſuc...
ſunt deque ...
tur. facile...
in ceteris ſu...
te vitam ...
ſoler trogan...
verecundie ...
culpam pe...
deprehendar...
tinacter ...
pa altera ...
ſtat acies ...
te conſilij a...
tis eſt. ve ...
aduerſariun...
has & frequ...
giſſime cog...
varia inter...
ceruter. Id...
dam bene d...
lantur inſtr...
ta. Inſtant ...
& ſepe in di...
omne cõmi...
quod decſer...
putant. & fa...
probabiliter...
tris auctor...
poſtulando ...
pedit etiam ...
aliquid adu...
rio. quod pe...
te. quod ap...
dens ...
quid cogatu...
mittere. Du...
terim res p...
re. quarum ...
ber maleſit ...
rus. quod in...

cationē ſit potentiꝰ quam in actio ne. quia in illa no bis ipſi reſponde mus. in hac aduer ſarium quaſi con feſſum tenemus. Eſt in primis a- cum videre quo in der dicto moueā- tur. quid reſpuat. quod ex vultu ſe- piſſime. et aliquā- do etiam dicto ali quo factoue eius deprehenditur. et inſtare proficienti bus. et ab his que non adiuuāt. quā molliſſime pedem oportet referre. fa ciunt hoc medici quoque vt reme- dia perinde perſe- uerēt adhiberent vel ſinant. vt illa re cipi vel reſpui vi- dent. Nonnūquā ſineꝫ euoluere pro poſitam facile nō ſit. inferenda eſt a lia queſtio. atque in eam ſi fieri pōt iudex auocādus. Quid enim cū reſ pondere non poſ- ſis agendum eſt. niſi vt aliud inue nias. cui aduerſa- rius reſpōdere nō poſſit. In plerisqꝫ videtur auocan- dus vel iudex. qui cir cuſtantias et locos et perſonas modo ſi ſtat. quod hic pa tronorum inter ſe certamen. illic pu gna inter teſtes et patronum. Exer citatio vero huiuſ rei longe facilior. Nā eſt vtiliſſimū frequenter cum a liquo. qui ſit ſtu- dioſus eiuſdem ſummere materiā vel vere vel etiam ficte controuerſie. Et diuerſas par tes altercationis mo dicere. quod

feciſſe. Nam vocabula quidem ſingula huiuſmodi ſunt: vt vel heroico et grauiſſimo accipi poſſint: ſed inter ſe ſic locata ſunt: vt et dictu iocunda ſint: et orationem demit tant: dimitterentqꝫ vel inferius quā velit: niſi circunductione: membrorumqꝫ lon gitudine tanto eam ſuſcipere: quāto compoſitione depreſſit. Tale quid ſentētia eſt illud in ſeptimo. Errabat ſyluis: rurſuſqꝫ ad limina nota. Ipſe domum ſera quāuis ſe nocte ferebat. Hoc multo grandius eſt. Non ſolum enim ſingula verba bis ſylla- bis conſtituuntur: que robuſtius quoddam ſonant et maius: vt errare multiplicatio ne. r. litere et ſyluis. Nam omnes ſyllabe: que in conſonantes exeunt: ſi ad eas prece dunt: que a conſonantibus incipiunt: planum quid afferunt: ac multo plenius: ſi plu res coniunguntur conſonantes. Ille vero omnino robuſtiſſime ſunt: que aſperrimū vnite ſonant: vt rurſus. Non igitur per ſingula ſolum verba verum etiam ipſa dictio num compoſitione: maxime quod vult efficit. Huiuſmodi enim vbiqꝫ tranſitus eſt vt non ſicut in ſuperioribus currat oratio: ſed cum mora quadam: que dignitatem in generat: proferatur. Nam nihil floride quicquā preter ad limina nota compoſitum eſt. Illud vero in buccolicis. Dum iuga montis aper: fluuios dum piſcis amabit: Dumqꝫ thymo paſcentur apes. dum rore cicade. Ne fere eſt idem quod in primo. In freta dum fluuij current: dum montibus vmbre Luſtrabunt. conuexa polus dū ſidera paſcet. Sed hoc vltimum ratiōe qua diximus grauiſſimū eſt: ac compoſitio- ne: vt Homerus hic quoqꝫ poeta res ipſo vocis expreſſit ſonitu. Nam quum furen tem ignem: aut irrumpētem aquam deſcribit: ea verba ita eligit: ita ſingula collocat vt quod velit: prout latinitas patitur/ conſequatur/ vellut eſt illud in ſecūdo. In ſe- getem veluti quum flāma furentibus auſtris. Incidit/ aut rapidus montano flumi ne torrens ſternit agros/ ſternit ſata leta/ bonumqꝫ laborem/ Precipiteſqꝫ trahit ſyluas/ ſtupet inſcius alto Accipiens ſonitum de ſaxi vertice paſtor. Nam hic que- madmodum eas dictiones condenſet/ que magnum quoddam intonant/ perſpicuū eſt. Flāma enim et furere et auſtros/ et torrentes/ et ſternere/ et ſtupere/ et vertices/ et paſtores/ et quecūqꝫ fere inueniuntur. Alia multitudine conſonantium/ Alia hiatu litterarū/ cōduplicatione/ alia omnia vero compoſitione viciſſim ita iuncta ſūt/ vt ex hoc vno oſtendatur accipiens ſonitum ſaxi de uertice. Nam et poſt ens ſo inferre duriſſimum eſt/ tum vocalium diuerſa prolatione. Vna enim diffūdit/ altera in cir culū labia extollit et colligit/ tū conſonantiū cumulo/ tum s littere/ que ferunt quid et ſyluestre ſonat/ cōduplicatione/ et poſt tum ſa inducere non iocundum eſt. Cōtrac ta enim labia ſubito diſtrahere cogit. Ita ergo cunta conſtructa ſunt vt in ſryox furi bunda furorem rerum imitetur/ proferri ſatis cōmode non poſſit/ quid illud in ter- tio Diriguit viſu in medio/ calor oſſa reliquit. Nōne duritie primi verbi nouā aſpec tus faciē/ ac horridam Andromache ſignificauit: et hiatu qui in tertio pede fit/ ſe- datiōe quoqꝫ vocis/ quam facere oportet. In quarto quaſi ſingultu prius facto de- ficiētem notauit. Illud quoqꝫ vocis/ quā facere oportet. In quarto quaſi ſingultu prius facto deficiētem notauit. Illud quoqꝫ mirabile/ quod non niſi vno ſpondeo viuſ eſt. Tanto enim velocior dactylus ſpondeo/ quanto plura ſunt tria duobus. Quare curſus carminis decurrentem ad languentem in terram expreſſit. Ita duri ties verbi/ vocis hiatus ſedatio ſpiritus/ carminis curſus rē ipſā mediuſfidius oculis ſubijciunt. Caſu fortaſſis facta hec aliquis arbitretur: ac nos ſtolidos magis quā induſtrioſos huius rei examinatores opinatur. Sed caſus rariſſimū eſt. Hec au tē vbiqꝫ ratiōe factitata ſūt. Quale enī eſt qd ſequitur: quā diuinitus tarditatē rei dura verborū collocatiōe/ ſigni mora ſpōdei/ et diſſolutiōe carminis poſt tertiū pe dē expoſuit. Neqꝫ eīn ſeptenaria/ q frequētior/ nec tertiū trochaicū/ q rarior illiga tio eſt exhibetur. Vbi etiā illud nō abſqꝫ cura ꝑtermiſeri/ qd ꝑmū pedē dactylū eſſe voluit/ quō am ex ꝑore ſetēna eſt. Labitur īquit/ et lōgo vix tādem tēpore fatur. Si mile eſt illud in quarto: dixit vaginaqꝫ eripit enſem Fulmineū: ſtrictoqꝫ ferit retina cula ferro. Idem omnes ſimul ardor habet rapiuntqꝫ ruuntqꝫ Littora deſeruere: latet ſub claſſibus equor. Nam et ſignificantibus verbis viſus eſt: que ex ſonantibus magnum litteris conſtant: et dactylis feſtinationē oſtendit. Ad hec membrorū breui tas: que multitudinē rerū paucis expoſitam imitatur: trepidantiū quaſi fugam exp̄ ſſit. Quod ſequitur vt rei tardioris: ita compoſitionis ſpondaice. Adnixi torquent ſpumas et cerula verrūt. Multa hic dicere poſſem: ſed doctis hec faſtidioſa fortaſſis indoctis etiā plura moleſtiora futura ſunt. Quare vt in ſingulis immorari negligā ſic multis corroborare hunc locū in animo eſt. Eſt enim pene omnibus: qui do cent ita ignotus: vt vel eis: qui immortalem ſibi gloriā in docendo peperiſſe arbitrā tur: non magis conſtet: quā huius facultatis omnino imperitis. Poſtera phoebea luſtrabat lampade terras. Humētemqꝫ aurora polo dimouerat vmbra Hic quoniā pauciora ſūt duriora: et ipſa que ſunt ceterorum appoſitione non omnino molliuntur ac vtriuſqꝫ pedis cum diligenti ratione locatio grauis et iocunda ſimul: rotundaqꝫ oratio eſt. At illud non huiuſmodi. Inde vbi clara dedit ſonitū tuba finibus oēs (ha ud mora) Proſiliere ſuis: ferit ethera clamor Nauticus: adductis ſpumāt freta uer ſa lacertis: Infindunt pariter ſulcos: totumqꝫ dehiſcit Conuulſum remis roſtriſqꝫ ſtridentibus equor. Ad ea enim que a ſuperioribus intelligi poſſunt: quaſi conatu- buſ etiam quibuſdam et inciſionibus: que moras quaſdam ac impetus faciunt ſaliē tes imitatus eſt. Nam vt in veſtigio primo ſtantes ſe cōtrahunt: deinde repente pro ſiliunt: ſic quod ait finibus omnes non equaliter: ſed cū inciſione quadā vocis: et aſ peritate conueniente ad ſuperiora cōſequitur: et parentheſis haud mora in medio locata diſtrahere ſenſum videtur: contractaqꝫ voce: tanquā corpore impetū infert ꝓ ſiliere ſuis: itaqꝫ ſalientes deſcribendo: ter iam huiuſmodi compoſitiōe ſaltauit ora tio. Quod ſequitur: vt rem ita oratione mirifice mutauit. Cetera populea velatur fronde iuuentus. Nam hic amoenitatem rei cōtinua: fluenti: leni: non inciſa cōpoſi tione adauxit. Huic vero. Non tam precipites biiugo certamine campū. Corripue re: ruuntqꝫ effuſi carcere currus. Nec ſic immiſſis aurige vndantia lora Concuſſere iugis: proniqꝫ in verbera pendent: et ſimile illud eſt in georgicis: et iiſdē pene verbis editum. Sola ergo compoſitiōe nec tam graue: nec tam excitatū: nec tam elatum: et plenum factum eſt: Vt quū carceribus ſeſe effudere quadrige: Addunt ſe in ſpatia: et fruſtra retinacula tendens Fertur equis auriga: nec audit currus habenas. Verū non ita excitata quedam et dura illa compoſitio in ſexto eſt: non feſtina: nō tarda: ſed matura. Nam et verborū inter ſe collocatio: et ſyllabarum indictiōibus ea eſt: vt neqꝫ lenis oīno ſit: et aſperitate careat. Quare fit vt totus ille locus: et grauitatis et digni- tatis verborū cōpoſitioniſqꝫ: vt res poſtulabit: pleniſſimus ſit. Principio inquit ce lum ac terras cāpoſqꝫ liquētes. Lucentēqꝫ globū lune: titaniaqꝫ aſtra Spiritus in tus alit: totamqꝫ infuſa per artus. Mens agitat molem: et magno ſe corpore miſcet Illud vero quanti ardoris: quantiqꝫ impetus quis nō videt: Arma amens fremit arma toro tectiſqꝫ requirit. Seuit amor ferri: et ſcelerata īſania belli et illud Sed ma gnū ſtridēs cōtorta falarica venit Fulminis acta mō: quā nec duo taurea terga. Nec duplici ſquāma lorica fidelis et auro Suſtinuit: collapſa ruūt imania mēbra. Dat tel lus gemitū: et clypeus ſuper ītonat ingēs. quid autē īſeptimo quā velox. Arma velit poſcatque ſimul. rapiatque iuuentus: in quo ſpondeum in ſecundo poſitum arbi tror: (non enim verebor quod nunc occurrit dicere: vt et ceteros ad plura minutiora que inquirenda incitem) vt inſtantiam (dicatur enim ſic) atque longam contentio nem poſcentium arma oſtendere. At in primo. Nullam res moram efflagitabat. Ipſa iouis rapidum iaculata e nubibus ignem. Hiatum loco poſuit: vt apertione nubium emicuiſſe ignem ſignificaret. Illum expirantem trāſfixo pectore flam-

Idem etiam i ſim- plici genere queſti onum fieri poteſt. Ne illud quidem ignorare aduoca- tus volo. quoque que ordine proba tio ſit apud iudi- ces proferēda cu- ius rei eadē cum argumentis rō ē: vt potentiſſima pri ma. et ſumma po- nantur. Illa enī ad credendū pre- parant iudicem. hec ad pronunciā- dum.

tinas: vt hoc omni compoſitione tardiſſimũ. quo longũ expirantis ſpiritum laborez oculis ſubijceret. Ita qđ ſequitur raptim fertur: quoniã raptũ ſignificat. Turbine corripuit: ſcopuloqꝫ infixit acuto. Quale vero illud in vndecimo: dij imortales qualem mollem tollere ſe oſtendit ſecundi tertijqꝫ pedis cũ tarditate tũ feritate cõduplicatione .ſſ. littere ⁊ .r. cum .g. copulatione: qualẽ deinde impetum: qualem terrorem curſu aſperitateqꝫ carminis ſignificat: experto credite quantus in clypeum aſſurgat: quo turbine torqueat haſtã. Nihil ergo eſt apud illum diuinum poetã: quod ratione compoſitũ non ſit. Aliter minatur: aliter rogat: alio dicẽdi genere oppugnat alio ſua firmat: aliam in laſciuis formã dicendi adhibet. aliam in iocoſis: in ſerijs aliam: idem vbicunqꝫ terreat / idem vbicũqꝫ placat / idem vbicunqꝫ indignatur genuſ obſeruat / cuius rei ſi vnum ſignũ dicã finẽ faciam. Indignari iunonem facit in prio quattuorqꝫ carminibus eadẽ cõpoſitione vtitur nõ ſolũ verborum: ſed pedum quoque. Nã primos dactylos poſuit ⁊ vltimos / quod vbiqꝫ fere factitat / medio ſpõdeos / quod obſeruatione factum certo ſcio. Nec enim caſu: ſed arte fiunt / que in pluribus eodẽ modo fiunt. Videmus etiam mutata ſententia tam in antecedentibus / quã in ſequentibus compoſitionẽ quoqꝫ mutatam eſſe. Ratione igitur factum certior ſum: ſed qua conijcere licet / atqui ego puto. quoniã fortaſſis indignantis initia impetum habent lentiora cetera: ſed ne quis inueniendo loco laboret: ipſa carmina ponamus. Aſt ego que diuum incedo regina iouiſqꝫ. Et ſoror ⁊ coniunx vna cũ gẽte tot annos Bella gero / ⁊ quiſquã numen iunonis adoret: Preterea aut ſupplex aris imponat honorem: His omnibus veneres quoqꝫ orationis occultius per ſchemata inſerit. Vix e conſpectu ſicule telluris in altũ Vela dabãt leti: ⁊ ſpumas ſalis ere ruebant: Quum iuno eternum ſeruans ſub pectore vulnus. Hec ſecum. me ne incepto deſiſtere victam. Nec poſſe italia teucrorum auertere regem. Quippe vetor fatis: pallas ne exurere claſſem argiuum: atqꝫ ipſos potuit ſubmergere ponto. Per quattuor enim carmina eundẽ verſus locum ſimili oratiõis parte: ac ſimiliter deſinẽte cõplexus eſt: ⁊ quod vt mirabilius: ita ſuauius eſt: paribus ⁊ tempore ⁊ numero ſyllabis protulit. Hec de diuini poete verſibus dicta ſufficiant. Hec ⁊ in ſoluta oratione nobis ratione factitanda ſunt: ac tanto facilius: quãto latiores nobis cãpi patent. Nã carminis aſtricta cõditio eſt latini maxime: ⁊ enim quum greci ex varia pedum locatione .xxxij. huius verſus ſchemata conficiant. Latinitas quoniã vſu in quinto non tam licenter ſpondeum accipit: penultimi numeri duplicationẽ amittit. Verum proſaice orationis compoſitio: quoniam ita in vniuerſo vix intelligi poteſt / quum de ſingulis generibus dicemus / paulo poſt patebit. Etenim nunc de ipſis incipiã dicere: ſi prius reſpondero his: qui aut arte poſſe tam multa ⁊ minuta intelligi negant: aut natura: non induſtria comparari affirmant: qui mihi parum cõſyderare videtur omnium: que artificio geruntur: exitus ita induſtria ⁊ arte acquiri: vt principia nobis innata ſunt. Neqꝫ enim quicquã inuenies: quod aut natura extremũ ꝑduxerit: aut ars primũ: quare ⁊ ad eloquentiã natura quidẽ incitamur: diligentia vero ⁊ vſu perficimur. at difficile eſt inquiunt tam multis occupatũ facile ⁊ expedite orationẽ efferre. Ego vero impoſſibile id omnino puto: ſi quis tunc plane oratorie loqui velit: quum diſcere incipiat: aut ſi quum dicit precepta artis conſyderet. Nã ſicut in legendo ſi quis litteras omnes: ac ſyllabas: verbaque ſingula: eorumque accidentia tunc ſecum examinet: quum legit. is ne ſyllabam quidem vnã pronuntiare poſſet: quod ſi prius dabit operã ſingulas cognoſcere litteraſ: deinde ex cõiuntione litterarum ſyllabas efficere: primo quidem tardius ac tardius leget: deinde cõſuetudine ad miram: vſqꝫ / ac pene incredibilem velocitatem legendi perueniet / quum non amplius in cognoſcendis ſingulis elaboret: ita fit in hac re. Nam que in principio dura atque ardua videntur / exercitatione in eum habitum perueniunt / vt ad quoduis genus.

quoduis genus / dum volumus / orationem vertamus. Quis ignorat quã multa cõſyderet gramaticus ⁊ quam varia: Sed nihilominus exercitatione cõſequimur: vt non congrua ſolum: ſed ornata etiam elocutione tanto facilius quanto minore cura vtamur. Nam qui quum loquitur ad verba intendit animum illi ſimiles mihi videtur / qui in ſagitando arcum ſagittamqꝫ intuetur. Infinita ſunt dialecticorũ volumina ſubtiliora / ⁊ ſpinoſiora precepta / ſed tamen aſſidua diſputatione adipiſcuntur vt ⁊ expedite ⁊ caute diſſerant. Non enim vt ad Herenniũ criminatur Cicero infantiſſimi: ſed in re ſua perſpicaciſſimi mihi videntur. Idem in alijs artibus vſu euenire omnes intelligunt: hac in facultate aliter fieri credunt: ac ideo quum Ciceronis: aut Demoſthenis quicquã legitur: in quo aut vehementie: aut iocunditatis: aut alterius generis vis oſtenditur: quid tu credis inquiunt oratores his minutiſſimis rebus: quom ſcriberent occupatos fuiſſe: immo quid tu omnium: ſed tacere preſtat: quum gramaticus congrue: ac expedite loquatur: eum credis genera: caſus numeros: perſonas: tempora: ceteraque huiuſmodi: earumque rationes mente verſare: non inquies. Quid vero quum muſicus manum moueat: ipſum tunc putas numerum ⁊ proportiones fidium: ⁊ vocum excogitare: aut ex habitu iam conſuetudine confirmato: qui altera natura eſt omnes digitos moueri ita cenſes: vt nunquã quum velit netem pulſare hypaten tangat: ex habitu ſcio dices. Nunquam enim tanta velocitate: vtriuſqꝫ manus digiti fere omnes: vel alio videntes: atqꝫ loquente nonnunquam muſico: ita mouerentur: vt natura ipſa hanc ad rem ſolam facti videantur. Cur igitur miraris oratores quoque clariſſimos: quum in ſingulis exercitatione habitum fecerint: facile ac compoſite dicere potuiſſe: Verum falſa hec opinio ideo multis accidit: quoniam nemo fere ab ineunte adoleſcentia recte aut litterature: aut huic facultati inuigilat. Quum vero ad maiorem etatem peruenerunt: atqꝫ ad honores magiſtratuſqꝫ reipub. gerendos animum induxerint: tunc quum intelligant dicendi rationem ſibi vſui futuram ad hec humanitatis ſtudia: vel inuiti deferuntur. Quare fit quum ſubito ſummi oratores prodire velint: ne facile nobis credant: ſi tam multa ſibi per diſcenda propoſuerimus his preceptis clariſſimos oratores diuinum eloquentie flumen adeptos fuiſſe: ſed iam ineptias eorum: qui aut ignorantia: aut negligentia hec contemnunt: relinquamus. Nec enim huiuſmodi hominibus: quoniam laborem diſcendi abhorrent: rectius conſultum puto. quam vt velint parnaſſum eliconaqꝫ petere: vbi ſi noctem vnam dormierint: repente ad ſuos omnium eloquentiſſimi reuertentur. Nos his: qui diligentia hac labore nihil tam arduum: ⁊ difficile putant: quod exercitatione aſſidua / ⁊ induſtria teneri non poſſit reliqua: ⁊ quidem curioſius exponamus. Ac quoniam de membris: clauſulis: numeris: ceteriſque compoſitionis partibus ſingulatim diligentius dicere inſtituimus in vniuerſum de his ſatis. Illud mihi omnes memoria teneant / quoniam naturam ars ſequitur: primaque verba optima litterarum compoſitione: nature inſtinctu edita credimus: ſingulorum verborum immutabilem cõſyderandam compoſitionem / ⁊ que verborum ex ſyllabis: atque litteris eſt: eam vniuſcuiuſque generis ex verbis eſſe locationem non dubitent illud caueant: ne nimium efferatur oratio: ne fluctuet: ne exanguis ac arida eſſe videatur. Nam hec tribus figuris: que loco habite probantur: oppoſita ſunt: que ſi quis effugere velit (omnes autem velle debent) curabit: ne valde a preceptis noſtris remota ſibi contexatur oratio. Nam oppoſita non his ſolum: verum etiam in his que ſequuntur generibus oppoſitis conſtituuntur.

IN hoc genere figure erit hoc exemplũ. Vbi quis ẽ veſtrum iudiceſ qui ſatis idoneã poſſit in eũ penã excogitare qui prodere hoſtibus patriam cogitarit. qđ maleficiũ cũ hoc ſcelere cõparari. quod huic maleficio dignũ ſupplicium pot inueniri. in his qui violaſſent ingenuã / matreſ familias conſtupraſſent. pulſaſſent aliquem. aut poſtremo necaſſent maxima ſupplicia maiores conſumpſerunt. huic vero truculentiſſimo ac nefario facinori ſingularẽ penaꝫ non reliquerunt. atque in alijs maleficijs ad ſingulos aut ad paucos ex alieno peccato iniuria peruenit huius ſceleriſ qui ſũt affines ei cõſilio vniuerſis ciuibuſ atrociſſimas calamitates machinãtur. O feroceſ animos. o crudeleſ cogitatiões. O derelictos homieſ ab humanitate. Quid agere auſi ſunt. aut cogitare poſſint Quo pacto hoſteſ reuulſis maiorũ ſepulchris deiectis menibus ouãtes irruerẽt in ciuitatẽ. quõ deũ ſpoliatis tẽplis optimatibus trucidatis alijs arreptis i ſeruitutẽ matribuſfamilias ⁊ ingenuiſ ſub hoſtilem libidinẽ ſubiectis vrbs acerbiſſimo concidat incẽdio conflagrata qui

## ⁋ De formis dicendi.

Quoniã breuiter elocutionis vim confuſe tanquã aliquã ſyluã propoſuimus: Nunc formas dicendi oẽs: ac gña: quantũ in nobis ſitũ ẽ cla re ac diſtincte explanare conabimur: que res quã ardua ſit: quã difficilis: quantãq; diligẽtiã deſyderet: nõ me fugit. nõ. n. ſolũ quot ⁊ que ſint intelligere: ⁊ quod intellexeris: perſpicuũ ac planum oratione red dere vehementer arduũ eſt. Uerum ẽt rem iam per multa ſecula ignorãtie ſordibus obrutã in medium protrahere multo difficilius. nã etſi Hermogenes ⁊ clarius ⁊ di ſtinctius ceteris oĩbus qui añ eũ fuerunt de dicẽdi formis: quas grece ἰδέας vo camus diſſeruit: ⁊ multis tñ ille potuit tã precepta: tã exempla delecta: ſine quibus hec res explicari nõ põt colligere. nam ⁊ veteres omnes rhetores vſq; ad Iſocratẽ illam ſcholam multa de formis dixerunt: ⁊ Minutianus quamuis confuſe nimis / multa tamen ⁊ precepta ⁊ exempla partim ab alijs deſignata: partim ſua induſtria ſumpta a clariſſimis oratoribus illi parate ſubiecit. Nobis in latino ſermone nullus eſt qui hac in re nobis opem prebere poſſit: Nam Cicero quidem quum multa de oratoria facultate nobis reliquerit: hec tamen ita ſubticuit: vt nil aliud niſi plura eſſe dicendi genera: in quibus neceſſe ſit oratorẽ inſudare nos cõmonuerit. Idq; quũ multis in libris tangat: tum maxime in eo: quem de oratore cõpoſuit. plurimis i locis horum dicendi generum mentionem facit. Que vt auctoritate eius plura ẽe pa teant: nõ grauabimur verba quedam de oratore ſumpta huic ſermõi inſerere. Quã quã inquit id quod perſpicuum eſt: non omni cauſe: nec auditori. nec perſone nec tẽ pori congruere orationis vnum genus. nam ⁊ cauſe capitis alium quendam verbo rũ ſonum requirunt: alium rerum priuatarum: atque paruarum. Aliud dicẽdi genus deliberationes: aliud laudationes / aliud iudicia: atq; ſermones. aliud conſola tio / aliud obiurgatio / aliud diſputatio / aliud hiſtoria deſyderat. Refert etiã qui au diant ſenatus / an populus / an iudices frequẽtes / an pauci / an ſinguli / ⁊ quales ip ſi quoq; oratores qua ſint etate / honore / auctoritate. Debet etiam hoc videri tẽpus pacis / an belli. feſtinationis an ocij / atq; hoc in loco nihil ſane precipi poſſe videtur niſi vt figurã plene orationis ⁊ tenuioris / ⁊ itidem illius mediocris ad id qđ agemus accõmodatũ eligamus / ornamentis iiſdem fere vti licebit / alias intenſius ali as ſubmiſſius / omniq; in re poſſe quod deceat facere artis ⁊ nature: ſentire quid qũ deceat prudentie. His illius eloquentiſſimi viri ac precipui oratoris verbis nemo eſt / qui nõ intelligat multa eſſe dicendi gña / que vt ipſe vtinã ſolũ tangere / ita quoque preceptis diligenter explicare voluiſſet. Quantam. n. rem quãq; vtilẽ nobis reliquiſſet declarant libri ſui / in quibus non vno atque ſimplici: ſed multis multaque varietate cõpoſitis generibus / vt res petebat / editas orationes inuenies. Uerum quod ille aut negocijs ⁊ priuatis ⁊ publicis impeditus / quod magis credo / aut forſitan quia noluit / quod inquã ille reliquit: nos pro virili parte ex eo ipſo eliciamus: neq; laborẽ pertimeſcamus: quoniã nihil ab ceteris: qđ aut ad exẽpla ptineret: aut ſaltẽ ad harũ formarũ noia accepimus. Ualde. n. huiuſmodi preceptionẽ oratori neceſſariã eſſe quis nõ intelligit: Nã qui ſola natura nititur is qđ deceat facere nũ quam poterit / qui vero ad naturam artem adiungit / is Ciceronis aliorumq; maiorũ quorumcunq; voluerit orationis filiũ certa ratione ſequetur. Neq;. n. ingenia ſed induſtria hoibus iam diu deeſt. Aggredior igitur rẽ adeo difficilẽ: vt vix ſane (vt ẽt ipſe dicit) quid precipi poſſit intelligatur: Quod tñ artis eſſe confirmat / quum di cit oĩ in re poſſe qđ deceat facere / artis eſſe ⁊ nature: ſine qua neq; ars quidẽ erit. Erit igitur bipartita hec nobis pceptio. ac primo ſimplices dicẽdi formas. vt fieri de beant exponemus: deinde qua cõpoſitione ſimpliciũ generũ: hoc aut illud cõpoſitũ fiat explanabimus. Nam quid quando deceat: qđ ad grauitatẽ ſummam ptinet pro tempore

ſe nõ putãt id qđ voluerint ad exitum perduxiſſe niſi ſanctiſſime patrie miſerandum ſcelerati viderint cinerem. Neque eo verbis cõſequi tu dices indignitatẽ rei, ſed negligentius id fero. q̃ vos me nõ egere. veſter. n. vos animus amantiſſimus reip. facile docet vt eum qui fortunas omnium voluerit prodere. precipitem perturbetis. ex ipſa ciuitate quam ille hoſtium ſpurciſſimorum dominatu nefario voluit obruere.

⁋ In mediocri figura verſabitur oratio ſi hec vt ante dixi aliquantulum demiſerimus. neque tamẽ ad infimum deſcẽderimus ſic. Quibus cum bellum gerimus iudices videtis cũ ſocijs qui pro nobis pugnare ⁊ imperium noſtrum nobiſcum ſimul virtute ⁊ induſtria conſeruare ſoliti ſunt. Hi cũ ſe ⁊ opes ſuas ⁊ copiã neceſſariorũ nouerint. tũ vero nihilominus propter propinquitatẽ ⁊ oĩum rerum ſocietatẽ quid i oĩbus rebus p. r. poſſet eſtimare poterãt. hi cũ deliberarẽt bellum gerere queſo que res erat qua freti bellum ſuſcipere conarentur. cum maximam multo ſociorum partẽ in officio manere intelligerẽt. cum ſibi non multitudinem militum nõ idoneos imperato-

pro tpe ac cã ipſe videbit orator. Uerũ ne longiore orõne precepta demorer: de re dicere incipiã: ſi lectores deprecabor: ne nos incuſent: ſi duriora formarũ noia ſibi videbuntur. Atq; vt rẽ potius quã appellatiões rerũ cõſyderent: quas etiã ipſa cõſuetudo ſuauiores faciet. aut res quũ intellexerint alijs noibus (nihil. n. ĩpedio) quibuſcũ que velint denominent.

## ⁋ De ſeptem formis dicendi.

Forma eſt genus orationis ſententia: methodo: verbis: compoſitione: rebus ſubiectis: ⁊ perſonis idoneũ. Has Hermogenem ſecuti ſeptem putamus. Claritatem: Magnitudinem: venuſtatem: quã ⁊ pulchritudinẽ dicimus: Celeritatem: Affectionem: Ueritatẽ: ⁊ Grauitatem. Claritas eſt que facit purã ⁊ perſpicuam orationem. Magna ⁊ grandis oratio eſt: que puri ſermonis contritã conſuetudinẽ pondere ſuo excedit. Uenuſtas ⁊ pulchritudo eſt omniũ: quibus orõ cõficitur cõuenientia quedã ⁊ modus: quaſi ſuccus quidam ⁊ qualitas tanquã color orationis elucet. Uelocitas eſt cõpoſitionis acceleratio: qua viua ⁊ mobilis orõ videtur. Affectio eſt qua ſic componitur oratio: vt qualitatem animi oſtendere: ⁊ in ſitos ei mores aperire videatur. Hanc moratã etiã orationẽ appellare licet. Ueritas eſt que facit: vt non ficte: nec dedita opera: ſed vt ſentimus dicere videamur. Grauitas eſt congrua omnibus circunſtantijs oratio: vel quedã orõnis elatio. Quũ hec ita ſint: de claritate primũ dicendum videtur: quã in elegantiã ⁊ purũ ſermonẽ diuidimus. Purus ſermo eſt oratio clara nulla ambiguitate: aut confuſione cõmixta: ꝗ quo vt ordine dicatur: ea primo exponamus: quibus omne dicẽdi genus cõficitur. Tria igitur nobis vidẽtur ſine quibus: ne cõſtare quidem orationẽ intelligimus. Sententia: methodus: vel artificiũ. Compoſitio: quam his ſex tanquã partibus cõſtare putamus. dictione / hoc eſt verbis / exornatione / mẽbro / collocatione / clauſula ⁊ numero. Sententia eſt res inuenta verbis expolienda: ſine qua verba in numerũ ornate conſtruere furioſum eſt. Artificiũ eſt via ⁊ modus: quo ſententia verbis explicatur: Huic omnes exornationes / quas ſententiarum multi appellãt / ſubijciende videntur. Compoſitio eſt que elementorũ: ſyllabarum: dictionum: dictionumque cõſequentium inter ſe poſitione cõficitur de qua ſuperius dictum confuſius eſt. Dictionẽ appellamus verba ⁊ vocabula inuentioni accommodata. Exornationes ſunt verborũ quedã expolitiones: ⁊ modi: quibus tanquã colorato amictu rem ⁊ veſtimus ⁊ decoramus. Membrum eſt vno ſpiritu prolata oratio: que totam ſententiam: vel partem eius breuiter abſq; interuallo abſoluit. Membrorũ vero que breuiora ſunt: vt puta que duodecim ſyllabarũ numerũ non excedunt: comata. id eſt inciſiones greco vocabulo nominentur: que longiora ſunt: membra nũcupentur. Collocatio eſt dictionum numeroſa compoſitio. Clauſula eſt vniuſcuiuſque orationis aut ẽt membri numeroſa depoſitio. Numerus eſt que ex obſeruatione collocationis: atque clauſule pedum conficitur orationis ſonoritas atque modulatio. His ita dictis: vt ſciamus quum ad hoc aut ad illud genus orationem flectere in animo eſt: quibus magis elaborandum ſit: dicendum eſt: que horum potiora nobis videntur. vt intelligas te ſi illis abundaueris: propoſitum conſecutum eſſe. Non enim quod omnia: ſed quod plura: vel potiora: clara: vel magna: vel grauia: ⁊ huiuſmodi: vel illiuſmodi ſint. Hanc aut illam dicendi formam continere orationẽ iudica. Primum igitur locũ ſententias poſſidere non dubitamus: ſecundum: verba tertiũ exornationes: artificio. quartum: quamuis in grauitate non quartũ ſed primum ei conceſſerim: numero in proſa quintum: in verſu primum. Collocatiõi ⁊ clauſule vltimũ locũ attribuimus. qua ex re patet cõpoſitionẽ primã oĩum poſt ſñias eſſe: quippe q̃ tantum vim habet: vt parua magno: aut magna parua videri nulla re. niſi compoſitione conſequamur. Non enim video qua ratione rem tenuem in imenſum extollere

res. non pecuniã publicã preſto eẽ viderẽt nõ denique villarẽ que res pertinet ad bellũ adminiſtrandũ. Si cum finitimis d̃ finibus bellum gererẽt. ſi totum certamẽ in vno ſtipo poſitum putarẽt tñ et his rebus inſtructiores ⁊ apparatiores venirẽt. nedum illi orbis terre imperium. cui imperio oẽs gẽtes. reges nationes. partim vi. partim voluntate cõſenſerunt. cum aut armis aut liberalitate a po. ro. ſuperati eẽnt ad ſe tranſferre tantulis viribus conarẽtur. Queret aliquis quid Fregellani nõ ſua ſponte conati ſunt. Eo quidẽ iſti minus facile conarẽtur qđ illi quẽadmodum deceſſiſſent videbãt. Nã rerum imperiti qui vniuſcuiuſq; rei de rebus anteactis exempla petere nõ poſſunt hi per imprudentiã facillime deducerentur in fraudem. At hi qui ſciunt quid alijs acciderit facile ex aliorũ euentis ſuis rationibus poſſunt prouidere. Nulla igitur re inducti. nulla ſpe freti arma ſuſtulerunt. Quis hoc crederet tantã amentiã quenquã tenuiſſe vt imperium po. ro. tentare auderet nullis copijs fretus. ergo aliquid fuiſſe neceſſe eſt quid aliud niſi id quod dico poteſt eſſe.

⁋ In attenuato figure genere id qđ ad infimum ⁊ quotidianũ

poſſimus: niſi primo his verbis contexamus orationem: que quoniam robuſtioribus elementis compoſite ſunt: magnum quoddam ⁊ ſonans pollicentur. Deinde inter ſe verba ⁊ membra ſic coniungemus: vt ſicut per ſe ſola: ſic etiam ſimul poſita magnitudinē afferant. Econtra. vero ſi quis magna rem extenuare voluerit: cum neceſſe eſt ea compoſitione verborum vtitque humillima ſit. Quare cōpoſitionem plurimum in oratione poſſe concedendum eſt: nec res eſt: qua doctus homo: dicendiqȝ peritus a rudi ⁊ agreſti magis differat: quā quod ignarus dicendi caſu verba componit. orator autem ſic alligat ſententiam verbis vt eam certa quadā cōpoſitione complectatur. Non dubiū eſt ſi quis hec verba pronunciet: atqȝ vnam rem ex oībus intelligat: capere: rapere: raptare: quin compoſitione. vnū alio grauius atqȝ vehementius eſſe cōfiteatur. Que vis quū in ſingulis verbis eſt: ⁊ litterarum ſyllabarumqȝ naturali fere cōpoſitione conficitur: tum vel maxime horū: aut illorum verborum contextu: atqȝ cōgerie: multo maior conſurgat neceſſe eſt. Nam verba quidem compoſitioni preponere ineptiſſimum eſt. Conſentanea enim generim cōpoſitio: idonea quoqȝ verba continebit verba cōgrua: vel abſqȝ conueniente compoſitione eſſe poſſunt. Deinde ſi quis maxime a cōpoſitione verba ſeiungat: eadem tamē verba aliter atqȝ aliter diſtributa multo maiorem varietatem generibus afferunt: quā ſi in eadem diſpoſitione commutata intelligantur. Quāobrem ⁊ cōpoſitioni nobis ſubiecta ſunt: quāuis ⁊ delectus qui cōpoſitionem antecedere videtur: ex incōmutabili quadam: ⁊ fere naturali: vt dictum eſt: compoſitione dependeat. Artificiū vero non prepoſuerim: quod illud ſententiarū quidem modus ſit cōpoſitione ipſe ſētentie tam extolli quā deprimi ſoleāt. Cetera quū aut accidant verbis: aut verbis conficiantur: aut verba conſequantur: compoſitioni anteponi non poſſunt. Sed iam res ipſa petit: vt de prima claritatis formula dicere incipiamus

## De puro ſermone

Purus ergo ſermo omnibus octo predictis ſententia: artificio: verbis: exornationibus: membris: collocatione: clauſula: ⁊ numero cōficitur. Sententie eius ſunt: que quū nihil habeant longa excogitatiōe dignum: cōmunes fere omniū: ⁊ vſitatiſſime videātur. Vt Cicero in uerrinis. Soſippus ⁊ Epicrates fratres ſunt agienſes: horū pater abhinc duos ⁊ viginti annos eſt mortuus. Nam hoc huiuſmodi eſt: vt quiuis hominū nō capere ſolum: ſed etiam dicere tale poſſit quid. Puri ergo ſermonis huiuſmodi ſententie ſunt: ſi p ſe conſyderantur. Nam ſi vbi aut quādo: aut quapropter huius: aut illius generis aliquid dicitur: ex octo rebus: quibus oīa genera cōficiuntur: conſyderes: eā grauitatem queris: que nō has formas dicendi ſolum: ſed totā hanc rhetorice artem cōplectitur. Item in eodem verrinarum. iiij Heracleus ille ⁊ Epicrates. longe mihi obuiam cū ſuis omnibus pceſſerunt: venienti Syracuſas egerunt gratias. Flentes Romam decedere mecū cupiuerunt. Sed de ſententijs hactenus. Longū enim eſt plura colligere: ⁊ vnum vel alterum locum tangere ſatis putamus: ad id intelligendū: quod nolumus. Nūc de artificio dicemus: ſi prius breuiter cōmonebimus nos hoc in negocio: nō qualis purus Cicerōis ſermo: vel elegātia: vel circūductio/ vel alia quedā dicēdi forma exponere. Verū ipſa genera per ſe qualia nā eſſe debeāt explicare Quā rē ſi quis bene teneat/ nō Cicerōis ſolū/ ſed aliorū genera ⁊ itelliget/ ⁊ imitari recta ratiōe poterit Nā ſi quis ſimplices formas recte habeat: eū quicquid ex eis cōponitur nō fugiet Quare vt ipſa ſimplicia formarū genera pateāt exēplis vti neceſſe eſt. Ea ſi Ciceronē tollas. unde cōmode capias/ nō habebis. Nā ſi noſtra quidē ſola pponerē: nec tātū auctoritatis haberet oratio/ ⁊ in arrogātiā icideremus. Propterea nūc Ciceronis auctoritate vnūqūqȝ cōfirmabim⁹/ alias quū ipſe ſūm⁹ orator ceteris ſedulo cōmiſcebat vt ad rē ſuā qcquā cōmode ꝯuenire arbitrabat/ quā violatā a ceteriſ poterim⁹ vnamquāqȝ dicendi

ſermoné demiſſū ē docerit: exēplus Nam vt ſere hic in balneas venit cepit poſtquā cōſperſus conſteari. Deinde vbi viſum eſt vt in alueum deſcēderet excepi iſte de trāſuerſo. heus inquit adoleſcens puer tu modo me pulſarunt ſatiſfactas oportet hic qui id etatis ab ignoto pter conſuetudinē appellatus eſſet erubuit. Iſte clari⁹ eadem ⁊ alia dicere cepit. hic vix tādē inquit ſine me conſiderare. Tu vero iſte cepit clamare vociſſaque per facile cuius rubores iniicere poſſet. ita petulāx atqȝ acer vt ne ad ſolarium quidem vt mihi videtur. ſed pone ſcenam ⁊ in eiuſmodi locis exercitatus ſit. conturbatus eſt adoleſcēs nec mirum cui ē tunc pedagogi ſites ad auriculas verſaretur imperito eiuſmodi cōuitiorum. Vbi enim iſtic vidiſſet ſcurram exhauſto rubore qui ſe putaret nihil habere quod de exiſtimatione perderet. vt omnia ſine fame detrimento facere poſſet. Agūtur genera figurarum ex ipſis exēplis itelligi potorunt. Erat. n. abſoluta verborū cōſtructio quedā ⁊ alia i grauitate alia poſita i mediocritate. Eſt āt ea tenuis ueduſ hec gēa conſectemur

vnamquāqȝ dicendi formā exemplo noſtro: ſi ocium dabitur: declarauimus. Nunc de methodo puri ſermonis dicendū eſt. Arte purum ſermonem conficiemus: ſi ipſā rem ſolā ita enarrabimus: vt nihil in eodem orationis contextu contrahamus. Cōtrahitur autem vel genus ad ſpetiem: vel totū ad partem: vel indefinitum definito vel qualitas ⁊ diſpoſitio rei: vel auditorum iudiciū vel vnius ad alterum: vel plura differētia. Item fugienda eſt eorum expoſitio: que rem cōſequuntur. Nam qui quū rem aliquam dicit: cōſequentia eius quoqȝ ſimul exponit: nō purum ſermonem ſed eius oppoſitam circunductionem facit: de qua poſt dicetur. Cōſequi autem rem dicimus: locum: tempus: perſonam: modum: cauſam: vt apud Ciceronem poſt id qđ ſuper ius diximus. Huiuſmodi quid conſequitur: quod erant mihi oppida: complura etiam reliqua: conſtitui cum hominibus: quo die mihi meſane preſto eſſent. Nam etſi ex adiecta cauſa breuis circunductio non omnino puritatem cōturbet: tamen ſi quid purum ſit: per ſe velis examinare huiuſmodi orationem puram non dices. Si vero purus nō re ipſa: ſed ſolum videri cupis: methodus eſt. vt omnibus modis: quibus pura oratio fit: oratiōem incipias: circūducentia in medijs intermiſceas: quod quanto breuiora ſunt: tanto minus puri ſermonis ſuauitatem cōturbant. Preterea expoſitionem nō exornationem: ⁊ ſchemata: vt nōnulli exiſtimarū. Sed methodum puri ſermonis eſſe putamus. Multis. n. ſchematis exponimus: ⁊ recto: ⁊ obliquo ⁊ partitione: ⁊ collectiōe. Schemata vero alijs ſchematis fieri nō credendū ducimus Verū ſiue ſchema ⁊ exornatio verborū ſit expoſitio: ſiue methodus: eā clari ac puri ſermonis ppriā exiſtimamus. Eſt aūt expoſitio ſeiuncte a circūducētibus orationis explicatio. Puri ſermonis dictio cōmunis quedam ⁊ vſitatiſſima eſſe debet: nō trāſlata: nō aſpera: nō ampla. Tranſlatio enim omnis etſi vſitata eſt: tamē affert aliquid magni: quod purum ſermonem excedere videatur: Aſperis etiā obdureſcit quodāmodo ſermo: ⁊ obſcurus potius/ aut magnus quā purus efficitur. Ampla ſimiliter nimis tollunt orationem/ ⁊ rapiūt ad grandiloqum dicendi genus. Quare quū puri eſſe volumus/ his omnibus minus vtemur. Schema puri ſermonis oratiōis rectitudo. Nam ſicut puritas orationis circūductiōi oppoſita eſt/ ſic quomā obliquatio maxime circūducit/ rectitudo que ei oppoſita eſt/ puritatem maxime conficit. Rectitudo in oratione appellatur/ que per rectos tam caſus/ quā verba ita procedit/ ut vna res aliam contrahere non videatur. Cuiuſmodi fere ſunt omnes narrationes Cicerōis/ quas etſi rerū natura coactus/ quod accuſatorē ſepius pati neceſſe eſt circūducentibus conſtipat oīs/ tamen recte incipit/ tanta. n. in puritate rectitudo vim habet: vt dum recte incipias ⁊ deſinas: purus videaris: ac tanto magis: quāto interiecta circūducentia breuiora ſunt. Qua ex re manifeſtū eſt purū ſermōem eſſe eum ſchematis: qui omnino rectus ſit: purū videri. cui circūducētia interpoſita ſūt Quale illud Ciceronis in. Verrem. Sopater quidā fuit alicienſis homo domi ſue imprimis locuples: atqȝ honeſtus: is ab inimicis ſuis apud. C. Sacerdotem pretorem rei capitalis quum accuſatus eſſet: facile eo iudicio eſt liberatus. Nam hic Cicero ſi ita dixiſſet: quum Sopater quidam alicienſis homo domi ſue imprimis locuples atque honeſtus ab inimicis ſuis apud. C. Sacerdotem pretorem accuſatus eſſet/ facile eo iudicio eſt liberatus: Maior quidem dignitas ineſſet orationi Nam tam perſona: quā perſone qualitas ſimul cum antecedente in circunductiōe contraherentur. verum puritas que narrationi vehementer conuenit: ſublata eſſet quam vt integriorem ſeruaret: ſecūdum membrum etiam recte edidit: ac minus quā dicit poteſt circunduxit. Eſt ergo rectitudo puritatiſ ſchema precipuum: vt obliquatio circumductionis. Verum vt hec puro ſermoni accedit: ſi circunducentibus careat: ſic illa non longe a circunductione abeſt: ſi circunducentia continet. Quod ex hoc ipſo exēplo ſic patere poteſt. Sopater quidā alicieſis homo domi ſue

in finitima ⁊ propiqua vitia veniamus.

Vitiū ad grauem figuram.

Nam grauis figureque laudanda eſt. p.opinqua eſt ea que fugienda eſt. que recte videbitur appellari ſi ſuffulta nominabitur. nā vt corporis bonā habitudinem tumor imitatur ſepe. ita grauis oratio ſepe imperitis videtur ea que turgēte inflata ē. cū aut nouo aut priſcis verbis aut duriter aliunde trāſlatis. aut grauioribus quam res poſtulat aliquid dicitur hoc mō. Nam qui perduellionibus vēdidit patriam nō ſatis ſupplicij dederit. ſi preceps in neptunias depulſus erit lacunas. Poniet igitur iſtum qui montes belli fabricatus eſt cāpos ſuſtulit pacis in hoc genus plerique cum declinā uiſſent. ab eo quo profecti ſunt aberrauerunt ⁊ ſpem grauitatis falluntur. nec proſpicere poſſunt orationis tumorem.

Vitiū mediocris.

Qui i mediocre genus orōnis profecti ſunt ſi peruenire eo non potuerūt. errātes perueniunt ad confiniū eius generis quod appellamus diſſolutum quod eſt ſine neruis ⁊ articlis vt hoc mod

imprimis locuples ⁊ honeſtus ab inimicis ſuis apud. L. Sacerdotem pretorem rei capitalis accuſatus facile eo iudicio eſt liberatus. Nam hoc quã circunductũ ſit: clarum ei eſt: qui eius generis videt ſententias: qua ex re illud etiam certiſſimum habetur: ſentẽtias in dicendo plurimum ad cõmutandas formas valere. Schemata quoqꝫ quãuis nõ omnia: ea tamen: que non exornant: ſed tantũ quendam collocãdorum verborũ modum inducunt ſui generis ſemper imaginem ſecum cõferre. In hoc loco ita cõmorati ſumus: quoniam volumus hec: quum dicendi genera non omnino te fugiant imitationis gratia: ⁊ facilitatis Ciceronis multa nunc methodo: modo ſchematis: nunc membris: nunc dictione: locatione: clauſulis: numero: ⁊ nunc omnibus ſimul: nũc pluribus ad diuerſa genera cõmutare. Nam hac re nihil magis dicendi formas aperit: nihil maiorem in dicendo facilitatem preſtare poteſt. Nihil autem citius: aut tertius filium orationis: quod velis non ſolum recta ratione imitari: ſed omnino conſequi facit. Sed de ſchematis ſatis: nunc ad cetera pregamus. Membra puri ſermonis breuia eſſe debẽt: ⁊ cõmutata magis quã membra que tũ maxime puram reddunt orationem: quum vnũquodqꝫ ita ſententiam abſoluit: vt nullis cõprehenſionibus oratio compoſita ſit: quod vt clarius pateat: quid cõprehẽſio ſit altius aperiatur.

appellem fluctus ... ſed quod fluctuat huc ⁊ illuc: nec poteſt confirmare nec viriliter ſeſe expedire idẽ huiuſmodi Socij noſtri cũ belligerare noluiſſent vellent profecto vincere ... quid poſſet facere ſi quidẽ ſua ſponte fecerũt ⁊ non haberent. hinc multos ma los homines ⁊ audaces. Solent .n. diu cogitare oẽs qui magna negocia volũt agere nõ poteſt huiuſmodi ſermo tenere attẽtum auditorẽ diffluit .n. totuſ neqꝫ quicquam comprehendẽs perfectis verbis amplectetur.

¶ Vitiũ attenuate.

Quod poſſit in illa facetiſſima verborũ attenuatiõe cõmode verſari. venit ad aridũ ⁊ exiguũ genus orõnis qd nõ alienum eſt exile nominari. cuiuſmodi eſt hoc. Nã iſte ſtetit in balneis acceſſit ad hũc poſtea dicit. hic tuus ſeruꝰ me pulſauit. poſtea dicit hic ille conſiderabo. poſt ille conuitium fecit. ⁊ magis magiſqꝫ preſentibus multis clamauit. Friuolus hic qui dẽqꝫ tã illiberalis eſt ſermo nõ .n. adeptus eſt id quod habet attenuata figura puris verbis ⁊ electis compoſita orationem. omne

## ¶ De ſolutis ⁊ ligatis orationibus.

Omnis oratio aut abſolutiõe: aut comprehenſione componitur. Abſolutio eſt quum vnũquodqꝫ orationis membrum abſolutã atqꝫ perfectã ſententiam continet: vt illud Ciceronis dicendum eſt de Cn. Pompei ſingulari eximiaqꝫ virtute. Huius autem orationis difficilius eſt exitum quã principiũ inuenire. Ita mihi non tam copia: quã modus in dicendo querendus eſt. Comprehẽſio eſt duorum: aut plurimum membrorum ad abſoluendam inter ſe cum dependentia compoſitio. Hanc in circuitum: productionem: ſpiritus: continuationem: ⁊ ambitũ diuidimus. Verum de duobus extremis impreſentiarum dicendum. Nam cetera quantum negocij huius intereſt ab ambitu nihil differunt: ⁊ in quo differunt: loco ſuo dicetur. Circuitus eſt totius orationis rotunda ⁊ coacta denſa cum frequẽtatione verborum compoſitio: vt hoc poſtremo. Niſi eum dij imortales in eam mentem impuliſſent: vt homo effeminatus fortiſſimum virum conaretur occidere: hodie rẽpu. nullam haberemus. Hoc enim tribus inter ſe cõnexis membris. quorũ nullum ſententiam abſoluit: ita continetur: vt totam rotunde vi quadam colligat rationem Circuitus vel duobus: vel quattuor: vbi vnum vni: vel tribus membris effertur. Vbi duobus vnũ redditur: quale ẽ quod nunc diximus. Et illud in laudem. C. Ceſaris dictũ. Tantus enim eſt ſplendor in laude vera: tanta in magnitudine animi: ⁊ conſilij dignitas: vt hec a virtute donata: cetera a fortuna accõmodata eſſe videãtur Quare mihi bene videtur: quamuis breuiſſime more ſuo hanc rem circumſcripſiſſe Ariſtoteles: quum dicat periodum (ſic enim grece circuitum appellamus) orationẽ eſſe / vt verborum ex verbo latina ex grecis exprimã) que principiũ habeat ⁊ finem. Nam quum circuitus membris conſtet: quod precedit iuniores propoſitionem: ipſe principium: quod ſubſequitur hi redditionem: ille finem nominauit. Qua ex re non paruo ignorantie crimine hi reprehendendi videntur: qui vel vnico membro tũ circuitum fieri rati ſunt: quum longior ſenſus ⁊ ſimplex: quaſi quibuſdam amfractibus inter ſe circumferuntur. Quale illud eſt. Sopater quidam alicienſis homo domi ſue imprimis locuples atqꝫ honeſtus: ab inimicis ſuis apud. L. Sacerdotem pretorẽ rei. capitalis accuſatus: facile eo iudicio liberatus eſt. Decepit eũ rudes homines quedã oratiõis inciſio: que membrorũ imaginẽ affert: neqꝫ illud intelligere potuerũt: circuitus ſimulacrũ idcirco huiuſmodi orationẽ gerere: qd ex inciſione multorũ quoqꝫ membrorũ imaginẽ reddat. Nobis vero hec oratio nec cõprehenſio quidem

quidẽ videtur: quãuis inquãtũ membrorũ multitudinẽ oſtendat: ambitus appareat. Eſt .n. ambitus mẽbrorũ inter ſe ad abſoluendũ ſenſum ſine vi ⁊ cõmoratione cõprehenſio: vt pro. L. Murena. que deprecatus ab dijs imortalibus ſũ iudices more inſtitutoqꝫ maiorũ illo die: quo auſpicato cõmitijs centuriatis. L. M. conſulẽ renuntiaui: vt ea res mihi fidei / magiſtratuiqꝫ meo populo: plebiqꝫ. R. bene atque feliciter eueniret. Eadem precor a dijs imortalibus: ⁊ ob eiuſdem hominis conſulatũ vna cũ ſalute. Reip. obtinendum: ⁊ vt noſtre mentes atqꝫ ſententie cum populi Romani voluntatibus ſuffragijſqꝫ conſentiant: eaqꝫ res nobis. P. R. pacem tranquilitatem: ocium: atqꝫ cõcordiã afferat. Hoc dicendi modo cuncta Cicerõis exordia circũducta ſunt. Ab hoc circuitus differt: quoniam nulla vi ambitus cogit orationem. Quare ⁊ pluribus quam quattuor membris ⁊ multo longioribus: ⁊ que vni alterum breuiter nõ reddantur conſtare poteſt. Hec enim omnia quoniam fuſã orationem reddunt: coacte ⁊ rotũde orationi oppoſita ſunt. Unde fit vt ambitus exordio: circuitus contentioni accommodatior ſit: ⁊ tum cõmentationi cum contrario ſimilitudini ſententie: concluſioniqꝫ: ⁊ omni rationi confirmationiqꝫ argumentationis perutilis. Quare palã tenetur non ita cõmode vbique: nec ſi natura rei patitur circuitu: quemadmodũ ambitu vti quenquam poſſe. Illud etiam obſeruauimus vbi vehemẽtia opus ſit: vltimum circuitus membrum breuius ceteris confici ſolere. Ui enim quadam oratoris fit ſic orationem colligere: vt quum ad finem tendat: tã ſpiritu ⁊ voce: quam rebus feſtinare: ac quodãmodo ruere videatur. Lõgius vero in fine mẽbrum quanto vim diminuit: tanto dignitatem orationis exauget. Ex quo fit: vt vnum iudiciali: alterũ demonſtrationi magis conueniat. Quod niſi his exemplis que poſita ſunt perſpiceretur: qñ hec quã notiſſima cunctis: ⁊ certa eſſe cupimus: alia quoqꝫ congereremus. Nam hoc quem de generibus ſumpſimus laborem non eos ſolũ: quibus ad eloquentie integra res eſt inſtruere nobis propoſitum eſt / qui fortaſſis ſine exemplo credent. Verũ inueteratos vſu orationis ruſtico magiſtros ⁊ rhetores ad accõmodatum rebus ſtilum reuocare. Neminem ergo dubiũ eſſe volo vehemẽtiorem circuitũ redditiones habere breuiores / ⁊ eam inter ſe membrorũ dependentiã vt non bene vniuſcuiuſqꝫ membri exitu ceſſare ſpiritus poſſit: ſed cogi ac precipitari ad integram pronuntiationẽ totius videatur. Que oĩa ſi diligẽter obſeruabimus acriores: ſin remittemus ampliores futuri ſumus: quorũ vtrũqꝫ ad ſatietatem facere: cũ faſtidioſũ: tum dedita opera fieri videbitur. Varietas enim vbiqꝫ iocũdũ. Quare vt ab acrioribus ad amplos circuitus eſt recurrendũ: ſic a circuitu ad ambitũ aliaſqꝫ cõprehẽſiones veniendũ: quibus oĩbus tanquã laxamentũ interſit abſolutio. Ita tñ vt rerũ natura: locorũ: temporũ: pſonarũ habitum ſuũ poſſideat. Neqꝫ .n. verendũ puto: ne que ſimplicẽ quendã dicendi modũ cã expectat inueniatur. Quod ſi cui poſſibile videbitur rem parce violandũ quã ſatietatis faſtidiũ ſub eundem cenſeo. Nunc vt facilius hec conſequamur: exercitationem aperiam vtiliſſimam qua abſolutas orationes veterũ in ambitus: ambitus in circuitus ac hos in alios dicendi modos commutare poterimus. Que ſola res ſi omnibus in generibus adhibetur ad proborum oratorum vim ⁊ copiam aſcendere facit. Membrorum quoqꝫ commutatio in circuitibus non negligenda. Hoc enim pacto ⁊ ingeniũ acuitur: ⁊ quid melius dicatur facile videmus: ⁊ habitus quidam bene dicendi animum ſic illabitur: vt male dicere tibi difficile ſit. Inſequitur enim te atque aggreditur dignitas quedam orationis: ⁊ numerus: vt vel quod ex tempore dicis: cõmode ac eleganter: ſi paululum animum erexeris componatur. Dicendum eſt enim de Cn. Pompeij ſingulari eximiaqꝫ virtute. Huius autem orationis difficilius eſt exitum quam principium inuenire: ita mihi non tam copia: quam modus in dicendo querendus eſt. Hec oratio abſolutis membris effertur. Hec ambitus fiet

genus oratiõis ⁊ mediocre ⁊ graue ⁊ attenuatũ dignitate afficiũt exornationes. de quibus poſt loquemur. que ſi rare diſponentur diſtinctam ſicuti coloribus ſi crebre collocabuntur oblĩquam reddunt orationem. Sed figuras in dicendo commutare oportet. vt grauẽ mediocris mediocrẽ excipiat attenuata. Deinde identidem commutentur. vt facile ſacietas varietate vitetur.

hoc modo. Nā quū dicendū ſit de. Cn. Pompeij ſingulari eximiaqꝫ virtute: cuius
orationis difficilius eſt exitum quā principium in venire nō tam copia: quā modus
in dicendo mihi querēdus eſt. Circuitus ⁊ quidē amplior propter naturam rerum
hoc modo. Nam cui dicendum eſt de Cn. Pompeij ſingulari eximiaqꝫ virtute: cu
ius oratiōis difficilius eſt exitum quā principium inuenire: ei non tam copia: quam
modus in dicendo querendus eſt. Membra quoqꝫ inuertere tentandū hoc modo
Nam ei nō tam copia: quā modus in dicendo querēdus eſt: cui dicēdum eſt de. Cn.
Pompeij ſingulari eximiaque virtute/ cuius orationis difficilius eſt exitū quā pri-
cipium inuenire/ ⁊ aliter. Nam quum eius orationis difficilius ſit principium quā
exitum inuenire/ in qua de Cn. Pompeij ſingulari eximiaqꝫ virtute dicendū ē: nō
tā mihi copia quā modus in dicendo querendus eſt. Sic igitur ex abſolutis tribus
membris trimembris circuitus compoſitus eſt. Ex bimembri vero circuitu diſſolu
ta fiet oratio ſic. An Luccius illa humilitate preditus: illis ſtudijs: artibus atqꝫ do
ctrina illius ipſius periculū: quem propter hec ipſa ſtudia diligebat negligere potu
iſſet: Luccius magna humilitate: ſtudijs: artibus: atque doctrina preditus eſt.
Quonā igitur pacto ipſius periculū: quē propter hec ipſa ſtudia diligebat negligerē
potuiſſet: Itē ex eodē loco pro. M. Celio. Et quod facinus in alienū hominem illa-
tum ſeuere acciperet: id omiſiſſet curare in hoſpitem: Nā id facinus in alienū homi
nem illatū ſeuere acciperet: quare id non omiſiſſet curare in hoſpitem. Extrimem-
bri ſic. Poſtremo niſi cum dij immortales in eā mētem impuliſſent: vt homo effemi
natus fortiſſimum virū conaretur occidere hodie rempu. nullam haberemus. Po
ſtremo cum dij immortales in malam mentem impulerunt. Homo enim effemina-
tus fortiſſimū virum occidere conatus eſt: quare hodie rempu. nōnullā habemus.
Hac ex reſolutiōe vehemētior ille videtur circuitus: qui vno ſpiritu quod proponit
⁊ probat ⁊ cōcludit: quod quidem optimi circuitus proprium dixeriꝫ: ſed alterutrū
facere nonnunquam ſufficit. Nam ex his tribus: que argumentationem conficiūt/
duo quecunque circuitum conſtituere poſſunt: vt in illo. Tantus eſt eniꝫ ſplendor
in laude vera: tāta in magnitudine animi ⁊ conſili dignitas: vt hec a virtute donata
cetera a fortuna cōmodata eſſe videantur. Magnus eſt. n. ſplendor in laude vera/
magna i magnitudine animi ⁊ cōſilij dignitas: quare hec a virtute donata: cetera a
fortuna cōmodata eſſe videtur. Itaqꝫ niſi trium propoſitiōis: rationis: cōcluſionis
aut ſaltem duorū vis inſit orationi circuitū nullū habebis. Quadrimembris in ab
ſolutā orationem ſic immutabitur. Utrum ille qui poſtulat legatū ad tantū bellum
idoneus non eſt: qui impetret: quum ceteri ad expilādos ſocios: diripiendaſqꝫ ꝓuin
tias: quos voluerūt legatos eduxerint: An ipſe cuius lege ſalus atqꝫ dignitas po-
pulo Ro. atqꝫ oībus gentibus cōſtituta eſt: expers debet eſſe gloria eius imperato-
ris atqꝫ eius exercitus: qui cōſilio ipſius: atqꝫ periculo eſt cōſtitutus: Pom. qui po
ſtulat legatū ad tātū bellū idoneus nō eſt: qui īpetret: At ceteri ad expilādos ſocios
diripiendaſqꝫ prouincias: quos voluerūt legatos eduxerint: Gabinus expers eē de
bet gloria eius imperatoris: atqꝫ eius exercitus: qui cōſilio ipſius atqꝫ periculo eſt
cōſtitutus: At ipſius lege ſalus atque dignitas po. ro. atqꝫ oībus gentibus cōſtitu
ta eſt. Nunc ſi hāc quadrimembrem varie cōmutabimus: ad ſingulorum verborū
cōmutatiōem peregemus. Utrū ipſe: cuius lege ſalus ⁊ dignitas po. ro. atqꝫ oībus
gētibus cōſtituta ē: expers eſſe debet gloria eius īperatoris atqꝫ eius exercitus: qui
cōſilio ipſius atqꝫ periculo eſt cōſtitutus: an ille qui poſtulat legatū ad tantū bellū:
quem velit idoneus non eſt: qui impetret: quum ceteri ad expilandos ſocios: diripiē
daſqꝫ prouincias quos voluerunt legatos eduxerit: ⁊ aliter. Uerū quū ceteri ad ex-
pilandos ſocios: diripiendaſque prouintias: quos voluerūt legatos eduxerūt: Pō-
peius qui poſtulat legatum ad tantū bellum: quem velit idoneus nō eſt: qui īpetret
An is cuius

An is cuius lege ſalus atqꝫ dignitas po. ro. atqꝫ omnibus gentibus conſtituta eſt:
expers eſſe debet gloria eius imperatoris/ atque eius exercitus/ qui conſilio ipſius
atqꝫ periculo eſt conſtitutus: ⁊ aliter. Utrum is expers eſſe debet gloria Pompeij
atque eius exercitus/ qui cōſilio ipſius atqꝫ periculo conſtitutus eſt/ cuius lege ſa-
lus atque dignitas populo ro. atque omnibus gentibus conſtituta eſt: an quum ce
teri ad expilandos ſocios diripiendaſqꝫ prouincias/ quos voluerunt legatos edu-
xerint. Pompeius qui poſtulat legatum ad tantum bellum/ quem velit/ idoneus
non eſt: qui impetret: Uerum huiuſmodi circuitus multis quidē modis commuta
ri poſſunt. Ille vero vel quater ⁊ vigeſies commode variatur: quē χιαζομενον gre-
ce appellamus/ is ſit quum nullum inuenitur membrum/ quod alij tam preponi
quam ſubſequi non poſſit. quod vt quale ſit percipiatur: Exemplū a Demoſthene
preponamus. Nam apud Cicerōe in talem incidiſſe circuitum nunquam memini.
Plures vero qui non tam commode chiari poſſunt/ vel potius infinitos inuenies:
quale ⁊ expoſitum eſt. Chiaſmus igitur dicitur a χ littera/ que modo crucis ex in-
terſecantibus ſe ipſas duabus obliquis lineis figuratur. Chiaſmus vero in circui-
tu dicitur: quum in quadrimembri circuitu vtriſqꝫ propoſitionibus ambe redditio
nes conueniunt: ⁊ econuerſo: vt in hoc Demoſthenico. ομεν γαρ φιλιππος οσω
πλειονα υπερ την αξιαν πεποιηκε την αυτου τοσουτω θαυμαστοτερος παρα πασι
νομιζεται υμεισ δε οσω χειρον η προσηκε κεχρησθε τοισ πραγμασι το
σουτω πλειονα αισχυνην ωφληκατε. Hunc vt diximus etiam ſi quater ⁊ vigeſies
cōmutaueris: nec dignitatem: ac elegantiā orationis: nec ſenſum leſeris: adeo mira
bili ac ſingulari arte: ⁊ incredibili oratoris vi compoſita eſt: ſed nō vt in alijs quādo
cunqꝫ vis efficere hoc poſſis. Nam niſi natura rei talem inter ſe rerum conuerſionē
ſuſcipere poſſit: fruſtra labores. Neqꝫ mirum ſi tantam orationis elegantiam: atque
rotunditatē: tantam vim: tantam dignitatem natura paſſim fieri paſſa non eſt digni
tatis etiam gratiam ⁊ breuitatis ille circuitus habet: in quo ex cōmunitate: quod in
vno membro dicitur: in altero ſuppletur: vt in illo. Quid igitur ait Hortenſius: ſi
vni omnia tribuenda ſunt: vnum digniſſimum eſſe Pompeium: ſed ad vnū tamen
omnia deferri non oportere: ⁊ pro Cn. Pl. vtrum igitur me conturbare oportet: an
ceteris: quū cuiuſqꝫ dies venerit: hoc nomen quo vrget nunc competitor diſſoluere
Nam hic ⁊ breuitas mirabilis eſt: ⁊ rotunditas orationis. Multa. n. ex ſecundo in
primo ⁊ oportet in ſecundo ſupplenda ſunt immutare etiam nōnunquā: ac maxime
in comparandis rebus verbum licet: dum res ipſa hoc facere hortatur. Qua in re
danda eſt opera: vt ⁊ orationis concinnitas ⁊ ſententie grauitas conſeruetur: quod
erit ſi non nimis recedatur: vt ꝓ Cn. Planco. Quanquā diſſimilis eſt pecunie de-
bitio ⁊ gratie: Nam qui pecuniam diſſoluit: ſtatim non habet it quod reddidit/ qui
autem debet: es retinet alienum. Gratiam autem ⁊ qui refert habet: ⁊ qui habet: in
eo ipſo quod habet refert. Neqꝫ ego nunc Planco deſinā debere: ſi hoc ſoluero: nec
minus ei ſoluerem voluntate ipſa: ſi hoc moleſtie non accidiſſet. Diſſimilis inquit ē
pecunie debitio ⁊ gratie: quam diſſimilitudinem quū probare voluiſſet debitionis
verbū vtrobiqꝫ non ſeruat. Nam quū debitionem pecunie cum gratie debitione cō-
pararet: vt appareat in quo differant: verbum quidem debet pecunie reddidit: gra-
tie autem non id quod ex collatione oportebat: ſed verbū habet ſubiecit. Abſurdum
.n. ⁊ nimis coactū foret/ ſi nundū redditam gratiam eo ipſo redditam diceret/ quia
deberetur. Debitiōis ergo verbū quāuis ex collatione id petebat. oratio declinauit
atqꝫ vt fides ſalua eſſet deditionis loco habitionis intulit verbum/ quod vt liquidi
us videatur/ totū circuitū repetamus ⁊ debitionis verbo/ vt collatio requirit/ ſolo
vtamur. Nam qui pecuniam diſſoluit ſtatim non habet id qđ reddidit/ qui eum de-
bet es retinet alienū. Id alterum membrum eſt/ in quo verbū debitionis ineſt: Gra

tiam autē ⁊ qui refert debet/⁊ qui debet in eo ipſo quod debet refert. Ita poſtrema circuitus mēbra efferri petebant. Non .n. habitio gratie cum debitione pecunie: ſʒ debitio cum debitione confertur. Quā iocunde autem imutauit ⁊ commode quaꝫ apte atqꝫ ſubtiliter: mirum dicerem. niſi ⁊ omnia mirifice ab eo compoſita cernerē: ⁊ dicendi omnes virtutes cuilibet fere inſerte loco efficerent/ne quid pre ceteris ad mirarer: Longa hec atque ſuperuacanea multis viſum iri non ignoro. Ego vero nō hic ſolum: ſed etiam alijs quoque in locis huiuſmodi cōmutationes tangere nō grauabor. Nam quum ⁊ veteres hac re non parum in eloquentia profeciſſe intelligam ⁊ nonnullos doctos ⁊ probatos noſtris diebus ſupereſſe videam: qui compoſitione mēbrorūꝫ: id agant/ne labores ſui diuturniores ſint/non cōmouere tantum/quod forte fortaſſe precipientis eſſet: ſed viam omnem huius exercitationis: ⁊ modum ante oculos ponere conſtitui. nec detractorum quos multos futuros ſcio: reprehenſiones mihi tanti ſunt: quanti vtilitas omnium. Nam aduerſus eos id mihi ſolum ſufficere arbitror: quod Platonis rei. pu. varie cōmutatis membris atque clauſulis conſcriptum initium equidem manu ipſius Platonis inuentum eſſe creditur. Quam commutationem eius Dionyſius alicarnaſeus referre non dubitauit. Neqꝫ longiora hec ſunt: quā opus ſit. Nā ſi doctiſſimi atqꝫ acutiſſimi viri: qui totam vitaꝫ in eloquentie preceptis cōſumpſerint: nihil dignum laude componere poſſunt: quoniā huic rei adiecta ratione non inſudarunt. Merito hec nobis: ne quis amplius quam ſequatur viam ignoret: latius explicantur.

¶ Notat guarini veronenſis dictionem.

Quare non verear Guarini quoque Veronenſis eruditiſſimi viri nonnullos locos commutare: non medius fidius: vt quicquā de gloria ſua detraham. Nam ⁊ ipſe maiorem meretur: ⁊ ego ampliorem ei deferre vellem: quod bonarum literarum ſtudia in lucem e profundis tenebris eduxerit: ſed quoniam ipſa res aliter patere non poteſt: niſi docti cuiuſdam abſurde compoſita ad meliorem formam mutatione ſola reduci poſſe oſtendamus: Nam ciceronis quidem nihil inuenies: quod mutatum melius fieri poſſit. Ad hec ſi nōnulli opuſculum hoc noſtrum etiā antequā videant: vilipendere non dubitant. Neſcio cur mihi veritatem: ⁊ quidem in vtilitatem ipſorum exponere dubitandum eſt. Orationis ergo ſue: quā in laudē magnifici ducis edidit: hoc exordiū eſt. Pleriqꝫ ſūt Comes inſignis: ducτorque magnifice: qui res ⁊ facta veterum ſingulari admiratione conſequantur: ⁊ precipuis laudibus in celum efferant: ⁊ recte ſane. digniſſimum enim eſt eos ſuis nō fraudare preconijs/qui aut vitā per inuētas artes excoluere/aut preclara edidere facinora. Verū enimuero ijdem adeo aſperi vel faſtidioſi potius rerū eſtimatores ſunt: vt etatem noſtram aſpernentur ac dānent/que tamen per multos diuino ingenio: excellenti doctrina/⁊ imperatorijs artibus nobis inſtructos: ornatoſqꝫ produxerit. Hoc ad preſtantius ſic cōmutabitur. Pleriqꝫ ſunt comes inſignis: ductorqꝫ magnifice/qui quoniam digniſſimū eſt eos ſuis non fraudare preconijs/qui aut p̄clara edidere facinora: aut vitam per artes excoluere: vt res atqꝫ facta veterū precipuis laudibus efferunt/ſingularique admiratione proſequuntur: ſic etatem noſtrā aſpernātur ac damnant: quos ego ideo aſperos vel faſtidioſos potius rerum eſtimatores iudico: quod hanc etatem per multos diuino ingenio: excellenti doctrina: imperatorijs artibus inſtructos atqꝫ ornatos nobis video produxiſſe. Sed ne totā permutemus/totā ſane huiuſmodi eſſe per aliū locum oſtendamus. Ingens inquit ⁊ incredibile illud occurrit: que vrbs ipſa non ſemel: ſed totiens vincenda fuit: quot arces habuit caſtellaque ⁊ loco ⁊ arte munitiſſima: quum ne minimus quidem angulus in poteſtatem redigi/niſi ferro/machinamentis/⁊ obſidionis viribus impugnatus expugnatuſqꝫ potuerit: geminas tam lōge lateqꝫ foſſas ſub hoſtium oculis inter infeſta

inter infeſta illorum tela: ſub ardentiſſimo ſole circunducens omnem ſubſidiorū ſpem: ⁊ occaſionem ademiſti. Tantum effecit ⁊ ſenatus Veneti ſapientia pariter ac potentia: vbi illud imprimis accurate ac ſedulo prouidiſti: vt per valida munimenta ab hoſtili tutus ⁊ ſecurus eſſes impetu priuſqꝫ de militum ſalute: quā de aduerſariorum detrimento abs te curatum eſt. Immutetur ſic: Ingens ⁊ illud ⁊ incredibile nobis occurrit: quod vrbs ipſa ⁊ loco ⁊ arte munitiſſima. que non ſemel: ſed tociens vincenda fuit: que d arces habuit: atqꝫ caſtella: cuius ne minimus quidem angulus in poteſtatem redigi poſſit: niſi obſidionis viribus: ferro: machinamentis impugnatus: expugnatus eſſet: geminis tam longe lateqꝫ foſſis ſub hoſtium oculis: ſub ardētiſſimo ſole inter infeſta tela breui tempore foſſis circunducta omnem ſubſidiorum ⁊ occaſionum ſpem amiſit. Tantum ⁊ tua ⁊ ſenatus. Veneti ſapientia pariter ac potentia efficere valuit: vbi illud imprimis accurate ac ſedulo prouidiſti: ne quū per valida munimēta ab hoſtili tutus ⁊ ſecurus impetu eſſes: prius de militum ſalute quam de aduerſariorum detrimento abs te curatum eſſe videatur. Quid qͦ extremum poſuit quā abſurdum: oiectumqꝫ ſit quis non viderit: Nullam enim inquit tā ingens: tā clara: tā admirabilis res geſta eſt: qui vetuſtas nō obſcuret ⁊ obliuio: niſi litterarū ſplendor: ⁊ ſcribentiū lumen accēderit. Quā cōmodius hoc ipm: ⁊ robuſtius: atqꝫ expeditius ita diceretur. Nulla.n. tā ingens: tā clara: tā admirabilis res geſta eſt: quā vetuſtas ⁊ obliuio: niſi lr̄arū ſplendor: ⁊ ſcribētiū lumē accēderit: nō obſcuret. Hec quanto meliora venuſtioraqꝫ ſunt: nemo qui harum rerum vel minimū videt dubitabit. Nam quū prima compoſitione nihil fere viriliter colligatur ac ideo ſupina quedam: ⁊ futilis oratio ſit: ſecūda expeditius omnia dicūtur: ⁊ coacta atqꝫ comprehenſa ita efferuntur: vt quaſi viua oratio ⁊ mobilis eſſe videtur: qͦ ſi ad dignitatem demonſtratiui generis non accedit: ideſt cauſe: quod non eiſdē verbis ſolum. ſed eiſdem fere membris vti maluimus: vt quod ad propoſitū pertinet quanto ſit vtilis hec imutatio oſtenderemus: Artis autem eſt non optimū: atqꝫ ſupremum ex omnibus. hoc enim impoſſibile eſt: ſed qͦ fieri poſſit efficere. Idē igitur tā in verbis: quā in membris facere eos oportet: qui aliquid laude dignū componere volūt ne ei: quāuis perito viro ſimiles in dicendo ſint: qui etſi a iuuentute ſecūda vſus fortuna his ſemper ſtudijs inuigilauerit: tamen nihil vnquā nō dico magna laude dignū: ſed quod nemo niſi agreſtis oīno: atqꝫ hiſpidas aures haberet: audire pateretur edere potuit. Omitto cetera ſermonis eius vitia: que tot tantaqꝫ ſūt: vt vix capi poſſint Cur enim cū nō hiſtoriā ſcribat: ſed in demonſtratione verſetur. Verū enimuero ⁊ ſtatim in principijs occupauerit: quod nō ſolū hic: ſed in alijs quoqꝫ factitauit: nō video maxime quum nuſquā fere apud Ciceronē hoc legerit: que res cū quamuis multa legerit: ita tamen pauca intellexiſſe oſtendit: vt cū quid quietum ſit/quid forenſe/quid hiſtoricum/quid demonſtratiuum/aut alius generis verbum minime ſentiat/temeritate potius omnia cōfundere/quā iudicio compōere videatur. Cur etiam ſcribentium nō ſcriptorum dixerit nō intelligo: niſi qͦ timidum in dicēdo hominem: ne a ſcripto ſcriptorem dicere videretur: inſcitia deterruit. Sed hec infinita ſunt: atqꝫ idcirco pretermittēda. Illud vero dij boni quū ne minimus quidē angulus: nōne quum ad precedentia reddi videatur: ad inferiora inepte detorſit. Quuꝫ aūt dicit: priuſqꝫ de militum ſalute ſuperiori membro non abſque duritie ſenſus: ⁊ horrore auditus copulatū detraxit. Qua ex re quis vel hac luceclarius non viderit ſine arte nullum ingenium: nullam ad dicendum prodeſſe induſtriam: Nam cū ſūmo labore: ſummis vigilijs: longiſque temporibus abſque arte his ſtudijs alioquin doctus homo incubuerit: tamen nihil vnquā cōpoſuit: cuius ipſum: ſi bene cōſyderet: non peniteat. Hec vt ⁊ ipſe in poſterum ſe corrigat: ⁊ ceteri eum imitandum non putent: ſummis vt grece dicitur tetigiſſe digitis ſufficiat. Compoſitionem ve-

ro non ego ideo plurimum probo: quod delectum verborū deſpiciam: ſed quoniam
compoſitio difficilior ſit: atqȝ altior: totaqȝ oratoris: plura de hac precipiendū duxi
Nam vt edium ſtructores: ⁊ ſi paratos ſemper habent lapides perpolita ligna: cō
fectum cementum: non tamen magnifica ſibi edes ſubito conſtructa eſt: niſi ⁊ com
ponāt: Ita quū oratori verba tum a grāmaticis: tum ex aſſidua bonorum auctorum
lectione parata iaceant: nihil tamen magnum atqȝ laude dignum ſibi conficietur:
niſi pro dignitate rei cuncta diſponentur. Quare ſi dicere volumus: noſtrum eſt rec
to iudicio loco ſuo paratis vti hoc eſt compoſitiōi magis incumbere: quod etſi vtrū
qȝ pariter ad oratorē tātummodo pertineret: tamen iuſta cauſa eſſet. Quare diffici
lioribus ⁊ melioribus inſiſtere malimus. Nunc prima delectus pars: que pro poteſ
tate verborum quid dicendum: quid abijciendū ſit oſtendit: tota grāmaticorum eſt
Altera que pro rerum pondere: cauſarumqȝ dignitate ſingula verba examinat: etſi
noſtra eſt: tamen quum grauitatis ſit: preceptionem omnem effugit: ac oratoris pru
dentie: vt etiam altera compoſitionis pars tota relinquitur. Uerum de circuitu ac
ambitu commutationeqȝ ſua: membratim ſatis dictum: quibus purum ſermonem
ſicut ⁊ omni comprehenſione carere volumus. Nunc de collatione breuiter dica-
mus. Collocatio in puro ſermōe ſimplex quedam debet eſſe non accurata. Dico au
tem non accuratam ⁊ ſimplicem: que non coniunctione vocalium hiatum faciat: ⁊
de concurſu aliarum litterarum minus curat: vt Cicero in epiſtola ad Lentulum
Ego omni officio ac potius pietate erga te ceteris ſatiſfacio omnibus: mihi ipſe nū
quam ſatiſfacio. Nam hic ⁊ ſi ſententia magnum quid polliceatur: tamen quam de
miſſa cōcurſu vocalium ſit oratio: vel ſurdus ſētiet. Pedibus vero collocatio pura
debet abundare iambo ⁊ trocheo: vt ab ſuperiore Ciceronis epiſtola manifeſtum
eſt. Nam paucis admodū: ne pura iambica ⁊ trochaica ſit impeditur oratio: Clauſu
la ſimiliter iambica ⁊ trochaica debet eſſe. Hec differt a collocatiōe: quoniā ibi non
pedum ſolum congruitas: ſed litterarum quoqȝ concurſus aſper an lenis: facilis an
durus ſit conſyderatur. Hic pedum tantum curam adhibemus: ⁊ ibi in ipſe compo
ſitione verborū. Hic in exitu membri pedes examinamus: ad hec collocatio in ſolu
ta oratione nō tam ſcrupuloſa cura ad numarum ſemper redigenda eſt. Clauſula ve
ro in vnoquoqȝ genere maiorē vim habet ⁊ acrius conſyderanda eſt. Quare ſepius
collocationem quam clauſulam alienos ⁊ remotos ab genere pedes quāquā ſem-
per pauciores habere reperies. Clauſulam alienam rarius quā collocationem in-
uenies: quod ideo conſulto fit: qm̄ magis ſola ſine collocatione clauſula: quā ſine
hac idonea collocatio. Ad quod volumus genus facit orationem accedere: maxime
ſi principia quoqȝ membrorū ab eiſdem pedibus oriātur. Clauſulam enim prius
deinde membrorū principia: que ſiue collocatiōi: ſiue clauſule quis accōmodet: par
ui refert. Poſtremo reliquā collocationem obſeruauerim: quoniā numerus ſono
ritas eſt: que collocatione ac clauſula naſcitur. Iam clarum eſt quiſnam eſſe debeat
in hoc genere numerus. Membra enim ⁊ cōmata fere omnia ad iambici aut troc-
haici modulationem declinare debent. Ita tamen vt neqȝ verſus omnino ſint. Ui
tio enim hoc datur: neqȝ a modulatione verſus aliena quod tam in ſuperiore Cice
ronis textu: quā in eo: quod ſequitur perſpici poteſt. Tanta enim inquit eſt magni-
tudo tuorum erga me meritorum: vt qm̄ tu niſi perfecta re de me non conquieſti.
ego quia idem in tua cauſa nō efficio: vitam mihi eſſe acerbam putem. Quam cre-
bro iambos ⁊ trocheos in collocatione principijs: ac clauſulis adhibuerit vides.
Quare ad huiuſmodi verſuū cōmunem ſonum oratio ſibi acceſſit: quod quoniam
clauſula magis fieri docuimus: non neglecta collocatione: vt numerum cuiuſuis
forme contineas: clauſulas acrius examinabis. Uerum quoniā numerus a modu
latione huius aut illius verſus inclinare debet nulla mihi eſt dubitatio: clauſulam
remota non

remotam non viderit: que etſi in pedem generis propium non exeat: in eum tamen
deſinit: qui in vltimo verſus loco a proprio pede denominato adhiberi ſoleat: Quod
⁊ in collocatione fieri haud incōueniens eſt: ſed ne hac magno labore faciamus: di-
uerſis in generibus verſuū primo: deinde in ſoluta oratione dicere cōmodiſſime po
teri. Nam ſi qui carminibus operam ab adoleſcentia dederunt: magnum numerū
optimorum carminum: vel ex tempore edere ſoleant: quod non ſolū legimus: ſed eti
am vidimus quanto facilius ſponte ſua dedita opera liberior oratio fluet: Quare ſi
volumus ad maiorem copiam aſpirare: non cōmittemus: vt tenera etas huius rei
expers dilabatur. Quod faciunt hi qui ſubito volunt in ſūmos oratores euadere. ne
qȝ vident nihil vnquā hominem in quo ſe diu non exercuit bene ac facile facere poſſe
nec priſcarum rerum memoria ipſos iuuat: in quibus plane habetur: quod ſemper
exercitatis: qui iam habitum longo vſu fecerunt. idem fere fuit facere voluiſſe ⁊ po
tuiſſe.

¶ De elegantia

Uerum quoniam purum ſermonem per octo partes ſuas inſpeximus: nūc
alteram claritatis partem conſyderemus. Elegantia eſt qua efficitur: vt
ceteris quoqȝ formis claritas inſit. Quare a puro ſermone hoc differt. qđ
illa per ſe clara eſt: Hec vt propter magnitudinem ⁊ pondus adeo efferatur oratio
vt non longe ab obſcuro ſit: que claritatem cōtinet: intermiſcet. Non enim vna que-
qȝ harū formarū in dicēdo ſeperata a ceteris facile inueniri ſolet: ſed cōſyderātur qui
dem per ſe: cōnectuntur autem ſimul ad vnum oratiōis corpus: ita tamen vt oratio
nem puram: aut grandem: aut pulchram: ⁊ hanc aut illam dicere non dubitemus:
quum aut plura aut pauciora ex his octo: quibus genera dicendi conſtat in vnū con
currere inuenimus. Hec dicendi formula ſententias proprias nō poſſidet Nam qu
um nullus fere debeat eſſe locus orationis nō clarus: ⁊ pure ſententie per ſe clare ſint
omneſqȝ pure non poſſint eſſe: niſi eleganter tractentur: que huiuſmodi nō ſunt a cla
ra oratione procul dubio excidunt. Quod vitium maxime omnium fugiendum eſt.
Quare ſententias: que quidem ipſe per ſe conficiant elegantiam non inueniemus.
Uerū cunctas que pure non ſunt: neqȝ pure dicuntur ſibi attribuimus. Quamobrē
mihi bene videtur orator precipuus: cuius opera nobis hec omnia ſuppeditarunt
elegantiā his verbis deſcripſiſſe. Elegātia eſt que facit: vt vnūquodqȝ pure ⁊ aper
te dici videatur. Nos elegantiam non tam ample hic: vt purum ſermonem amplec
tatur: ſȝ vt clarior preceptio fiat: anguſtius puro ſermone ſeiūcto intelligimus. Ar
te cōſeqmur elegātiā ⁊ methodo: ſi quid dicturi ſumus p̄monitione: oſtendemus vt p
Deiotaro. Sed antequā de accuſatione ipſa dicam: de accuſatorum ſpe pauca dicā
⁊ in Uerrem atqȝ adeo antequā de incōmodis ſicilie dicam: pauca mihi videntur eſ
ſe de prouincie dignitate venuſtateqȝ dicenda: Si enumeratione vtemur. vt pro.
Pom. Ego enim ſic exiſtimo in ſūmo imperatore quattuor has res ineſſe oportere
Scientiam rei militaris: virtutem: auctoritatē: felicitatem. Omnis enim diuiſior
diſtributio rei clariorem reddit orationem: quoniā que dicere volumus ſummatim
auditoribus aperit: ſi non ſubito de re ad rem tranſgrediemur. Sed tranſitionibus
quū opus erit vtemur: vt pro Pom. Quoniam de genere belli dixi: nunc de magni
tudine belli pauca dicā. Si ordine vtamur: vt quod primū geſtum ſit: aut geri potu
iſſet: aut primo polliciti ſumus: primū quoqȝ explicemus: vt in Uerrem. Uerū vt
totum genus amplectamini iudiciorum: prius iura ſiculorum: deinde iſtius inſtitu
ta cognoſcite. ſiculi hec iura ſunt. Si argumentationū propoſitiones vel ſolutiōes
prius quā rationes collocemus: ⁊ propoſitiōes aſſumptiōibus anteponamus: ac vt
vno precidā oia verborū nulla in re ordine ſuperſedeamus. Dictio elegantie eadem
eſt: q̄ puri ſermōis eſſe dicebatur. Schemata elegātie ſunt: que faciūt: vt ante quā
res dicatur: expectari videatur: qualia ſūt ordinatio ⁊ partitio. Ordinatio eſt quū ex

eo quod dicitur:alterum quoqꝫ ſequi oſtendimus:ſiue totius per certū numerū collectiōe:vt in Verrem.prius Siculorū:deinde iſtius inſtituta cognoſcite:⁊ pro . P. Scilla. Ille ambitus iudiciorū tollere ac diſturbare primū:cum Flacco voluit gladiatorū:ac fugitiuorum tumultu:deinde id quod vidimus omnes lapidatione atqꝫ concurſu. Quū enim primum dixerit:ilico animus auditoris alterūquoqꝫ dicendū intellexit. Quod quidem in quantum cōſtituit:ac preparat ad id quod ſequitur elegantiam. Inquantum vero plura contrahit:ac ad longius ſuſtentat orationem circumductionem cōficit:de qua paulo poſt dicemus. Partitio eſt:quum duas aut plures res oratione diſiungimus/ vt pro Cornelio. Bal. Si ſtudia ab amiciſſimis ⁊ cum beneficijs cum. L. Cornelio tum maxima familiaritate coniunctis. Item p reditu ſuo ad populū. Partim quod mihi inuiderēt.partim quod ſibi timerent:aut proditores:aut deſertores eſſe ſalutis mee. Hec( vt ordinatio) quum paruis interuallis concluditur:elegantiorem:quum longis ſpatijs effertur: circumductam magis reddit orationem. Reſumptio etiā ſiue quis eam in ſchema.tum numero ponat ſiue methodum putet(nihil enim impedio)elegantiam nō paruam:⁊ claritatem addit orationi. Ea eſt verbi vel rei ne eius obliuio propter orationis longitudinem auditorem capiat:breuis repetitio verbi vt pro. Pom. Que ciuitas ante vnquā fuit: nō dico Atheniensiū: que ſatis late quodā mare tenuiſſe dicitur . Nō Carthaginenſiū:qui per multum claſſe maritimiſqꝫ rebus valuerunt : non rhodiorum : quorum viqꝫ ad noſtram memoriā diſciplina naualis remanſit:que ciuitas āteа vnquā tam tenuis: Rei:vt pro Archia Si quid eſt in me ingenij iudices:quod ſētio quā ſit exiguum:aut ſi qua exercitatio dicēdi:in qua non inficior me mediocriter eſſe verſatum aut ſi huius rei ratio aliqua ab optimarum artium ſtudio:ac diſciplina profecta: a qua ego nullum confiteor etatis mee tēpus abhorruiſſe/earum rerum omnium vel inprimis hic Aulus Licinius fructum a me repetere prope ſuo iure debet. Vt .n. in ſuperiori:que ciuitas ante vnquā verba claritatis gratia repetijt ſic in hoc poſteriore omnia vna retulit/ vt ⁊ clarior ⁊ vehementior ſibi eſſet oratio. Non.n. omnium temere poſuit. Nec enim ſuum eſt quicquā ocioſum dicere/ſed multitudinem officiorum oſtendere voluit/nec eorum omnium dixit/quoniā multo tenuis eſt / ſed hec quidem grauitatis ſunt. Hic vero interpoſita nō quidē multum ad rem ptinerēt/ſed vt oſtenderemus quā ſcite atqꝫ ſubtiliter cum ratiōe certa omnia oratori/vel q̄ tenuiſſima videtur /examināda ſunt. Verum reſumptio nō claritatē ſolum ſed vim etiam quandam addit orationi:eamqꝫ tāto acriorem quāto breuior eſt:ad reduplicationis enim vim accidit. Nam hoc inter reduplicationem ⁊ reſumptionem verbi intereſſe volumus.qꝺ hec longior:illa breuior ſit:⁊ hec vt clareſcat:illa vt cogat oratio accipi ſoleat. Quare que prolixitate modica ſunt:vtrūqꝫ mihi preſtare vidētur : vt pro Deiotaro.per dextrā illā te rogo: quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti/iſtam inquā dexteram nō tam in bellis/⁊ in prelijs/quā in promiſſis ⁊ fide firmiorē. Ratiocinatio etiam ſiue quis ſchema:ſiue methodum eaꝫ magis putauerit . Nam alij ſententia:Cicero verbo eam exornare vult:quorum vnū ad methoduꝫ/alterū ad ſchemata pertinere diximus. Hec inquā ratiocinatio quid ſit/quā apertam ⁊ clarā diſtinctione orationē efficiat/quis dubitat? Eſt igitur ratiocinatio quum crebro a nobis ipſis petimus vniuſcuiuſqꝫ propoſitiōis rationem vt pro Milōe. Quibus de ſeruis rogas:de. P. Cl.quis eos poſtulauit? Appius.quis produxit? Appius.vnde?ab Appio . Quod ſi plurimū vehementie ineſt orationi ⁊ velocitatis nihil mirari debemus. Sepe enim iam dictum eſt formas dicendi inter ſe tanquaꝫ multi ad depingendam effigiem colores/ſic ad conſtituendam orationem/concurrere/⁊ conſyderari quidem cuncta rationibus ſuis. Genus autem ab efficatiorib9 nominari/quanquam multa inueniri negandū non ſit/ita equatis partibus pōderata/ vt

rata/ vt

rata:vt non magis huius quā illius generis eſſe videantur. Quare ſi dicte exēpli cauſa ratiotinatio velox: ⁊ vehemens cuiquā videbitur:vt eſt:id nō nature ſchematis:ſed breuitati mēbrorum:⁊ crebris interrogationibus attribuat. Membra:collocationes:clauſulas:⁊ numeros:hec omnia in elegantia non alia quā in puro ſermone eſſe putamus. Verum vt puritati circūductionem:que laudanda eſt: opponi dicebamus:ita elegantie:quoniā vt preceptis patuit ordine maxime nititur;confuſionem contrariā dicimus:que ſemper fugiēda eſt niſi quū vehementer cōmotum animū oſtendere volumus . Ipſa enim natura in nobis ipſis docet nōnullos eſſe impetus animi qui eleganter loqui non ſinunt:quos quū imitamur: confuſione opus eſt:vt Virgilius in ſecūdo. Iuuenes fortiſſima fruſtra Pectora:ſi vobis audentem extrema cupido Certa ſequi:que ſit rebus fortuna videtis. Exceſſere omnes adytis ariſqꝫ relictis Dij quibus imperiū hoc ſteterat.ſuccurritis vrbi Incenſe: moriamur ⁊ in media arma ruamus. In qua confuſione primū cauendum eſt:ne ita cōfundamus:vt nullo modo intelligamur:deinde ne facile confuſio in ordinem redigi poſſit. Nam qui ita confundit:vt quomodo hoc faciat:ab auditoribus cōprehendi poſſit: is non impetu animi:ſed impetus ſimulatione videbitur. Omnis igitur cōfuſio vel tranſgreſſionibus lōgis/quibus nihil elegantie ineſt/ vel cōiunctionibus e medio ſublatis/vel quū ꝯſtꝰa ad modū orōnis/aut nō reddūtur aut nō recte reddūtur vel omnibus his fieri ſolet/quorū duo Virgilius hic occupauit. Ac elegātie quidē cōfuſio oppoſita eſt:puro ſermoni circūductio/toti claritati obſcuritas quā orator ſemp vt ſcopulum vitabit/niſi quum res cogat figurate aliquid dicere quo de genere cauſarum in tertio diximus/aut quum enygmatice quicquā ſignificare/vel ſolū tangere:non explicare opus ſit. Sed de prima dicēdi forma ſatis dictum eſt . Neqꝫ enī alijs quibuſdam modis qui minime ad ea:que nos accepimus:aut excogitauimus reduci poſſunt clarā orationē cōfici arbitramur.

## ¶ De grandi oratione ⁊ primo de dignitate

NUnc quoniā nimia claritas humilem ac contemnendam reddit orationē qua ratione ei pondus atqꝫ magnitudinem adiungamus : aperiendū eſt. Non enim clara ſolū:ſed clara ſimul ⁊ grandi pulchra:nobili:morata: ueraac vt omnia vno concipiam verbo:grauiac vt ita dicam animata/ac viua oratione ſuis orationibus Cicero nobis vtendum eſſe pſuadet/quāuis nō parari oratiōe vbiqꝫ omnibus/ſed maius minuſqꝫ / vt rerū natura eſflagitat. Grandē orationē q̄ puri ſermonis cōſuetudinē cōtrā excedit:ſex formulis cōtineri putamus:dignitate:aſperitate:acrimonia:illuſtri oratione ac ſplendida vehemētia.circūductiōe. Dignitas eſt:quū de rebus magnis magna ⁊ ornata cōſtructiōe habetur orō . Eius ſententie ſunt primū que de deo ac diuinis rebus nō fabuloſe / neqꝫ vt hoībus/ſꝫ vere: ⁊ vt dijs quadā cū religione attribuūtur:has apud oratores ⁊ poetas raro inuenies. Nā quas vt hoībus dijs poete accōmodāt:vt amores: complexus : connubia/ee longe abſunt a dignitate. Fornicatiōes vero ſtupra/⁊ adulteria ēt dignitati oppoſita ſint:de quibus in iocunditate diſſeretur. Dignitatis igitur has ſententias rariter:vt diximus/in oratoribus ⁊ poetis inuenies. Noſtrorum vero/hoc eſt Chriſtianorū libri referti ſunt:hmōi eſt illud eſt apud Virgili.in ſexto . Principio celum terras/campoſqꝫ liquentes/Lucentemqꝫ globū lune/titaniaqꝫ aſtra Spiritus intus alit/totāqꝫ infuſa per artus mens agitat molem:⁊ magno ſe corpore miſcet. Inde hominum pecudumqꝫ genus/viteqꝫ volantū:Et que marmoreo fert . Cuius ſimile Cicero pro Milone ⁊ eſt profecto illa vis ⁊ in his corporibus/atque in hac imbecillitate noſtra ineſt quoddam/quod vigeat ac ſentiat/⁊ non ineſt in hoc tanto nature tam preclaro motu/niſi forte idcirco non putant/quia non apparet / nec cernitur/proinde quaſi noſtrā ipſā mentē/qua ſapimuſ/qua prouidemus/qua hec ipſa

agimꝰ ⁊ dicimꝰ videre: aut plane qualis aut vbi ſit ſentire poſſumus. Ea vis eſt igi
tur: que ſemper incredibiles huius vrbis felicitates atqȝ opes attulit. De diuinis
ergo in Catone maiore: tuſculanis queſtiōibus: aliiſqȝ huiuſmodi illius viri libel-
lis diſſeruntur: veluti ſunt: quibus imortalem animã in celis collocatam: eterna
gloria frui continetur: eternas penas apud inferos peccatoribus paratas. Has igi
tur que in diuinis tractantur ſententias: quibus vel de ipſo deo: vel de religione ac
pietate in eum: vel de ſanctorum virorum future gloria diſſerimus dignitatẽ impri-
mis conficere arbitramur: deinde eas que de rerum natura ſolẽt adhiberi: vt ſi quis
plures ne ſint mundi querat: que ſit ſolis magnitudo: qua ratione creſcat decreſcat
que luna: quid tonitrua: quid fulmina faciat: quid vẽtos inducat: quid procellas. ni
bos tempeſtateſqȝ inferat: quorum omnium philoſophorum libri pleniſſimi ſunt.
Oratoris nihil intereſt has rationes occupare: nimborum tamen ⁊ fulminum vim:
impetum: irruptionemque omnem celi oculis ſubiicere oratorum eſt. Nam ſi quis
ad cõmeatus diem idcirco dicit non veniſſe: qḋ nimbi ⁊ procelle: tẽpeſtas atqȝ aqua
rum vis cum interclu ſiſſet: earum rerũ omnium agmen quale quantũqȝ acciderit:
curioſius atqȝ ample explicabit: quod ſententiarũ genus in hoc loco dignitatis col-
locamus. Tertio loco ea ponimus: quibus vitã hominũ inſtituimus: beneuiuendi
precepta damus: a vitiis depellimus: qualia oĩa ſunt: que ad mores pertinẽt. Item
ea: que a ſcriptoribus exornationum ſententie appellantur: hec ſententia oratio eſt:
qua ea continentur: que quum generaliter ita efferuntur vt ad oẽs pertineant: aut
quid ſit: aut quid ſit: aut quid fieri debeat in vita oſtendunt. Quid ſit vt pro. L.
Cornelio Balbo. Sed contentio tam diu ſapiens eſt: quãdiu aut proficit aliquid et
ſi non proficit non obeſt ciuitati. Item pro eodem. Eſt enim hec ſeculi labes quedã
⁊ macula virtuti inuidere: velle ipſum florem dignitatis infringere. quod fieri debe
at: vt pro. M. Celio. Detur aliquid etati: ſit adoleſcentia liberior: non omnia volu-
ptatibus denegentur: non ſemper ſuperet vera illa ⁊ directa ratio: Vincat aliquãdo
cupiditas voluptaſqȝ rationem: dũmodo illa in hoc genere preſcriptio: moderatioqȝ
teneatur. Pareat iuuentus pudicitie ſue: ne ſpoliet alienã: ne effundat patrimoniũ:
ne fenore trucidetur / ne currat in alterius domũ atque famã: ne opprobrium caſtis
labem integris: infamiam bonis inferat: neqȝ interimat: ne interſit inſidiis: ſcelere
careat. Nam totus iſte locus ſumma cum auctoritate quid fieri debeat docet. Sen
tentiarum alie ſunt ſimplices ⁊ abſqȝ rõne: vt illa ſuperior / ⁊ hec. Nam qui in om-
ni certamine opulentior eſt: etiam ſi accipit iniuriam: tamen quia plus poteſt facere
videtur. nam hec non eſt ſubiecta ratione: vt imperiti dicerent / ſed tota ſimplex. Si
rationẽ enim tollas: nec ſententia quidem erit: aut ſubiecta ratione: vt de reſponſis
augurum / parentibus / ⁊ diis imortalibus ⁊ patrie nos primum natura conciliat.
Eodem enim tempore ⁊ ſuſcipimur in lucem / ⁊ hoc celeſti ſpiritu augemur / ⁊ cer-
tam in ſedem ciuitatis: ac libertatis aſcribimur. Alie duplices ⁊ ſine ratione: vt illa
terentiana. Obſequium amicos veritas odium parit. Et hec pro P. Sexto. neque
enim rerum gerendarum dignitate efferri homines ita conuenit / vt ocio non proſ-
piciant: neqȝ nullum amplexari ocium: quod abhorreat a dignitate: vel ſubiectis ra
tionibus: vt ad Herenium. Qui adoleſcentium peccatis putãt ignoſci oportere fal
luntur: propterea quod etas illa nõ eſt impedimento bonis ſtudiis. At hi ſapienter
faciunt / qui adoleſcentes quã maxime caſtigãt vt quibus virtutibus omnem vitaȝ
tueri poſſint / eas in etate maturiſſima velint comparare. Sentẽtie ab vniuerſis ad
ſingula nõnunquã trahũt. neqȝ tantũ dignitatis amittũt: quantũ acquirũt ſuauita
tis: vt illud Ciceronis. nihil habet Ceſar / nec fortuna tua maius quam vt poſſis /
nec tua natura melius quã vt velis conſeruare quã plurimos. Huic mõ ⁊ vis que
dam ineſt ſicut in his que ex contrariis connectuntur: qualis terentiana eſt / ⁊ illa
Ciceronis. Pareat

Ciceronis. Pareat iuuentus pudicitie ſue: non ſpoliet alienam. Sententias has
nec crebro / nec longiores in oratione collocabimus. Breuiores enim ac rariores ma
gis interlucent / niſi ⁊ locus cõmorationem quandam petat / ⁊ qui dicit non parue
auctoritatis eſt. non enim omnia equaliter omnibus precipiuntur. Preterea vere
ſunt ⁊ huiuſmodi ⁊ auditor eis aſſentiat: rebus quoqȝ: quibus de dicimus accõmo
date: qua ſola ex re ⁊ acrimonia ſibi non parum affertur: vt ſi nihil diceres homine
ſeditioſo ciuitati pernicioſius. Quarto loco ea ponimus: que res geſtas ⁊ preclara
facinora continent. Methodus dignitatis eſt abſque dubitatione aliqua ſic aſſere-
re / aut negare: vt nihil ambigere videaris. Nam qui dubitat etiã ſi ſententia digni
tatis ſit: non id tamen / ſed moratam conficit orationem. Prioris exemplo hic locus
ſit ex oratione pro P. Sex. ſumptus. Nunquam officio coniunctior dolor vnus eſſe
poteſt: quam hic meus ſuſceptus ex hominis de me optime meriti periculo. Poſte
rioris ex eadẽ ſiue illa veſtis mutatio ad luctus ipſorum: ſiue ad deprecandum vale
bat. In quibus quid methodus valeat perſpici põt. Res. n. huius ⁊ morate forme
cõmutata methodo imutantur. Allegorice etiã dicere res magnas dignitatis ẽ: qḋ
fere omnes theologie principes nõ ſolum vere: ſed ficte quoque ac falſe intellexerũt
Item per ſubiectionem ideſt grece per emphaſim ſententias afferre huic forme cõ-
uenit: quod dignitatem auget non facit: cuius ſignum eſt: qḋ in aliena ſententia ali
ud quod faciat. Vt demiſſum lapſi per funem. Et pars ingentem formidine turpi
Scandunt rurſus equum. Item tua ſententia affirmare dignitatis eſt. vt pro Plã.
Nam qui pro repu. vitã dederunt: licet me deſipere dicatis nũquã me hercule mor
tem eos quã imortalitatem aſſecutos putaui. Nam hoc quam elatuȝ ſit hoc metho
do: quis non viderit: quãuis interiectio illa licet me deſipere dicatis tantum digni-
tatis detrahit quã ex veritate adiiciat. Item rarius vti verbis: ita vt pluribus mẽ-
bris vnicum verbũ inſeruiat dignitati: attribuendum mihi videtur vt officiorũ pri-
mo. Deſerunt enim vite ſocietatem: quia nihil conferunt in ea ſtudii: nihil facultatũ
nihil opere. Item in ſecundo in Catilinã. Res eos iampridem / fides nuper defice-
re cepit: Hec methodus etſi celeritatis plurimũ habeat: tamen ab hac forma omni
no aliena non eſt. Dignitatis dictio quã ampliſſima eſſe debet: quod tuȝ auriuȝ acri
iudicio conſequi poſſumus ſi exercitati ſumus (nemo enim erit qui quantum latius
atque plenius quanquam ſonet non videat quam etſi eiuſdem ſignificationis peri-
cula) tum ratione. Implet enim magis os ſpiritu ⁊ rotundam emittit. q. vocem. Il
le igitur in dignitate nobis deligentur dictiones: que ſonantibus atque robuſtiori-
bus conſonantibus cõponuntur: que amplis vocalibus efferuntur: quales ſunt lon
ge fere omnes: o ⁊ a maxime. Pleniſſimo enim ſpiritu ⁊ apertis labiis proferũtur.
Quare omnes que in eas exeunt dictiones clauſulis a Cicerone: cui maxime cure
dignitas eſt: ſepius obſeruãtur. O vero ẽt in penultima magnũ quid pollicatur / vn
de ortus quã natus ſonãtius eſt. I ſola ẽt quũ producta ſit: exilis eſt. Demittit. n. ⁊
deprimit vocẽ. vñ ⁊ Cicero quũ huius generis clauſulã in nõnullis oratiõibus ma
xime ſequatur: hmõi mẽbrorũ exitus cõſilio vitat. Omnis enim que vltimã produ-
cit dictio / longe amplior eſt / etiã ſi q̃ antecedunt in ea ſyllabe cõtrahantur quã ſi ce
tere longe breui vltimo ſpiritu proferatur. Preterea tranſlationes frequentiores
hic erunt. Dignitatem enim efficiunt: ſi propinque accommode ſunt. Remotiores
aſperitatem / ſi crebre collocantur / ſi longius repetantur / tragicam dignitatem: nõ
oratoriã efficiunt. Nã inter alia dura atqȝ abrupta longe repetita trãſlatio tragedie
idonea eſt. Schemata ſunt omnia / que puri ſermonis: ⁊ preterea epicriſis: quã lati
ne adiudicationẽ appellare poſſumus. Ea eſt / quũ id qḋ dictum eſt / breui quadã ſu
biectione aſſerimus: vt illa Guarini: ⁊ recte ſane: ⁊ adiudicatio quidẽ clara huiuſmo

dicit: q ab exordio iō alieniſſima: qȝ circūductiōi oppoſita eſt. Uerum quum conditiom aut dubitatiōi inſeritur: quāuis moratā potius oratione efficiat: tamē vis ſua ēt ſubapparet: vt Cicero pro. M. Celio. Etenim ſi diligenter exiſtimare vere volueritis: ſic cōſtituetis iudices: neqȝ diſſenſurū quenquā 𝔱c. Iniectiones 𝔱 conuerſiōes ſicuti clare orationi: ita dignitati oppoſite ſunt. Quare in huiuſmodi dignitatibus rarius collocande aut nunquā ſunt: ſi quis hec proſequi ita conſtituerit: vt maximā huius: paruā aliorum curam habeat. Membra quanto breuiora: tāto magis dignitatis propria ſunt: cuius rei ſi quis exemplū cupit: de officiis librum legat. Et enim in eo libro quū dignitatem maxime rerum natura expeteret: cum ceteris: tum membris ſummis harum omniū magiſter Cicero eam conſequitur. Dignitatis collocatio ea ſit: vt nō magnā curā habere videaris: ne conſonantiū concurſus vocaliumqȝ hiatus ſepius fiant: deinde dactylica ōis cōpoſitio: 𝔱 antipaſtica: 𝔱 maxime ſpondaica: 𝔱 epitritica dignitati dignam ſonoritatem afferre ſolent. Iambum etiam nonnunquā adhibere nō alienum eſt: a trocheo vero 𝔱 ionico: 𝔱 maxime anapeſto: tanquam ab hoſte declinandum eſt. Nihil enim magis deponit dignitatē ac deprimit: quā trochei 𝔱 ionici crebra locatio. Clauſula vbiqȝ ferme eoſdem pedes 𝔱 habebit 𝔱 vitabit. Eſt autem epitritus preter tertiū clauſulis cōuenientior. Peone vero tertio antipaſto ac ditrocheo: neſcio ſi quicquā amplius in clauſula inueniri poteſt. Uerum quoniā nōnulli vix quod precipitur credunt: niſi exemplis approbetur: 𝔱 in cūctis generibus id facere idcirco non inducam animum: quoniam vno in genere latius hanc rem tangere ſufficere putaui: hoc in loco potiſſimū: nōnullas Ciceronis cōgeramus clauſulas. Pro M. ergo Marcello. Hodiernus dies attulit inquit: 𝔱 totū inquā 𝔱 tuum: 𝔱 ad comparationem noui contulit. Alibi nec exitū membrorū ſolum ſed initia etiam duobus vel tribus dactylis compoſita in carminibus numerū inuenies: vt in eodem loco. At vero hec tua iuſtitia: 𝔱 in officiis. Principio generi animantiū: quod 𝔱 in ſpondeo facit. Si patres inquit conſcripti pro veſtris immortalibus in me. Quod quoniam exitū heroici verſus habet: nemo non viderit: quantum orationem extollat: quod 𝔱 T. Liuius imitatus eſt. Facturus ne ſim opere pretium. Quapropter vehementer ab his diſſentio: qui heroici verſus exitum in ſoluta oratione vitandū arbitrantur. Nā quum grauis 𝔱 ſuauis ſimul ſit raro quidē: quoniam premeditationis affert ſuſpitionē collocādus. Uitādus autem omnino cur ſit/ nullā vnquam rationē inuenient: preſertim quum Cicero pro Pom. his verbis adhibeat. Ab ineunte etate ſuſcepte prohibuerunt. Quod ſi quem pro ante vocalē poſita perturbet illa cōſyderet. Ad eas inquit gentes quibuſcū tum bellum gerebamus: 𝔱 res ſotius populi Ro. atqȝ amicus: 𝔱 veſtris ſotiis atque amicis. Trocheus vero vt ſimplex ab hoc genere alienus ita duplicatus clauſulis maxime idoneus. Fructū ſum inquit ampliſſimum conſecutus: 𝔱 preſcriberetis: 𝔱 eſſe arbitratur: 𝔱 a ſibi retinēdū in ciuitate. Cui ſi choriambus penthimemeris quaſi modo precedat: grauius fit: ſi peon primos: 𝔱 grauius ſimul 𝔱 multo ſuauius. Cunctis inquit quūqȝ grās populo ageret ſuffragiis indicauit: 𝔱 eius orationis difficilius eſt exitum quā principiū inuenire. Uerū in exitu his peon: vt iocundior/ ita minus grauis interclusum ante quā iret in exilium. ad ſocios inquit preſidiū: 𝔱 id extitit excidiū: 𝔱 nō veni ad ſuppliciū: ſed ōs remiſſior multo quā tertius: nā is ad epitriti grauitatem accedit quartus ex clauſulis ita hinc abiiciēdus: vt epitritos. Tertius nūquā adhibēd9. nā quā demittat 𝔱 deprimat orōnē: imo vero exaſpet: quis nō viderit: Cn. Pō. diuino īquit cōſilio: ac ſingulari virtute depulſuȝ ē. Ionic9 ēt a minore haud minime grauiſ eē voluerūt. ad ſenatū inquit 𝔱 alibi nil facere potuerūt. Moloſſus ēt inutilis vt de reſponſis augurum: diſcordieqȝ placande. Epitrito autem: 𝔱 alibi ſepe 𝔱 ad ſenatuȝ his verbis vtitur. Sepenumero referrent: ſed quos ei cōmodum fuit cōpellauit 𝔱 ſepe dixerunt

ſepe dixerunt: alibi in epiſtola ad Curionē fideliſſimus atqȝ amantiſſimus cōſiliis paruiſſes. Neqȝ. n. nō inueniūtur Ciceronis epiſtole: que quū ita res poſtulabat: ſermonis genus nō parū excedūt. Sed de his hactenus: de quibus lōgius pgreſſi ſumus: quū huius gnis clauſulis: vel que ad hoc magis accedunt: crebrius Cicero vti viſ: quanquā 𝔱 ceterorū ſuo loco vtatur: 𝔱 qḋ ſi quis videre cupit: primo qḋ vnicuique rei genus ille attribuat: deinde 𝔱 clauſulas 𝔱 cōpoſitionē gn̄ris eius examinet: neqȝ grauetur: qui ſe in dicēdo exercet hec minutā inquirere. Nā niſi ab initio exercitatio nū nrarū harum rerū copiā nobis parauerimus: neſcio quō ſuſtinēdi oratores eē poterimus. Preterea vt turpe idoneū orōni numerū nō accōmodare: ita ridiculū dixerim: tūc eū querere: quū dicere opus ſit. Quare huic rei in etate tenera inſudemus: vt poſtea nec petitus quidē: ſed ſponte ſua nobis affluat numerus. Ad hec illud acriter in dignitate pſpiciatur: ne numerus pēdeat: ſȝ cōſtās ac firmus ſit. Nā quum clauſula totū fere numerū ad naturā ſui rapiat: ſiquidem heret ac firme eſt: quā conſtantē 𝔱 impendulā nominamus. Firmū quoqȝ atqȝ abſolutū quale dignitati cōuenire putamus: numerū cōficit. Sin vero decliuis eſt 𝔱 infirma: quā pendulā vocare libet: eā numero iocunditatē affert: q dignitatē de gradu ſuo facile deturbat. Impēdula clauſula eſt: q quū ſniam abſoluat poliſyllabā dictionē etiā in lōgā exeūtē cōtinet: ex quo patet epitritū quartū in clauſulis fugiendū: 𝔱 amplas vocales finali ſyllaba cōgruas. Pendula eſt quū econtrario nec ſnia cōcluditur. 𝔱 verbū breue eſt. Ea vero mēbra q ſniam quidē abſoluūt: ſed breuiores hñt exitus: quāuis quēdā mediū numerū cōficere videātur: tñ quū clauſula maxime numeri ortus habetur: pēdule clauſule adiudicamus. Uerū quū nōnullorū pedū facta eſt mētio: ne cui pedū ignorātia īpedimēto ſit: de his mihi dicēdū eſſe video: ſed breuiter. Nā ſi hoc nobis ppoſitū eēt: vt rōnē quoqȝ diligēter explicaremus: quare hi quidē pedes in hoc genere: illi in alio adhibeātur: 𝔱 hi hoc genus dprimāt: vtqȝ diſſoluāt: illi illō: lati9 nobis de pedibus differēduȝ eſſet. Fundamēta. n. ſolutionū 𝔱 rōnes: q pportiōibus muſicis nituntur: apire neceſſe eſſet: q rea nō ōio ab hoc negocio abhorreret niſi res ſolas exequi maluiſſemus. Quarū notitia multos forſan ad īquirēdas rōnes īpellet: quas 𝔱 nos ipſi alias: ſi ociū dabitur: diligēti9 rimabimur. Pedes oēs octo 𝔱 viginti ſunt: hor oīū qḋ queqȝ pducte cōtracteqȝ ſyllabe ſint: exponemus: qḋ vt breuius fiat: loco pducte ſyllabe rectā lineā: loco breuis incurā ponemus. Octo igitur 𝔱 viginti pedum quattuor diſſyllabi ſunt: octo triſſyllabi. xvi. quadriſyllabi. Nam qui pluribus ſyllabis pedes conſtare putat: is inutilem omnino rem atque ſuperuacaneā fingit.

| | |
|---|---|
| Pirrichius. vv. | Peon ſecundus. v vv. |
| Iambus. v. | Peon tertius. vv v. |
| Trocheus. v. | Peon quartus. vvv. |
| Spondeus. | Ionicus a minore. vv |
| Tribrachus. vvv. | Ionicus a maiore. vv. |
| Dactylus. vv. | Dicambus. v v. |
| Anapeſtus. vv. | Ditrocheus. v v. |
| Amphibrachus. v v. | Antipaſtes. v v. |
| Amphimacrus. v. | Choriambus. vv. |
| Bachius. v | Epitritus primus. v |
| Palimbachius v. | Epitritus ſecundus. v |
| Moloſſus qui 𝔱 creticus. | Epitritus tertius. v. |
| Proceleumaticus. vvvv. | Epitritus quartus. v. |
| Peon primus. vvv. | Diſpondeus. |

Hi. xxviii. pedes ſunt: neqȝ alii: qui ex his non componantur inueniri poſſunt: ſed de pedibus hactenus. Nunc ad rem noſtram redeamus. Ac quoniam de dignitate

dictum eſt: de aſperitate dicamus: cui pulchritudo ⁊ iocunda oratio ſimul cum acri
monia opponi videtur.

## De aſpera oratione.

Aſperitas eſt oratio: qua ſine correctione ſuperiores increpamus: vel ora-
tionis compoſitio increpationi huiuſmodi cōſentanea. Eius ſententie ſūt
omnes: quibus: vel genere: vel fortuna: vel virtute: vel omnino aliqua exi
ſtimatione hominū excellentes ab inferioribus increpantur: quas quidem ſine cor-
rectione: quum ⁊ puram aſperitatem faciunt difficile inuenies. Leniunt enim ſem-
per ⁊ mitigant oratores correctione quadā: ⁊ quaſi licentia ab ipſis auditoribus
aut apertius poſtulata: aut cautius capta. Id fit quū ſtatim poſt aſperitatē aliquid
huiuſmodi affertur. Hic ego veſtram prudentiam requiro: priſcā conſuetudinē ex-
poſtulo: patrū veſtrorū veſtigia imitāda cēſeo: vel ante quā aſpere aliquid dicamus
dubitatione vtimur: neſcire nos quōrē accepturi ſint: ſed tamen amore ac emolumē
to eorū ipſorum cogi: vt aperte dicamus: vnde patet licentiā correctioni ſubiectā cē
⁊ aſperitatis ſententias precedere nō ſubſequi poſſe. Sine correctiōe aūt tūc cōmo
de adhiberi pōt aſperitas: quum ita obiurgamus: vt ipſi ſe obiurgandos putant/
cui rei maxime locus eſt: quū in incōmodū quoddā ceciderunt: aut qd noſtris conſi
lijs nō optemperarunt: aut omnino culpa ſua: ⁊ ea nō parua: qua euenit: vt ipſi ſe di
gnos increpatione exiſtiment. Methodus aſperitatis eſt aperte ac clare abſq; his
que leniunt ⁊ mitigant aſperas efferre ſententias. Nam tanto ab aſperitate diſcede
re neceſſe eſt: quanto leuius increpationem dixerimus: vt hoc eſt in Philippicis.
Placet eodem tempore premia conſtituere his: qui contra Antoniū arma ceperūt
⁊ legatos ad Antoniū mittere vt iā pudēdū ſit honeſtiora eſſe legionū decreta quā ſe
natus. Itē legatos vero ad eū mittere: de quo grauiſſimū iudiciū nudius tertiuſ de-
cimus feciſtis. Non iam leuitatis eſt: ſed vt quod ſentiā dicā clementie. Neq; .n. le
nit qd interiacet: ſed quū veritatis ſit: maxime exaſperat. Dictio aſpera duriuſcule
ue tranſlata: quā vſus tranſlationis cōmuniter patiatur: ⁊ que per ſeipſam aſpera ē:
videlicet que his lit teris compoſita eſt: vt prolatione auditū feriat vt diſcerpſiſſe: ex
torſiſſe expers: excors. Schemata aſpera ſunt: que imperant: vt illud pro Celio. De
tur aliquid etati: ſit adoleſcentia liberior: nō ōnia voluptatibus denegentur. Itē q̄
cum interrogatione arguunt: vt in quinto Philip. An poteſt cognatio vlla propi-
or eſſe quā patrie. Mēbra breuia ⁊ inciſiōes: hoc eſt cōmata eſſe debēt: quo eniz bre
uiora: tāto aſpiora ſunt. Collocatio ⁊ clauſula hmōi dbet eſſe: vt nullus certus nume
rus cōficiatur: qd erit: ſi nō crebro eos pedes collocamus: qui verſuz ſimul cōficere
poſſint. Verū eos qui vna poſiti durā magis quā iocūdā reddunt cōpoſitionē. Nam
qui dactylos anapeſtis: anapeſtos palimbachijs: ſpōdeū pirrichio: proceleumaticos
diſpōdeis coniungit: ac hmōi cōpoſitiōe abundat: is aſper erit. Preterea earūdē vo
caliū ⁊ cōſonātiū cōcurſus: ⁊ oio eax litterarū cōiūctio: quas vna voce efferre nō fa-
cile queas: hoc eſt quarum compoſitio difficilem pronuntiationem facit: aſperam
reddit orationem: vt in philippicis. Hoc qui nō videt excors/ qui quū videt decer
nit impius. Verū vt hic litteris exaſperauit (Nā numerus pter ſpōdei cū iābo loca-
tionē dignitatis eſt) Ita in Verrē ad exprimēdā ſentētiā quū poſt ſpondeuz bachiuz
inferat numero: durior eſt: cuius inquit ego cā laboro ⁊ vbi populo gratias agit: ca
rendo magis intelleci quā fruēdo. Et pro ligario. Non tu eum patria priuare/ qua
caret/ ſed vita vis. Epitritus etiam tertius tunc adhibendus. quum aſperā rē du
rā/ indignam/ difficilē exprimere volumus/ vt pro. M. inſidiatori vero ⁊ latroni q̄
poteſt inferri indigna nex?

## De acrimonia.

Acrimonia eſt oratio/ qua equales vel inferiores aperte carpimus/ a-
ut his rebus conueniens oratio/ cuius ſentētie ſunt oēs: quibus aut quos
diximus redarguuntur. reprehendūtur/ increpātur. vel deniq; vituperāt
aut hi quos

aut hi quos ita excogitari auditoribus non ingratum eſt: vt in Verrem tertio. Hec
eſt iſtius preclara tutela. En cui tuos liberos committas: en memoria mortui ſoda
lis: en metus viuorum: exiſtimationis: quum tibi ſe tota aſia ſpoliandam ac vexādā
tradidiſſet: quum tibi expoſita eſſet: ad predanduz omnis pamphylia cōtentus his
tam opimis rebus eus non fuiſti. Manus a tutela: manus a populo: manus a ſoda
lis filio abſtinere non potuiſti. Iam non te ſiculi: non oratores: vt dictitas circumue
niant: non hi qui decretis edictiſque tuis in te concitati infeſtiq; ſunt: quid expectaſ
an dum ab inferis ille Malcolus exiſtat: atque abs te officia tutele: fidelitatis/ fami
liaritatiſque efflagitet/ ipſuz putato adeſſe homo auariſſime ⁊ ſpurciſſime: redde bo
na ſodalis filio: ſi non que abſtuliſti atque confeſſus es. He igitur ſententie ſi ſic aper
te dicuntur: puram acrimoniam faciunt: ſed leniuntur nōnunquā vt pro. Cn. Plā-
co. O vocem duram atque indignam tua probitate laterenſis pater: vt in iudicio ca
pitis: pater vt in dimicatione fortunarum: pater vt apud tales viros obeſſe filio de
beat. Methodus vt in aſperitate clare atque aperte ſine his: que leniūt omnia pro-
ferre: raro tamen non lenitam aſperitatem inuenies: acrimoniam ſepius ⁊ iure. Nā
quod licentius dicitur tam apertius: quam ſepius adhiberi poteſt. Dictio acris: q̄
⁊ aſpera: ⁊ que durior quam aſpera eſt. Quare ⁊ fingere verba hic pronominare lic;
vel a vitijs vituperando: vel a probitate deridendo: vel a fortuna vel quouis pacto.
Acrimonie ſchemata conuerſio: interrogatio: demonſtratio. Conuerſio eſt que ali-
cuius rei aut hominis interpellatione dolorem vel indignationem conficit / vt pro
Milone. Vos. n. iam ego albani: tumuli atque luci. Et prima in Catilinam. Dij
immortales vbi nam gentium ſumus. Hec non ſemper acris eſt: idque mihi ſic hoc
in loco dictum eſſe velim: vt vbique intelligatur. quum ſchema aliquod generis ali
cuius eſſe dicitur: non ita dici vt id ſolum: ac ſemper conficiat multa enim ⁊ multis
cōueniūt: quod accidit: vel quia multis modis ſchemata fieri ſolent: vel quia varia
vis eis ineſt. Verum multo acrior ea conuerſio eſt: que in aduerſariuz vertitur: quā
placet aduerſionem appellare: vt pro Plan. Audi atque attende laterenſis. Inter-
rogationem hic non dicimus: que ſpiritu quodam interrogantis profertur: quāuis
⁊ ipſa non longe ab acrimonia remota ſit: ſed ea que quum enumerata ſint/ que ob-
ſunt cauſe aduerſariorum: id infert: quod a ſuperioribus improbatur. Hec ī acrimo
nia aduerſioni coniugi debet vt in Verrem Cicero. Hec in acrimonia aduerſiōi cō-
iungi debet vt in Verrem Cicero. Hec tu omnium mortaliū profligatiſſime ac per
ditiſſime: quum ſcires: quum audires: quotidie quum videres: ſi ſine tuo maximo
queſtu fierent cum tanto periculo tuo fieri paterere atque concederes? Huius ad
aduerſariorum conuerſio tum etiam plurimum vehementie poſſidet: quum vel di-
lemmato. i. complexioni vel repetitioni continua interrogantis ſpiritu prolata con
iungitur. Demonſtratio eſt que hominem vel rem quaſi preſentem oſtendit. Hec ē
iſtius preclara tutela: en cui liberos tuos committas: quod acrius propter deriſio-
nem videtur. Neque enim abſque acrimonia deriſio eſt. Huiuſmodi eſt illud Pro
Plan. Communiter in omnes dictum: ⁊ in laterenſem intellectum. Ergo hi feren-
di ſunt: qui queruntur libertatem equitis romani ſe ferre non poſſe. Sed iam de mē
bris dicamus: non enim omnia dicere inſtituimus: verum hec ita aperire: vt facile
omnes his habitis: ſi formarum eloquentie curam habebunt. cetera videre poſſint
Mēbra breuia hoc ē cōmata: q̄ ēt aſpitati cōuenire dicebātur acrimonie accōmodā
da ſūt. Maxie aūt mēbris hāc formā efficies: ſi ſingula verba interuallis diſtigues:
ceſa orōne: qd genus multi inter exornatiōes enumerāt: ⁊ articulū appellāt: vt pro
plā. De cox deſyderio: luctu: q̄relis: quotidie aliqd tecū ſimul. audiebā. Itē p Cor.
Balbo. Talis ī rēpu. noſtrā labor: aſſiduitas: dimicatio: virtus digna ſūmo ipatore
Collocatio: clauſula: ⁊ numerus ſūr fieri hic debent: atq; in aſperitate dicebatur.

## De ſplendida oratione.

NUnc quoniā orationi que vere grandis ſit: ſplendor quidā debetur: de illu
ſtri orationi dicamus. Cui quidem forme illud dicendi genus opponitur/
quod inciſum dialecticum velox: et vere forenſe appellari poteſt. Illuſtris
oratio dicitur: que magna atqꝫ clara cōpoſitione his rebus conuenit: quibus pluri
mū gloriamur. Sententias igitur ſplendidas et luculētas arbitramur: quibus qui
dicit non parum gaudet: vel quoniā glorie ſibi ſunt: vel quoniā bene ſibi geſta ſūt q
dicuntur. vel quoniā his rebus auditores exultant: vt pro. P. Sylla. Ego conſul
quum exercitus preditorū ciuium clandeſtino ſcelere conflatus crudeliſſimum: et
luctuoſiſſimū exitium patrie cōparaſſet. quū ad occaſum interitumqꝫ rei. P. Catili
na in caſtris: in his autē templis atqꝫ tectis Lentulus eſſet conſtitutus meis cōſili
is: meis laboribus: mei capitis periculis: ſine tumultu: ſine delectu: ſine armis: ſine
exercitu: quinqꝫ hominibus apprehenſis atqꝫ confeſſis: incenſione vrbem interem
ptione ciues: vaſtitate Italiam: interitu Rempu. liberaui. Ego vitam omnium ci
uium: ſtatum orbis terre: vrbem hanc deniqꝫ ſedem omnium noſtrum arcē. regnū:
ac nationum exterarum: lumen gentiū: domiciliū imperij: quinqꝫ hominum demen
tiū ac perditorum pena redemi. Methodus eſt abſque aliqua dubitatiōe rem efferre: quod artificium antequā in ſuperiorē ſententiam incideret. Cicero his verbis d
clararat. Maxima inquit voce vt omnes audire poſſint dico: ſemper dicam. Item
ſi nulla interiectione ſententie inciduntur. Item ſi aliena ab omni conuerſione ora
tio ſit. Diminuitur. n. vt interiectione ita conuerſione orationis ſplēdor: vt pro. P.
Sylla. Dij immortales: vobis enim tribuam que noſtra ſunt: nec enim poſſum tā
to ingenio dare: vt tot res: tantas: tā varias: tam repentinas in illa turbulentiſſima
tempeſtate reip. mea ſponte diſpenſauerim vos profecto animum meū tum conſer
uande patrie cupiditate incendiſtis: vos me ab omnibus ceteris cogitatiōibus ad
vnā ſalutem reipu. contuliſtis: vos deniqꝫ in tantis tenebris et erroris et inſcitie cla
riſſimū lumen pretuliſtis menti mee. Dictio ſplendide orationis eſt omnis/que di
gnitatem efficere poſſit. Schemata vero quecunque pulchra ſunt et ampla: vt abla
tiones: ſeparationes: et omnino quecunque per diſſolutionem inducuntur: ſi longiſ
membris compoſita ſunt: ita ſplendidam orationem reddunt: vt etiā vigoris mul
tum facile poſſideant. Nam oratio tunc vigere maxime dicitur: quū ſplēdoris ſche
mata et membra continent: ſed de vigore poſt. Splendide vero orationi rectitudo o
bliquationi commixta vehementer conuenit: ita vt a rectitudine eaqꝫ breui incipia
mus: obliquationi cetera cōmittamus. A puro. n. ſermone qui rectitudine confici
tur eodē ſchemate prolata: ſplendida oratio in hoc maxime differt: quod illa rectitu
dine mēbra ꝯficit: hec ſtatī obliquat: qđ iō accidit: quod ibi res nuda narratur: hic
qualitas quoqꝫ rei cū amplificatiōe accipitur. Neqꝫ eſt quicquā ex his rebus/quaſ
ſplendoris eſſe diximus: quod hoc genus commode conficeret: niſi qualitas ſimul
cōprehenderetur. Membra quanto longiora: tanto ſplendidiora eſſe ſolent: Clau
ſulā eam accipiemus: que dignitati conuenire dicebatur. Collocatio ſimiliter que
et dignitatis et trochaica. Nam trocheus ab orationis ſplendide collocatiōe alienuſ
non eſt: dūmodo clauſula dignitatis ſit. Ex his qualiſnam ſplendoris numerus at
tribui debeat: manifeſtum eſt.

## De vehementi oratione.

VEhemētia eſt acris vel aſpera oratio ſine ſplendore: huic ex parte ſinaruꝫ
et methodi/que acrimonie vel aſperitati in ceteris fere omnibus/que ſplē
dori oppoſita ſunt: huic inquā etiā opponūtur. Sententie igitur et metho
dus/vigoris et vehemētie ſūt oēs. que aut acres. aut aſpere ſunt. Dictio earūdē for
marū et ſplēdoris ſimul. Schemata ſplēdoris et acrimonie/cetera omnia ſplendoris
ſunt. Quibus ex rebus conſtat: formā hanc ex acrimonia: vel ex aſperitate et ſplen
dore compoſitaꝫ

dore compoſitā eſſe. Naꝫ ſi ſententijs aſperis: aut etiā ſchematis acrioribus mēbra
et numerum ſplendoris adijcias: hanc quā vehementiā: ac orationis vigorem appel
lamus: cōficies: quā quidē hic quamuis ſimplices formas exequamur: nō potuimus:
quoniā non eo pacto: quo cetera genera: que cōmixta ſunt: compoſita eſt. Cetera eni
vt iam ſupradictū eſt: ſepe quum concurrant: non tamen ita excedunt: naturā ſim
plicium: vt aliud quid reddere videātur: ſed qđ abundat: id eluceſcit: et ſeipſuꝫ oſtētat
ceteriſqꝫ ita facile dominantur: vt orationis genus ab eo nuncupetur. Hic modo re
cte maxima facta ſit quāuis ſimplicium natura peritum non lateat: tamen illud qđ
cōpoſitione redditur: nec minus harū rerū expertus alicui ſimplicū attribuere au
deret: et doctus vt ſimplicia ineſſe ſentiet: ſic cōmixtione ipſorū aliam emerſiſſe for
mā. que et naturā eorū ſapiat: et nihil eorū ſic plano intelligat. Unde fit quum in cete
ris ex ſimplicibus nominemus: huic diuerſum a cōponentibus nomē accommoda
tum ſit. Ad hec vehementia quaſi vna ſimplexqꝫ forma ceteris plerunqꝫ cōmiſceri
ſolet. Verū vt que diximus pateant: liberaliter ex oratore exempla mutuemur. Pri
mo in Verrē putas ne te poſſe de maximis acerbiſſimiſqꝫ rebus quū cauſas ſocio
rum fortunaſqꝫ prouincie: ius populi et grauitatem iudicij: legumqꝫ ſuſceperis: tot
res: tā graues: tā varias voce: memoria: cōſilio igenio ſuſtinere? Putas ne te poſſe
que. C. Verres in queſtura: que in legatione: que in pretura: que. Rome: que in
Italia: que in achaia: aſia: Pamphiliaqꝫ peccauerit/ea quemadmoduꝫ locis tēpo
ribuſqꝫ diuiſa ſint: ſic criminibus: et oratiōe diſtinguere? Putas ne te poſſe id quod
in eiuſmodi reo maxime neceſſarium eſt facere: vt que ille libidinoſe: que nefarie: q
crudeliter fecerit: ea eque acerba videātur eſſe: his qui audient: atque illis viſa ſunt
qui ſenſerunt? Nā hic omnis compoſitio illuſtris eſt: conuerſio acris. repetitioqꝫ il
luſtriſſima eſt exornatio per longiora membra cōfecta illuſtrior facta eſt: cui ipſi ineſt
acrimonia propter conuerſionis interrogationem: et quod mirum eſt perfectis mē
bris/que totam ſententiam abſoluunt: inciſiones quaſdam. et eas per repetitiones
et articulos inſeruit: q acrimōie ſunt. Senſus vero vniuerſus ſplendoris eſt. Ualde
enim his confidit orator. Quare et immoratus eſt: et productionem ſpiritus ter eſſe
cit: que res cum pleniſſimam orationem reddit: tum auditores vehemēter exuſcita
re ſolet. Uerum quoniā et productio ſpiritus a vehementia aliena non eſt: maxime
ſi acrimonie ſchematis ſit: de ea iam dicamus. Productio ſpiritus eſt membris et
cōmatis ad habitū ſpiritus oratoris immoratione ſchematis compoſita comprehēſio
Hec quū omni orationis ſchemate fieri et poſſit et ſoleat: duobus ſolum modis expli
catur. Aut. n. vnam eandemqꝫ rē mēbris et cōmatis expoliendo dicimus. aut diuer
ſe res diuerſis mēbris et ſchematis efferuntur/aut vtrūqꝫ. Quare prio poſtremoqꝫ
modo expolitio ſemper inerit: que eſt quum eandem rem ſepe dicimus: et tamen ali
ud atqꝫ aliud dicere videmur. Prioris modi hoc ſit exemplū ex primo in Verrē ſū
ptū. Quod ſi hanc cauſam tam idoneam: tam illuſtrem: tā grauem nō haberem: ſi
aut hoc a me ſiculi non petijſſent/aut mihi cum ſiculis cauſe tante neceſſitudinis nō
intercederent/et hoc/quod facio: reipu. cā facere profiterer: vt homo ſingulari cu
piditate: audacia: ſcelere ꝑditus: cuius furta atqꝫ flagitia non in Sicilia ſolum: ſed
in Achaia: Aſia: Cilicia: Pamphylia. Rome: deniqꝫ ante oculos omnium maxia
turpiſſimaque noſſemus me agente in iudiciuꝫ vocaretur. Quis tandē eſſet qui me
um factuꝫ aut conſiliū poſſet reprehendere? In quociqꝫ ergo ſchemate orationis
ita immoraris/vt quum redditio longior ſit: tum vel maxime commita: inciſiones
que quedam et longiora membra connectunur: quoniam non conquieſcit ſpiritus:
ſed multitudine rerum: et membrorum varietate properare ad exitum videtur.
Productionem ſpiritus: quā grece πνεῦμα dicimus cōficies. In qua pꝫt res expo
ſtulat: cetera quoqꝫ ſchemata/que illi quod producit ſubijciātur. aſſumere ſolet Ci

ceteris lq; fere hoc productionis proprium: quippe que plane orationi valde conue
niat: vt in ſuperiore exēplo: quoniam ⁊ vehementia ⁊ velocitate opus erat: bis arti=
culum poſuit. In eo vero ego conſul quum exercitus: ſeptem commatis duas res
expoliendo bis repetit: demum diſſoluto per inciſionem vſus: ⁊ illuſtrem non ſolum
propter productionem que non nihil ſplendoris ſemper habet: ſed tota compoſitiōe
⁊ prolixitate primorum membrorum ⁊ pulcherrimam repetitiōe quieta crebra: ⁊
variā: ⁊ demū velocem breuitate: ⁊ diſſolutione membrorū reddidit. Illud vero
non pretermiſerim animaduertiſſe nos Ciceronem vbiq; fere in productionibus
ſplendidis in ipſo ingreſſu ſchematis: vel membris acribus vti ſolere: qḋ ita facita
tum ab eo putamus: vt cogi ſpiritus: ⁊ deferri oratio videatur. Sed hec ſufficiant
Non enim omnia complecti: ſed radices: quibus cuncta excogitari poſſint: tradere
inſtituimus. Nunc ad reliqua trāſeamus.

¶ De circunducta ⁊ plena oratione.

Quoniā de ceteris partibus: quas magnitudinem orationi conferre dice=
bamus breuiter dictū eſt: nunc tempus eſſe videtur: vt de circunductio=
ne: que reliqua eſt: dilucide dicamus. Hec enim vnica ſola forma eſt/ que
orationē erigit: ac ſupinam: id eſt vt grece dicam hyptiam non patitur. Hec etiā om
nes: qui oratoris nomine digni ſunt: plurimum vtuntur: quod quare ita fiat latius
dicemus: ſi prius quid ſit: ⁊ quomodo fiat cognouerimus. Circūductio eſt orōnis
cōgeries: que multitudine rerū in longius cōpoſitionem protrahit. Hec forma vt
ſuperius dictum eſt: puro ſermoni oppoſita eſt. Sententie vero eius maxime ſunt:
que de foris aliquid aſſumunt: vt genus ad ſpeciem: aut infinitum finito: vt pro. L.
Flacco. Quod ſi eſſet aliquando futurum: vt aliquis de. L. pernicie cogitaret. nun
quā tamen exiſtimaui iudices Decium Lelium optimi viri filium optima ipſum
ſpe preditum ſūme dignitatis eam ſuſcepturum accuſationem: que ſceleratorū po=
tius ciuium odio ⁊ furori: quā ipſius virtuti atq; inſtitute adoleſcentie conueniret.
Infinitum igitur ad finitum aſſumere: vt hic in perſona fit: circunductionis eſt. qḋ
per omnes circūſtantias cōmodiſſime fit: vt pro eodem in tempore. Si vnquā reſ=
pu. conſilium: grauitatem: ⁊ prudentiam: ſapientiam: iudicium implorauit: hoc tē=
pore: hoc inquā tempore implorat. Aut communius quid ⁊ maius hoc eſt totū aſſu
mitur ad eam: que ſub eo continetur partem: cui modo etiā attribuendū: ſi dignius
ad ea/ que ſub eo ſunt: cōtraherentur hoc pacto. Nulla dubitatio eſt ſi patrie omnia
debemus: nos quoq; ipſos ei debere: qui autem ſeipſum debet: cum ſua non debe
re non veriſimile eſt. Deinde circunductionis eſt: non nudam ⁊ ſimplicē rem ſicut in
puro ſermone exponere. Sed cum his que eam cōſequuntur: conſequuntur autem
rem geſtam: locus: tempus: cauſa: modus: perſona. Perſonam hi loci: quos demō
ſtratiuos appellamus/ in quos hec ipſa circunſtantia nobis in tertio diuiſa eſt: ⁊ vt
vno verbo id totum exprimamus: ea qualitas: que vnicuiq; circunſtātie appoſita eſt:
cōſequens atq; annexum hic appellamus/ quā etiam qualitatem: ſi pleniorem ora
tionē efficere volumus/ non nudam: ſed cum amplificatione proferemus/ ad hec
ſi quis non ſolum ea: que facta: vel non facta ſunt dicit: ſed ſimul cum his oſtendat:
quid conſecuturū oportuit/ vel nō oportuit/ quid conſecutum ſit/ vel vtrunque/ vt
pro. L. Flacco. Etenim quibus auctoribus ⁊ defenſoribus omniū tum ſalus eſſet
non ſolū ciuiū verū etiam gentium defenſa ac retenta/ neminem vnquā putaui per
eos ipſos periculum huius fortunis/ atq; inſidias creaturum. In eodem. Quum
in maximis piculis huius vrbis atq; iperij grauiſſimo atq; acerbiſſimo reipu./ caſu
ſotio ac adiutore conſiliorum periculorūq; meorum. L. Flacco cedem a vobis con
iugibus liberis veſtris: vaſtitatem a templis/ delubris. vrbe/ Italia depellabā: ſpe
rabam iudices honoris potius. L. Flacci me adiutorē futurum: quam miſeriarum
deprecatorē. Huic

deprecatorē. Huic enim orationi nō vtrunq; ſolum: quod nouiſſime diximus: ineſt:
ſed perſona: res: loca: tempora: inſerta neque tenuiter videmus. Poſtremo: ſi quod
aduerſatur: cui aduerſatur inheret: vt pro. M. Etſi vereor iudices ne turpe ſit: pro
fortiſſimo viro dicere incipientē timere: minimeq; deceat: quū. L. T. Annius ipſe
magis de reipu. ſalute: quā de ſua perturbetur: me ad eius cām parez animi magni
tudinē afferre non poſſe: tamē hec noui iudicij noua forma terret oculos. Circundu
ctionis methodus poſtpoſitio rerum: que fit: quum ea: que natura rerū pcedūt: po=
ſtea inferūtur que rerū ordinē cōſequi videtur: prius occupātur. Huius methodi ē
rationis propoſitionibus anteponere: tam alio quodāmodo partiū argumētatiōis
ordinem artificioſe cōturbare. Ite ea que fidē faciūt rebus confirmandis implicare
Mirū enim in modū ei cōcreſcit oratio: qui que probant rebus exponendis inſerit.
Dictionem circūductionis propriam eſſe non cenſeo: Nam quū eius vis tota in ſē=
tentijs methodo: ⁊ ſchematis conſyderetur: nō magis hec quā illa dictio eā effici=
et. Quare nullū inueniri verbū putamus: quod aut alienū: aut propriū circūductio
nis ſit. Nō quū ita ſit: illa magis ſumemus: que eius forme ſūt: quā cū circūductio=
ne promere volumus. Schemate circūductiōis eſſe putamus: quecūq; hmōi ſunt:
vt nō ſimpliciquodā cōtextu oratiōis animū auditoris quietū reddāt: ſed ſuſpēdāt
atque de vno aliud expectare cogāt: cuiuſmodi ſunt enumeratio: ordinatio: electio:
conſecutio: ſubcōtinuatio: redditio: partitio: cōditio cū partitione: ablatio inferens
copulatio dirimens: conuolutio: iniectio. Enumeratio eſt oratio in qua que breui=
ter explicaturi ſumus: certo prius numero colligimus. Cicero i Philippicis. Duo
modo hec opto: vnum vt moriēs. Populū Ro. liberū relinquam: alterū: vt ita vni=
cuique eueniat vt de re publica quiſque mereatur. Verū hec elegātie magis eſt. nā
etſi omnis enumeratio vtrunq; facit: qḋ ⁊ animū auditoris dociliorē reddat: ⁊ rerū
expectatiōe ſuſpēdat: breuior: tū ad vnum: lōgior: ad alterū genus Propenſior eſt il
la pro p. Q. circūductionis. Ego hec duo quero: primū qua ratiōe Neuius ſuſcep
tum negociū nō tranſegerit: hoc eſt cur bona: que ex edicto poſſidebat: nō vēdiderit.
deinde cur ex tot creditoribus alijs ad iſtam rationē nemo acceſſerit. Hec cū ordina
tione niſi redditio longius remoueatur: elegātiā faciūt: p inciſiones abſoluta tenue
genus cōficiūt. Lōgiore ſi ſunt: etiam ſi reſumas circūducūt. Neq; enim vt circun
ductionis vim auferat: ſz ne in obſcurū circūductio decidat: qḋ ab oi oratione alie=
nū eſſe debet: reſumptio inſeri ſolet/ ſed ordinatione multo magis enumeratio cir=
cunducit. Nam hic ſimpliciter: dupliciter ibi circunducimus: quorum primū a ſētē
tijs huius generis non abhorret. Electio eſt quū etſi alicuius gratia maxime quic=
quā faciēdum arbitramur: tamen ⁊ propter aliud ſuſcipiendū oſtendimus vt pro. L.
Cor. Balbo. Atq; ego ſic ſtatuo iudices in hac cauſa atq; exercitatiōe dicendi a me
locū pietatis potius quā defenſionis: querelā potius quā eloquentiam: doloris po=
tius quā ingenij partes eſſe ſuſceptas. Conſecutionem eſſe dicimus quū ab eo inci
pit oratio caſu: qui ad verbū non redditur hoc pacto. Iudicijs corruptis nihil am=
plius relinquitur in repu. Iudices quod iniquitatis cōſilia cōprimere poſſit. Sub
cōtinuationē appellamus quum particula quadā orationis prepoſita longior ver=
borum ſeries contexitur. Redditionem nominamus: quum oratio his dictionibus
circūducitur: quarum vna ad alteram refertur: vt tantum quantū: adeo vt: is qui.
Partitio ſi breuior: velocitatis eſt: lōgior circūducit: etſi duplicatur decoraq; quoq;
facit orationem: plenam etiam: quū vel ſibi ipſi: vel alijs inſeritur: vel cōſequitur.
Verū qm̄ plene orationis mentionē fecimus: de ea paulo latius differamus. Ple
na oratio eſt quū circūductio in oratione multiplicatur. Hoc fit quum ſchemata: q̄
circunductionem faciunt: aut per inſertionem: aut per ſubſecutionē ſibi ipſis: vel a
lijs: aut immiſcentur: aut coniunguntur. Nam huiuſmodi ſchematum multiplicatio

adeo plenã: ⁊ quodãmodo fecundã facit orationẽ: vt oratio circũductione circũduc
ta eſſe videatur. Qua in re nõ parum curare debet orator: ne quid perturbate: ne
quid obſcure dicat. Mihi quidẽ haud paruã orationis copiam is adeptus videtur
qui quũ velit (volet autem quum res poſtulat) ita plena oratione vtatur: vt diluci-
de ſimul ac clare omnia diſſerat. Subcõtinuationi partitio in hoc exemplo inſeritur
Cicero pro Cluentio. Sed quũ cõſydero quomodo mihi in vtraqꝫ re ſit elaborandũ.
altera pars eſt ea: que propria eſt iudicij noſtri vt vltime veneficij queſtionis: que
mihi breuis ⁊ nõ magne in dicẽdo cõtẽtiõis fore videtur: altera aũt q̃ pcul a iudicijs
remota eſt / q̃ cõtiõibus ſeditioſe cõcitatis accomodatior eſt: quã trãq̃llis moderatiſq̃
iudicijs. Preſpicio quantũ in agendo hec oratio etiam inſertione redditionis in
vtroqꝫ partitiõis mẽbro plenior videtur. Nam etſi redditio huiuſmodi propter bre
uitatem nõ circũducit tamen alijs inſerta quoniã ea lõgiora reddit: plenã facit ora
tionem. Quare breuiora ſchemata que ſola nõ circũducerentur / idcirco inſeri putã-
dum eſt / vt ea quibus inſeruntur circunducant / quod in ſuperiore exemplo perſpi-
cere licet. Redditio ſubcõtinuationi pro. A. Cecinna. Si quantũ in agro locisqꝫ de
ſertis audacia poteſt / tantũ in foro atqꝫ in iudicijs impudẽtia valere / nõ minus in
cauſa cederet Aulus Ce. Sexti ob impudentie / quantũ in vi faciẽda ceſſit audacie
Rationes quoqꝫ ſi inſeruntur / plenã faciunt orationẽ / minus ſi ſubſequuntur / vt
pro eodẽ. Qua in re ſi mihi eſſet vnus A. Ce. cauſa agenda profiterer ſatis idoneum
eſſe me defenſorẽ / propterea quod fidem meã diligentiamqꝫ preſtarem / que quum
ſint in actore / cauſe nihil eſt in re preſertim aperta ac ſimplici: qđ excedens ingeni
um requiratur: ſed quũ de eo iure mihi dicendũ ſit: quod pertineat ad oẽs: quod cõſ
titutũ ſit a maioribus: cõſeruatũ vſqꝫ ad hoc tẽpus: quo ſublato nõ ſolũ pars aliqua
iuris diminuatur: ſed etiã vis ea: que maxime iuri eſt aduerſaria iudicio cõfirmata eſſe
videatur. Video ſummi ingenij cauſam eſſe: nõ vti demonſtraretur qđ ante oculos eſt
ſed ne ſi quis vobis error in tãta re ſit ſubiectus: oẽs me potius arbitrarẽtur cauſe
quam vos religioni veſtre defuiſſe. Huiuſmodi oratiõi neſcio ſi quid plenius inueni
ri poſſit. Tria enim hec maxime amplitudini aptiſſima ſũt Ablatio inferẽs: dirimẽs
copulatio: ⁊ oppoſita oratio: que ſi nũ oppoſitũ ad qđ fugit: inferre videtur: ſolã oppo
ſitionis cõpoſitionẽ: non vim poſſidet: Nam quũ in õnibus his diuerſi videantur ſẽ
ſus ad vnã orationẽ cõcurrere: ac in vtroqꝫ multa inſeri ac ſubſequi poſſint / fugere
neminẽ poteſt quã in amplũ creſcat oratio preſertim quum redditionẽ / ⁊ quidẽ cum
innouatiõe / dirimentẽqꝫ copulationẽ inſeri / inferẽtẽ ablationẽ ſubſequi ĩ exẽplo ſu
periore perſpiciat: qđ ſi quis hec ipſa iter ſe alijſque cõpluribus iungere voluerit
ita ſi obſcuritatẽ / ⁊ ſatietatẽ euitare potuerit / grauiſſimum dicendi genus ⁊ hiſtorie
maxime idoneum ſolus inueniet. Verũ omnia oſtendere ſeipſis ⁊ alijs inſeri: vel
ſubiungi cum longum: tum non neceſſarium videtur. Nam ſi quis circunductio-
nem: ac ſchemata eius cognoſcit tam ſimplicem: quam in ſe ipſam inuolutam com-
prehendet: neque labor erit exempla vniuſcuiuſque modi reperire. Nam quum
nulla ſit forma qua magis oratores abundent ſi vbiuis. Ciceronẽ legeris: circũ
ductionis ⁊ ſimplicis ⁊ plene ſuccurrent exempla: cuius rei orationem breuiter red
damus. Nihil vnquam oratoris magis proprium inueniri poterit: quod ad elo-
cutionem pertineat: quam magna ⁊ ornata vti ratione / que res facit vt ea dicendi
forma vtatur / que ⁊ ampliſſimam orationem reddat / ⁊ omnibus rebus facile con-
ueniat. At cetera dicendi genera / que grandem orationem efficiunt / quibuſdã
ſibi ſubiectis rebus attribuit docuimus. Circunductio ſola tam diuinis: quam
humanis / ita ſi in minores inueheris / quemadmodum ſi maiores exagites tam ſi
de te / quam ſi de alijs loquaris / ⁊ vt cuncta paucis complectamur / quibuſcunque
rebus / perſonis

rebus: perſonis: locis: cauſis nõ minus accõmodari poteſt: quã ſingule formarum
ſuis ſentẽtijs. Quare fit vt quũ grandem orationem vbiqꝫ fere cõſequi velit orator
ceteris raro rarius enim id accidit: quod anguſtis includitur finibus ſepius circũ-
ductione: que late pateat: orationem augeat. Preterea ceteris grandiloqui modis
vix ſemp orationi redditur amplitu. Hac ſola vel ad aſtra: ſi ita velis: plenitudine ti
bi concreſcit oratio. Neqꝫ enim ſolum alie huic inſerte mirum in modũ augent.
Nam hoc quidem omnibus vſu contingere ſolet: ſed ipſa etiam ita ſibiipſi cõuolui-
tur: vt quũ non minus comode ceteris: quã ſibiipſi coniungatur: ſingularem: ac pe
ne diuinã orationeqꝫ efficiat. Quod ſi non extollere: ſed mediocriter eleuare velis ora
tionem: aut ſi tantũ ne ſupina ſit efficere coneris: multo facilius hac quã ceteris id
acquires. Quare quũ cetere non ita late pateant: vt iſta latiſſime: ⁊ illis quidem ple
runqꝫ: hac autem vbiqꝫ niſi quũ puro ſermone opus eſt / ferme vtendũ eſt. Nam ⁊
ad infinitum extenuatur cõtractiõe / ⁊ nihil adeo magnum eſt quod amplitudine nõ
exuperet. Nullus pene orationis locus aut breuiſſimus hoc vario vehementer / ⁊
latiſſimo dicendi genere omnino priuatus apud bonos quidem oratores inuenitur
nec iniuria / quũ pro amplitudine ſua rebus quibuſcunqꝫ ſubiectis facile accõmo-
detur. Sed vnde egreſſi ſumus egrediamur. Ablatio inferẽs eſt oratio qua quum
vnum tolitur / aliud infertur / ⁊ nõ circũductionem ſolum / ſed multo magis pulchri
tudinem facit / verum illud compoſitione orationis / hoc duplici repetitione fieri pu
tamus. Cicero in Catilinam. Non eſt iſta mea quirites / ſed temporum. Dirimens
copulatio eſt quum duobus quibuſdam propoſitis / quorum alterum altero magis
videatur / non hoc ſolum / ſed illud quoqꝫ magis conſequi oſtendimus / vt Cicero
ea in oratione / qua populo. ro. reditur ſuo gratias agit. Nõ ſolum inquit mihi cala-
mitatem detraxeritis / ſed ẽt dignitatẽ auxiſſe videamini. Conuolutio eſt oratio ita
verbis compoſita / vt tota in ſe cõtineri videatur / neqꝫ eius pars aliqua comprehẽ
di poſſit: niſi totam abſolueris: hec ⁊ rotundam ⁊ pulchrã facit orationẽ. Circũducit
vero quatinus omnia inter ſe membra adeo complicantur: vt nullũ ſine alijs intelli-
gi poſſit: ⁊ unius membri corpus conuenire videantur. Cicero in epiſtola ad Curio
nem. Te rogo vt memineris quantecunqꝫ tibi acceſſiones fient: ⁊ fortune ⁊ digni-
tatis eas te nõ potuiſſe conſequi: niſi meis puer olim fideliſſimis atqꝫ amãtiſſimus
cõſilijs paruiſſes. Item ſi hoc ſtatueris quarũ laudum gloriam adamaris: quibus
artibus he laudes comparantur: in his eſſe elaborandũ. Iniectio eſt quum oratiõis
contextus alterius orationis interpoſitiõe inciditur. Hec quanto breuior: tanto ve-
lotior eſt: quanto longior: tãto circũductior: quãuis neutro vtrobiqꝫ careat: niſi quũ
in duriciem propter prolixitatem cadit: vt in. P. Clodium. Quinte Catule (patrẽ
ne appellem: an filium: Recentior enim memoria eſt: ⁊ cum rebus meis geſtis con
iunctior / tantũ ne fefellit: quũ mihi ſũma ⁊ quotidie maiora premia in repu. fore pu
tabis. Item quid ſi quis ſimilis iſtius (neqꝫ enim tam deerunt: qui imitari velint ali
quem mei diſſimilem) cui reſpu. non tantũ debeat per vim aſſixerit. Nunc ſi de con
tinuatione dixero: que ſola ex comprehenſiõe reliqua ſunt: ad ſequentes formas trã
ſeam. Neqꝫ enim omnia inquirimus: ſed multa: quum rei naturam intelligi poſſe
his que dicta ſunt putauerimus. ſponte pretermittimus. Continuatio eſt orationis
membrorum innexione abſque vi aliqua lõgior compoſitio: vt pro Milonẽ. Etſi ve
reor iudices: ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere incipientem timere: minimeqꝫ
deceat: quũ. M. T. A. ipſe magis de reipu. ſalute: quã de ſua cõturbetur: ne ad ei
us cãm parẽ animi magnitudinẽ afferre nõ poſſet: tamẽ hec noui iudicij noua forma
terret oculos: qui quocũqꝫ inciderint veterẽ cõſuetudinẽ fori: ⁊ priſtinũ morẽ iudicio
rũ minime vidẽt. Hec ergo quattuor: circitus ãbitus: pductio ſpiritꝰ cõtinuatio in
cõprehẽſione cõueniũt ⁊ a circũductiõe aliena nõ ſũt. Verũ circuitus vi quadã tã

rem quā mēbra colligit: rotundeqꝫ explicat. Neqꝫ quattuor membrorū numerum: que inter ſe referantur excedere poteſt. Diſſoluitur enim orationis vis exaggeratio ne membrorū: neqꝫ breuiter ſe expedire poteſt: quod circuitus proprium eſt. Reliqua tria tam ipſorum membrorū cōfuſione: ordine ac longitudine: quā totius cōpoſitionis prolixitate in immenſum creſcere poſſunt: ſed ambitus magis ⁊ verba ⁊ ſenſum colligit: fitqꝫ nonnunquā: vt ita inter ſe inuicem alijs alia membra reddantur: vt ſola multitudine ac inequalitate membrorum a vi circuitus decidet: in quo non ſolum pene paria eſſe membra debent: ſed nec nimis longa: ſi quis velit vi rotunde ac proprie circuitum componere. Continuatio ſenſum quidē continet: ſed nulla compoſitionis vi. Quare ⁊ in membris licentior eſt: que res me facit: vt ambitū inter circuitum ⁊ continuationem ponere non dubitem. Productio nobilem membrorum varietatem deſyderat: ⁊ immorationē in ſchemate. Quaſobres quū omnis comprehēſio cōtinuationē habeat: q̄ aut in rebus: aut in mēbris: aut in vtriſqꝫ: aut in commoratione ſchematis conſyderetur: primū circuitū: alterū continuationē: tertiū ambitū: quartū productionem ſpiritus nūcupamus: neqꝫ hec ad vnguē redigimus. Nā ⁊ rerum relatio verba quoqꝫ coniungit: ⁊ verborum connexio ſenſum colligit. Uerum id perſpiciēdum putamus: quod alterum inducat. Connexione igitur quadam: ⁊ immoratione in rebus: vel in membris differunt. Preterea multitudine vel paucitate: prolixitate: vel contractione: varietate atqꝫ relatione. Quare fit: vt quū omnia ſp circunducāt: productio vehemētie maxime accōmodata ſit. Continuatio circunductiō: ambitus ⁊ circuitus ſplendori: que tamē mutari mutatiōe ſchematū cōſueuerunt. Nam ſiue modos quoſdā: ſiue figuras: ⁊ ſchemata hec dicere oporteat: tū quū ſchemata ⁊ mēbra: eorumqꝫ cōtria ſuſcipiant: diuerſitatem eorū in diuerſa genera tranſire neceſſe eſt. Sed de circuuductione nunc ſatis. Nā mēbra queque membris cōiuncta ſunt: propria ei nō inuenies. Neqꝫ eniꝫ hic magis quā ille numerus: aut collocatio: aut clauſula: aut mēbra circunductioni cōgruunt. Itaqꝫ non vt cetere forme certum aliquid in his amplectitur: ſed ſuum eſt eque cuncta poſſe ſuſcipere.

## De pulchritudine orationis.

Orationi clare ⁊ grandi pulchritudinē quandam ineſſe neceſſe eſt: ſine qua magnitudo nobis et exanguis: ⁊ arida prorumperet: hec ⁊ in vnaquaqꝫ forma ⁊ in compoſitiōe omnium conſyderari poteſt. Nā quum ſit omnis rei pulchritudo conueniētia decēs omnium mēbrorū inter ſe: hoc tam in ſingulis formis inter ſententiarum: verborum: ſchematum: numerorum: ceterorumqꝫ huius comparationē inuenitur: quā in cōpoſitis: quibus boni auctores vtuntur. Etenim qui clarā: magnificam: velocemqꝫ ſimul orationē ſibi optant fieri: hec ſibiipſis ita cōgruant neceſſe eſt: vt compoſitione ipſorum: quaſi corpus vnū: ⁊ quidē pulchrū: non ſiccū: ſed ſanguinis plenū: colorēqꝫ perfuſum cōſtituatur. Quare fit vt etſi clara: vel magna: vel velox dicatur oratio: tamen quum ⁊ aliarū tantum contineat: quantum oportet: ⁊ vt oportet: harum compoſitione decenti: pulchra etiam ⁊ venuſta ſit: qualitatemqꝫ quandā cōpoſitionis transfundat: quā pulchritudinem: ⁊ χρωμα quidaꝫ λογου: hoc eſt colorē orationis vocarunt: quā quidē pulchritudinē ⁊ ad grauitatem pertinere: ⁊ preceptis cōtineri nō arbitramur. Alia eſt pulchritudo: que verbis ⁊ hiſ que ad verba conſequuntur conſtat. Ea eſt orationis ornatus atqꝫ venuſtas a magnitudine minime aliena: cuius ſententie atqꝫ methodus nulla eſt. Dictio omnis que puritati conuenit: ⁊ tranſlata: non aſpera neque dura: ſed ſuauis ⁊ iocunda: ⁊ paucis ſyllabis conſtat. Nam pollīſyllabe dictiōes: ſi frequēter cōſtipantur: pulchritudinē orationis pondere ſuffocant. Schemata pulchra ſunt: repetitiones: conuerſiōes: reuerſiōes: gradatiōes: traductiōes mēbra: diſiunctiones: tranſgreſſiōes: circūitiones: coniugate partitiones: immouationes: per negationē: affirmatio: conuolutio. Repetitio

tio. Repetitio eſt quū continētur ab vno eodemqꝫ verbo plurimū membrorum principia ſumuntur: vt pro Pom. proficiendo. Nō auaritia ab inſtituto curſu ad predaꝫ aliquā deuocauit: non libido ad voluptatē: nō amenitas ad delectationem: nō nobilitas vrbis ad cognitionem: non denīqꝫ labor ipſe ad quietem. Repetitione neſcio ſi quid pulchrius vnquā ac ornatius poſſit inueniri. Schemata poterit: quippe q̄ ita pulchra eſt: vt ⁊ roboris plurimū habeat. Quare nullā orationis exornationē inuenies. quam crebrius liceat vti: aut que tam varijs dicendi generibus congruat nā ſi vno verbo demū cōcluditur: velocitatē facit: vt ſi dicas. Nō ad predā aliquā auaritia: nō ad voluptatē libido: non ad delectationē amenitas: nō denīqꝫ vrbis nobilitas ad cognitionē deuocauit. Huic ſi interrogationē addideris: ⁊ acer eris vt pro. M. Marcello. Quis. n. eſt ille aut nobilitate: aut probitate: aut optimarū artium ſtudio: aut innocētia: aut vllo laudis genere preſtantior: Si ⁊ cōuerſionē acrior. Si multa inter ſe cōfundas: ⁊ pleniſſima ⁊ pulcherrima erit oratio: ita fit: vt quū per ſe pulchra ſit: ad eorū etiā ſchematū vim accedat: quibus coniungitur: quod ⁊ alijs viſu euenire ſcio. ſed neqꝫ tā multis: neqꝫ his tā cōmode inſeri ſolēt. Uenuſtas vero ſua tū maxime apparet: quū mēbris venuſtis atqꝫ abſolutis effertur: q̄d fit ſi aut antecedit: aut in ſingulis verbū eſt: vt pro Pō. Teſtis eſt Italia: quā ille ipſe victor. L. Sylla huius virtute atqꝫ ſubſidio cōfeſſus eſt liberatā. Teſtis eſt Sicilia. quā multis vndiqꝫ cinctā periculis nō terrore belli: ſed celeritate cōſilij explicauit. Teſtis eſt Africa q̄ magnis obſeſſa hoſtiū copijs: eorū ipſorū ſāguine redūdauit. Hac nihil pulchrius aut maiore dignitate plenius: ſi dupliciter effertur: vt illud Cicerōis. Maiores noſtri ſepius mercatoribus: atqꝫ nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerūt. Uos ciuiū Romanorū tot millibus vno nuntio atqꝫ vno tēpore necatis: quo tandem animo eſſe debitis: Legati erāt: q̄d appellati ſuperbius Corynthum patres noſtri totius grecie lumē extinctum eſſe voluerunt. Uos eum regem inultū eſſe patiemini: qui legatum populi Ro. cōſularem virum vinculis: ac verberibus: atqꝫ omni ſupplicio excruciatum necauit: illi libertatē ciuium Rom. imminutam nō tulerūt: uos vitam ereptam negligitis: ius legatiōis verbo violatum illi perſecuti ſūt vos legatum omni ſupplicio interfectum relinquetis: Nā etſi aliquātulum celauerit: tamen duplicis repetitionis vis ineſt: ⁊ nimia ſuauitas/ que grauitatē opprimeret/ ⁊ premeditationem oſtenderet/ ſublata eſt. Ad hec pulchritudo eius ſeruatur/ ⁊ vehementia ſecundi mēbri verbo vbiqꝫ ſeruato nō parua ex collatiōe cōficitur. Cōuerſio eſt quum cōtinenda potius eſt/ vt pro. M. Marcello. De vobis/ quos in repu. ſaluos eſſe voluiſti quotiens cogitabis/ totiens de tuis maximis beneficijs totiens de incredibili liberalitate: totiens de ſingulari ſapientia cogitabis. Nā hic quā puerili quadā feſtiuitate iocūda eſſet oratio: ſi omnibus membris verbū redderetur: neminem latere arbitror. Reuerſio eſt quū antecedētis membri exitū cōſequētis initium facimus: vt illud iudicio confirmata eſſe videatur. Uideo ſimi ingenij. hoc ⁊ in vno mēbro fit: vt totiens de incredibili liberalitate cogitabis: ⁊ pro Pom. Non mea me voluntas: ⁊c. P. Clodij impudicam impudicitiam: verum hoc vi rerum etiam vehementer amplum eſt. Quare minime negauerim omnium que in elocutione dicuntur duplicem eſſe vim: vnam quam natura ſui poſſident: alteram quam alia alijs imponunt. Gradatio eſt: quum conſequentia membra ab eiſden verbis caſu mutatis oriuntur: quibus antecedentia claduntur: hoc pacto. Africano virtus gloriam gloria emulos: emuli mortem preparauerunt. Et pro Archia. Sic eius aduentus celebratur: vt famam ingenij expectatio hominis: expectationē ipſius aduentus admiratio quoqꝫ ſuperarat. Traductio eſt quum idem verbum ſepius poſitum non modo non oſtendit animum: ſed conciniorem orationem reddit: hoc modo. Eum tu hominem appellas: qui ſi fuiſſet homo non tam inique humani

tatis ſtudioſos perſequeretur. Membrum eſt ſchema: quū duo vel plura membra inter ſe copulata proferuntur: ſic. Scipionis virtus ⁊ rei pu. profuit: ⁊ hoſtibus terrori fuit: ⁊ ſibi eternum cognomen peperit. Hoc ſi longius eſt: circunducit magis: ſi in vno membro per adiunctionem fit: neque gratia caret: ⁊ ampliorem reddit orationem: vt illud in oratione de prouintijs decernendis. Quū me ⁊ veſtra dignitas: ⁊ frequentia equitum romanorum. Diſiunctio eſt quum eorum que dicuntur vnūquodqꝫ certo concluditur verbo: vt pro Archia. Erat temporibus illis iocundus Metello illi numidico: ⁊ eius pio filio. Audiebatur a. M. Emilio: viuebat cū. Q. Catulo ⁊ patre ⁊ filio: a. L. Craſſo colebatur. Tranſgreſſio eſt que verborū perturbat ordinem perverſione: aut traiectione: verum perverſio non huius: ſed fucate magis atque ſimulate pulchritudinis eſt. Feſtiuitatem enim ac iocunditatem orationis concitat nō minimā: quare rarius adhibenda. Traiectio eſt que vt verba in numerum extruat: ea ita diſiungit: vt obſcuritatē fugiat: pulchritudinē oratio conſequatur: vt in. P. Clodium. Id ſperaſti rempublicam non diutius quā quoad mecum ſimul expulſa careret his menibus eſſe laturam. Hec vt ſi commoda eſt in numerum perpolitiſſime verba ſtruere videtur: ſic quum ſit incōmoda duriorē orationem. Circuitio eſt quum ſimplicem rem: etſi vnico verbo poteſt dici: multis tamen verbis circūſcribimus: vt Scipionis prouidentia: Enee pietas: pro Scipione ⁊ Enea. Partitio coniugata eſt: quum in vnoquoque vel ſaltem in altero partitiōis mēbro integra adhibetur partitio: feſtiuior: illa ſuperior: hec poſterior: non iniocunda: vt pro Archia. Nactus eſt primum conſules eos quorum alter res ad ſcribendū maximas: alter quum res geſtas: tum etiam ſtudium atqꝫ aures adhibere poſſet. Innouatio eſt vt non cōis ⁊ celebrata ita decora: ⁊ figurata conſtructio verborū: vt pars calidos latices: ⁊ aena vndantia flammis Expediunt: diuellimur inde Iphitus ⁊ pelias mecū. Horum apud poetas licentior vſus: apud quos nonnulla etiam ita frequentata ſunt: vt noue dici non videantur. Illud pulcherrimum innouationis genus: in quo diuerſa ſermonis forma coniungitur: vt Virgilius in tertio. Socijs tūc arma capeſſant Edico: ⁊ dira bellum cū gente gerendū. Innouatiōe niſi rarius vtaris: nec innouatio ſchema: nec tu in dicendo pulcher magis quā faſtidioſus videberis. Ex negationibus affirmatio: vt nonnulli hominū: ne parū multas pecunias cōſequantur virtutem negligunt. Verū de ſchematis ſatis. Omnia enim rimari ⁊ dicere non magis laborioſum nobis: quam legentibus faſtidioſum putamus / preſertim quum ex his: que dicta ſūt: hec forma nobis perpolita reddatur: deinceps de ceteris agendū. Mēbra pulchra ſunt quecūqꝫ longiora ſunt: breuiora vero ab hoc genere aliena ducimus: niſi ſic ſe habeant: vt vnū ab altero dependeat. Hoc enim modo ſi multis ⁊ breuioribus membris continetur oratio: haud pulchra eſſe non pōt. Collocatio concurſionem vocalium abhorret ſtipari vndiqꝫ conſonantibus deſyderat: neque crebro in eadem oratione vna eademque conſonans adhibenda eſt. Naꝫ vt ſatietate nihil faſtidioſius aurium ſenſui maxime: qui delicatiſſimus eſt: ſic varietate nihil iocundius. Quare qui ita dixit. O tite tute tati tibi tanta tyranne tuliſti: non ſquallidam ſolum: verum etiam obſcuram orationem reddit. Eiuſdem etiam verbi in eadem oratione crebra iteratio: niſi res poſtulat euitanda eſt. Ad hec animaduertendum: ne de verbo ad verbum durus ⁊ aſper ſit tranſitus / quod ratione potius litterarum: quam aurium iudicio in initio exercitationis conſequi debemus. Nam omnino auribus confidere niſi te recte exercueris / ſtultum eſſe illi oſtendunt: qui quum in dicendo etatem conſumpſerint ſuam / nihil tamen dicunt: quod pulchre locatum ſit: quāuis in ea re plurimum elaborent. Ad ſummū in pulchritudine: ſi cui ea res maxime cure eſt. varietas ſumma habeatur: quā etſi i numero: clauſula:

ro: clauſula: ⁊ methodo conſequi licet: mēbris tamē ac ſchematis maxime varius eſſe poteris: in rebus etiā ſumma erit varietas. Nō enim diuerſa ſolū ex tam infinita verborū copia licet accipere: ſed eadem quoqꝫ immutare. Variā. ergo reddunt orationem verba: ſi varijs caſibus: generibus: ſpecie: figura: tempore: cōiugationibus modis: perſonis: numeris: Item numero ſyllabarū: productione: exitu: aſpiratione accentu: ⁊ que huiuſmodi ſunt. Proferuntur: vt ſi poliſyllabe dictiōes eas que paucioribus ſyllabis cōſtant: excipiant: etſi que breuiores ſūt. vel tempore: vel ſyllabarū nūero lōgioribus interponātur: ſimiliter ſi ab hoc caſu ad illum: ab illo verborū modo ad alium trāſuolet oratio: neqꝫ modos ſolum ⁊ tempora: ſed cōiugationes ſimul in diuerſis quā varie fieri poteſt: cōmutet: clauſula pendula fit. Ea enim pulchritudini cōuenit: quāuis ⁊ impēdula varietatis ratione nōnunquā adhiberi poſſit. Numerus his pedibus cōſtare debet: qui dignitati cōueniunt: quos quidē ita cōfluere atqꝫ abundare in pulchritudine debere arbitramur: vt aduerſus numerū oratio rapi videatur: non tamē verſum effici volumus. Nam hoc vitio datū eſt: ſed magis ad verſū accedat compoſitio: quā ſi in alijs dicendi generibus: preterquā in iocūdo verſaretur. Quare licebit ſi natura rerū patitur. Ea cū ſemper preponēda variē ad numerum eorū verſuum compoſitionē trahere / qui a pedibus dignitatis nomē accipiunt. Verū de pulchritudine ſatis.

## ❡ De celere ſtilo

